dimus ⁊ peccādo cõſumpſimꝰ: vbi ī vna ho⸗
ra potuiſſemꝰ de peccatis noſtris penituiſſe
⁊ eternā penā quam nunc patimur euaſiſſe.

¶ Cõtinuatio p̄cedētis ſermonis. ſermo. iiij.

**Tunc videbunt filium ho**
minis venientē in nube cū ptāte
magna et maieſtate. Lu. xxi. Io⸗
hānes d̄ ſctõ geminiano dicit ꝙ
ſicut equꝰ duobꝰ calcaribꝰ tāgit latere vt me
liꝰ ⁊ fortiꝰ viā currat: ita aīa hoīs duabꝰ affe
ctiõibꝰ ſollicitat: videlȝ amore ⁊ timore. Siq̄
dem amore premij ad bonū ꝓuocat: ⁊ timo⸗
re ſupplicij a malo reuocat. Un̄ Bern̄. Nulla
res ita nos cõſeruat ab om̄i pctõ immunes
ſicut terror ſupplicij ſiue iudicij. ⁊ amor dei.
vnde euāgeliū hodiernū legit de aduētu xp̄i
ad iudiciū: vt nobis incutiat timor ꝓpter
diſtrictā rationē quā redditurí ſumus in di
ſtricto iudicio extremo. Un̄ in p̄nti ſermone
ꝓſequar illa q̄nq; de quibꝰ ē reddēda ratio
que in precedenti ſermone dimiſi ꝓpter ꝓ⸗
lixitate. U Pro quo ſciendū eſt ꝙ ſexto
modo redditurí ſumꝰ rõem de aīabus quas
traximꝰ ad peccandū verbo vel exemplo: vel
pulchritudine vel ornatu corpis. Ergo ſi q̄s
ſciret vel intelligeret aliquē hoiem eē captū
in mala cõcupiſcētia ꝓpter ornatū vel pul⸗
chritudinē vel geſtus ſuos: de hoc ex corde
deberet dolere ⁊ penitere: naȝ ſicut maximū
ſacrificiū eſt zelus animarū quo quis ꝓmo
uet ꝓximi ſalutē. Sic econuerſo maxime of
fendit deus cū quis ꝓximū verbo vel exem
plo ad peccādū trahit: naȝ talis ē homicida
ꝓximi ⁊ ꝑſecutor xp̄i. Un̄ Bern̄. in ſermone.
Nõne videt tibi grauiorē ab eo xp̄s ſuſtine⸗
re ꝑſecutionē q̄ ſuggeſtione maligna exem⸗
plo ꝑnicioſo ſcādali ab eo ꝑuertit aīas q̄s re
demit: q̄ȝ a iudeo q̄ ſanguinē iuſtum fudit.
Nec mirū qꝛ intm̄ diligit xp̄s vnā aīaȝ vt ꝓ
ea ſi neceſſe eſſet paratꝰ eſſet iterū mori: ne
traderet faucibꝰ dyaboli: immo celeſtis curia



triſtat cū quis ad peccandū trahitur. Unde
Ambroſ. An non angelos ingemiſcere cre⸗
dimus cū hõ penitēs ad peccandū trahit et
reuertitur: ⁊ tales ſunt rei in aīabus iſtis q̄s
ſic ad peccatū trahunt: q̄ſi eas ꝓprijs mani⸗
bus occidiſſent. Un̄ hr̄ in decre. Dātes occa⸗
ſionē ſcādali rei ſunt ꝑcūtiū. i. q. i. Hi quos.
Un̄ de hoc maxime eſſet dolendū: qꝛ ſi aīam
vnā cū ꝓpoſito a deo traxiſti: aīa tua erit ꝓ
aīa illiꝰ. O quid dicturi ſunt in iudicio q̄ q̄n
q̄ȝ in vna chorea cum ornatu et pulchritudi
ne corporis decē vel viginti aīas trahunt a
deo. Bern̄. Totꝰ mūdꝰ ille preciū viniꝰ aīe eſti
mare nõ põt. Si em̄ q̄s. x. florenos ꝑdidiſſet
de hoc doleret: multo plꝰ eſt dolēdū de aīa⸗
bus. Un̄ dr̄ in decre. Flere debemꝰ: qꝛ ꝓximū
malo exēplo corripimꝰ. d̄ pen̄. di. i. X Se
ptimo redditurí ſumus rationē de officijs. ⁊
artificijs: quaſi xp̄us in iudicio diceret. In⸗
tellectū tibi conceſſi et illud artificiū didici⸗
ſti: redde rationē quõ illud laboraſti. Uerbi
gratia. Sicut ſutor de ſutoria. O q̄đ tunc di
cturi ſunt qui corium cremant: et ſic ſuuȝ ar⸗
tificiū ſciēter falſificant: cerdones ſcilȝ ⁊ ſar
tores qui veſtes ſuperbas preparant: et no⸗
uas adinuētiones veſtium adinueniūt. Pi⸗
ſtores et fabri qui ſimiliter ſua artificia fal⸗
ſificant. Inſtitores qui male ponderāt ⁊ ma
lum ꝓ bono ſciēter vendūt. Pincerne q̄ mē⸗
ſuras nõ replent. Pānicide qui loca obſcura
querūt: vt ſic proximos decipiāt. Pānifices
qui pānos vltra mēſurā trahūt ⁊ dilaniant.
Carnifices qui malas carnes vendunt. Ru⸗
ſtici qui lac et butirū falſificant. Et agricole
qui infideliter agros colūt. Carpētarij et alij
qui pro p̄cio diurno ſeruiūt: et ad tres dies
laborāt quod in duobꝰ ꝑficere poſſent. Silr̄
ſerui et ancille q̄ infideliter dn̄is ſuis et dn̄a
bus ſeruiūt: nā quilȝ deberet ſic ꝓximo labo
rare ſicut ſibi vellet fieri. Un̄ Math. vij. Oīa
quecūq; vultis vt faciāt vobis hoīes et vos
eadem facite illis. vn̄ Thobie. iiij. Quod ab
alijs nolueris tibi fieri: nec tu alijs facias.
Y Octauo redditurí ſumꝰ rationē de ſub⸗
ditis nobis cõmiſſis. Un̄ de prelatis querit
Primo quõ intrauerūt prelaturā: an ꝑ ſe vel
vocati a deo. Ad Hebre. v. Nemo aſſumat ſi⸗
bi honorē: ſed q̄ vocatur a deo tanq̄ȝ Aaron.
Secūdo quõ rexerūt ſuos ſubditos. Ierem̄.
xiij. vbi eſt grex tuꝰ q̄ datꝰ eſt tibi. Un̄ p̄latu
ra nõ eſt ē deſideranda ꝓpter diſtrictā rõeȝ.
Sap. vi. Iudiciū duriſſimū fiet his qui pre⸗
ſunt. Graue eſt em̄ reddere ꝓ omnibus ſubdi
tis et periculoſum. Ezechiel. xxxiij. Sangui⸗
nem impij de manu ſpeculatoris req̄rā. Naȝ
quilibet p̄latus ꝓ qualibet aīa ſibi cõmiſſa
ponit aīam ꝓpriaȝ ꝓ pignore. Un̄ dicit dn̄s
cuilibet p̄lato illud dictū Ezechie. Cuſtodi vi
rum iſtum: q̄ ſi lapſus fuerit erit aīa tua pro
aīa illius. Item illud Gen̄. xliij. Nõ videbitis
faciē meā niſi adduxeritis fratrē veſtruȝ mi⸗
nimū. Naȝ oīa pctā que ſubditi cõmittūt re⸗
dūdant in p̄latos. Roma. i. Digni ſunt mor⸗
te nõ ſolū q̄ faciūt: ſȝ qui conſentiunt facien⸗
tibus. Un̄ etiā dr̄ in decre. Facientē ⁊ cõſenti
entē par pena cõprehendit. xvi. q. iij. Oīs.
Et hec notant nõ ſolum de magnis p̄latis ſȝ
etiā de paruis. Sicut ciuis et ciuiſſa reddituri
ſunt rõem de familia: parētes de pueris:
maritus de vxore. Silr̄ hoſpites q̄ ꝑmittūt
in domibꝰ ſuis ludere: chorizare: blaſphema
re: hoīes inebriari: ⁊ in hoſpitio recipiūt hy⸗
ſtriones cū meretricibꝰ: et hoc ꝓpter lucrum
tpale: tales faciunt ſe participes oīm pecca⸗
torū que in ptāte ipſoꝝ cõmittūtur. Sed q̄ri
tur vtrū peccatū ſit appetere vel laborare ꝓ
prelatura. Reſpondeo ꝙ ſic. Unde Criſo. ſu
per Math. ⁊ ponitur in decre. Quicunq; de
ſiderauerit primatū in terra: inueniet cõfuſio
nem in celo. diſt. xl. c. finali. A Nono q̄li
bet hõ redditurꝰ eſt rõnem de ſtatu ſuo ī quo
ſtat. Uerbigratia. Sicut illi qui in matrimo
nio ſunt. Primo reddent rationem quomo⸗
do matrimoniū inchoauerūt: an cauſa ꝓlis:
an cauſa libidinis. Secūdo an ſe mutuo di⸗
lexerūt: et pacifice vixerunt. Tertio an tēpus
deditū in actu matrimonij conſeruauerunt.
Quarto quomodo pueros educauerunt infor
mando eos pater noſter: ⁊ ſymbolū fidei: et
p̄cepta dei. Silr̄ vidua reddet rationē de vi⸗
duitate: et virgo de ſtatu v̄ginitatis. Simili
ter religioſus quomodo ſeruauit ordinē ⁊ re
gulā ſuā. ſ. paupertatē: caſtitatē: et obedien⸗
tiam. B Decimo redditurí ſumus ratio
nem de omiſſiõe bonoꝝ que facere debuimꝰ
⁊ non fecimus. Uerbigratia. Unuſquiſq; co
gnoſcit quot dies ieiuniorum non ſoluit: cū
bn̄ ieiunare potuit. Similiter quotiens di⸗
es feſtiuos non celebrauit: et quot miſſas ſi⸗
ne cā ⁊ ex pigritia neglexit. Itē quot opera
mie nõ exhibuit pauperibꝰ. Nā xp̄s ī iudicio
req̄ret ſex opa mie a quolȝ hoīe dicens illud
math. xxv. Eſuriui et non dediſtis mihi mā
ducare: ſitiui et non dediſtis mihi bibere: ho
ſpes eram et non collegiſtis me. Ite male⸗
dicti in ignem eternū. Queritur ſi q̄s a malo

ſe abſtineret nec bonū faceret an ſaluaretur.
Rñdeo ꝙ non. Unde dicit̄ in decre. A malo
abſtinere nō ſufficit niſi faciat quiſ qḋ bonū
eſt: de pe. c. cupiētes. in cle. Uñ etiā ps. Decli
na a malo ⁊ fac bonū. vñ etiā Job. ix. Op3 o⸗
perari dū dies eſt: veniet eñ nox in q̄ nemo
opari pōt. Nec etiā volūtas ſufficit niſi ſeq̄t
op⁹. Plures eñ in inferno ſunt ꝗ etiā bonā
volūtatē hūerūt: ſed nō ope pfecerūt. vñ dr
in decre. Nō ē ſatis bñ velle: ſ etiā bñ facere.
di. lxxxvi. Nō ſatis. Ergo debem⁹ nō ſolum
mala vitare: ſ etiā ſollicite bona opa opari:
et corp⁹ nr̄m ieiunijs ⁊ abſtinētijs caſtigare.
Uñ Bern. ſup Canti. Xp̄s ꝗ nō fallit̄ elegit
qḋ carni moleſti⁹ ē: illud q̄ꝫ vtili⁹: illud etiā
magis eligēdū eſt. Et qſquis aliud docet vl̄
ſuadet ab eo tanq̄ a pſecutore cauendū eſt.
C Uñ legitur exemplū ꝙ quidā hō miſeri⸗
cors propter ſuā miſericordiā raptus eſt: et
oſtenſa ſunt ei dei iudicia. Nā plures vidit
pſentari ipſi iudici: et vnus protulit elemo⸗
ſynas quas ꝓpter deū dedit. Ali⁹ oratōnes
quas deo obtulit. Alius veſtes quibus pau
peres veſtiuit. Alius opera miſericordie qui
bus pauperes i hoſpitio recepit. Et hec ille
videns cogitabat intra ſe: tu plura et maio⸗
ra opera miſericordie exercuiſti: ergo bñ ha⸗
bebis cū iudice illo: et cum cum ordo tange⸗
ret tūc iudex non dixit ad eū: quot opera mi
ſericordie tu feciſti: ſed dixit: quas delitias ⁊
quas voluptates ꝓpter me vnq̄ ſubtraxiſti
tibi. Et ille obmutuit: q: ſemper ī delitijs vi
xit. Et iudex dixit ei. Nunquid audiſti me in
euangelio dixiſſe ꝙ arta eſt via que ducit ad
vitā. i. ad regnū celorū. Et ille immediate cō
uertit ſe ad beatā virginē mariā et ad illos
ſanctos quos in ſpeciali veneratione ⁊ reue
rentia habuit vt pro eo intercederent: q: a⸗
modo vitā eius emendare ⁊ in abſtinētia et
maceratione carnis amodo deo ſeruire ꝓpo
ſuit. Quod ⁊ factū eſt: nam interceſſione bea
te virginis marie et ſanctorum ad ſeipſum re⸗
uerſus eſt: et poſtmodū oībus dieb⁹ vite ſue
corpus ſuū macerauit: et in magna abſtinē⸗
tia vixit: et ſupra modū plus q̄ prius pau⸗
perib⁹ miſericors fuit: et vitā ſuam in bono
finiuit. Uñ verificatū eſt ei dictū beati Hie⸗
ro. qui dicit in quadā epiſtola ad nepotianū.
Nō memini me legiſſe mala morte mortuū
qui libēter opera pietatis exercuit. Habet e⸗
nim multos interceſſores: et impoſſibile eſt
preces multorum non exaudiri.

¶ De ſeptem tonitruis. Sermo. v.

## Tunc videbunt filium ho

minis ⁊c. Sciēdum fratres kmi
ex ſymbolo ſacre fidei ꝙ dñs no⸗
ſter ieſus xp̄s vētur⁹ ē ad iudici⸗
um iudicare viuos ⁊ mortuos: bonos ⁊ ma⸗
los. ⁊ ſclm p ignē. In q̄ iudicio vnicuiq̄ da
turus ē iuxt meritū ⁊ demeritū: ſiue bonū ſi⸗
ue malū. Et hoc erit cū venerit fili⁹ hoīs cū
ptāte magna vt loqtur pñs euāgeliū. Scien
dum ꝙ iohānes vidit: vt in Apoc. x. hr̄ āge⸗
lum dei fortē deſcēdētē de celo: ꝗ pedē ſuū
dextrū poſuit ſup mare: ⁊ ſiniſtrū ſup terrā
collocauit: ⁊ iurauit p viuētē in ſcl'a ſclorū
ꝙ nō erit vltra tp̄s. Glo. tp̄s mie: ſ tp̄s iudi
cij ⁊ iuſticie. Et locuti ſūt ei ſeptē tonitrua.
Quid g̃ iſta ſeptē tonitrua ſunt niſi ſeptem
calamitates q̄ ſup pctōres in fine ſeculi con
ſummabit̄. D Per primū tonitruū poſ⸗
ſum⁹ recipere mortuorū reſuſcitationē. Un⸗
de ad Theſſa. Canit enim tuba et mortui re
ſurgent incorrupti. ꝙ horribilit̄ enī hec tu⸗
ba ſonabit Hierony. dicit. Siue dormio ſiue
vigilo ſiue aliquid aliud facio: ſemp illa vox
nouiſſime tube ſonat in auribus meis. Sur
gite mortui ⁊ venite ad iudiciū. Unde Hol⸗
got ſup librū Sap. Uox tube erit ſonus qui
dam ſenſibilis et imperiū vocale xp̄i quo p̄⸗
cipiet mortuus reſurgere. Iuxta illḋ Joh. v.
Mortui audient vocē filij dei ⁊ qui audie⸗
rint viuēt. De q̄ voce dicit Criſ. Uere vox ma
gna. Uox tube horribilis cui oīa obediūt ele
menta: que petras ſcidit: iferos apit: portas
ereas frāgit: vincula mortuorum dirūpit: ⁊ de
ꝓfundo abyſſi aīas liberatas corpib⁹ ſuis
aſſignat. Itē hec vox vt dicit Criſo. audiet̄ i
celo. Et tūc videbūt filiū hoīs venietē in nu
bibus celi. Tūc illuc veniet adā cū oīb⁹ ſuis
in deū credētib⁹ ⁊ eū colētib⁹. Abraam cum
omnib⁹ bonis patriarchis. Eſaias cum om⸗
nibus viris prophetis. Dauid cū oīb⁹ re⸗
gib⁹ bonis. Janitor celi petr⁹ cū oīb⁹ apo⸗
ſtolis ⁊ euāgeliſtis. Stephan⁹ et Laurenti⁹
cū oībus qui ſuū innocētē effuderūt ſangui
nē. Nicola⁹ ⁊ Martin⁹ cū oīb⁹ cōfeſſoribus.
Katherina cū oībus ꝟginib⁹. Elizabeth cum
oībus viduis. Anna cū oībus cōiugatꝭ. Regi
na celi cū oībus ſacerdotib⁹ ⁊ religioſis qui
vſq̄ ad mortē in ei⁹ obſequio permanſerūt.
Item vox hui⁹ tube audiet̄ in inferno vt ait
Criſo. Et tūc Lucifer Sathanas. Aſmode⸗
us. Beelzebub veniēt cū omni exercitu infer
norū. Iterū audiet̄ vox huius tube p totum



mundū ab oriente vſq̄ ad occidentē: ⁊ reſur
gēt oēs hoīes pariter quorum corpa i terra quie
uerunt. Ueniet illuc Cayn qui fratrē ſuū occi
dit cū oībus homicidis. Judas cū oīb⁹ tradi
toribus. Pylatus cū oībus iniuſtis iudicib⁹
Herodes puerorū necator cū oībus iniquis
regibus ⁊ principibus. Barrabas latro cum
oībus latronibus. Lamech cū oībus adulte
ris. Nemroth cū oībus vſurarijs. ⁊ Giezi cū
omnibus iniuſtis ⁊ falſis mercatoribus. Se
mon cū oībus ſimoniacis. Athalia cū oībus
puerorum necatoribus. Hieſabel cū oīb⁹ mere⸗
tricibus. ⁊ ſic de alijs. Johānis. v. Procedēt
qui bona fecerūt in reſurrectionē vite. qui ve
ro mala egerunt in reſurrectionem iudicij.
E Per ſcḋm tonitruū accipere poſſumus
ſeparationē oīm ibi congregatorum ⁊ ſepara⸗
buntur oēs in q̄ttuor ordines: q: vnus ordo
ſedebit ſuper ſedes iudicū cū dño ad iudicā
dum: non vt ſententiā dent: ſed vt ſententiā
datam a dño ꝯfirment. Aug. Tunc cum dño
iudices venient qui nūc ꝓ deo iniuſte iudi⸗
cantur. Similiter illi qui oīa habere pote
rāt in hoc ſeculo pro dño reliquerunt ⁊ pau⸗
perē xp̄m pauperes ſecuti ſunt. Sicut Pe⸗
trus ⁊ Paulus ⁊ alij diſcipuli xp̄i ⁊ viri bo⸗
ni ⁊ religioſi. De quib⁹ dicitur Mathei. xix.
Uos qui reliquiſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me ſe⸗
debitis ſuper ſedes iudicātes duodecim tri⸗
bus iſrl̄. Secūdus ordo iudicabitur ⁊ ſalua⸗
bitur vt ſunt fideles xp̄i qui p̄cepta dei ſua
uerunt: ⁊ ſex opera miſericordie exercuerunt
quib⁹ dicetur illud Math. xxv. Eſuriui ⁊ de
diſtis mihi manducare. ſitiui ⁊ dediſtis mi⸗
hi bibere: hoſpes eram ⁊ collegiſtis me: nu⸗
dus eram ⁊ cooperuiſtis me: infirm⁹ eram ⁊
viſitaſtis me ⁊c. Tertius ordo iudicat̄ ⁊ cum
ſentētia ꝯdēnat̄ vt ſunt fideles qui fidē ha
buerūt: nec tñ precepta dei ſeruauerunt: nec
opera miſericordie ad paupes exercuerunt.
Quib⁹ illud dicet̄ Math. xxv. Eſuriui ⁊ non
dediſtis mihi mādúcare: ſitiui ⁊ nō dediſtis
mihi bibere: hoſpes eram et non collegiſtis
me. Tunc dicēt. O dñe qñ vidim⁹ te ſitientē
⁊ eſurientē ⁊ pegrinū ⁊ nudū: ⁊ nō miniſtra
uimus tibi. Rñdet. qḋ vni ex minimis meis
non feciſtis: nec mihi feciſtis. Ite maledicti
in ignem eternum Quartus ordo ſtatī ſine
mīa diabolo tradet̄: ſicut iudei: pagani: here
tici: qui fidē nō receperūt. vñ Johā. iij. Qui
nō credit iā iudicat⁹ eſt. Qualr̄ aūt ſepemur
ab inuicē oñdit̄ Math. xiij. vbi dr. Exibunt
angeli ⁊ ſeparabūt malos de medio iuſtorū

⁊ mittent eos in caminū ignis ardentis: ibi
erit flet⁹ ⁊ ſtridor dentiū: tūcq̄ ſepabit̄ frater
a fratre: filius a pr̄e: filia a mr̄e: vxor a viro:
vir ab vxore: frater a ſorore: vnuſquiſq̄ ſcḋm
opa ſua. ⁊ q̄ hic. xxx. āñis ⁊ ampli⁹ ſil̄ fuerūt
ſepabunt̄ ⁊ ſe ampli⁹ nunq̄ lete videbunt:
ſcꝫ q̄tum ad malos. Math. xxiiij. Tūc erit
tribulatio talis qualis nunq̄ fuit ab initio.
Nā duo erūt in lecto vno: vnus erit de dam
nandis: alter de ſaluādis. Et ē ſciēdū ꝙ nul
lus tunc tp̄is intercedet ꝓ alio. Ergo illi er⸗
rant qui depingūt btām ꝟginē ⁊ ſctm̄ Johā
nē bap. ad dexterā ⁊ ad ſiniſtrā. vnde Job. ix
Deus cuius ire nemo reſiſtere poterit. Et ip
ſe iudex dicit per ꝓphetā Dauid. Cum acce⸗
pero tp̄s ego iuſticias iudicabo. vñ Criſoſt.
Nec proderūt ibi diuitie diuitibus: nec parē
tes filijs nec angeli ibi proderūt ⁊ ego dico
nec omnes ſcti: nam ſi oēs ſancti ꝓ aīa dam
nata intercederēt: nec chriſtus ei ſuam miſe
cordiam exhiberet. vñ Grego. lib. xij. mo. Ne
quaq̄ vltra mīa pcētis liberat quis ſemel
in locis penalib⁹ iuſtitia iudicātis damnat.
vñ etiā Aug. Ille iudex nec grā preuenit̄ nec
mīa iā flectitur: nec pecunia corrūpit̄: nec ſa⸗
tiſfactione vel pena mitigabit̄. Ergo hic dū
tp̄us habet̄ agat quilibet ꝓ ſe q̄diu eſt loc⁹
mie: q: ibi erit loc⁹ iuſtitie. F Per tertiū
tonitruū demōſtratio ſignorum paſſiōis xp̄i ꝺ
ſignat̄ q̄ fit in publico tremēdo iudicio. Cū
celeſtis rex ⁊ iudex oīm hoīm in valle ioſa⸗
phat potēter deſcēdens paſſiōis ſue īſignia
radijs ſolis lucidiora oñdet. vñ Criſoſt. ſup
Math. Crux xp̄i ⁊ cicatrices xp̄i radijs ſolis
erūt lucidiores. Et hec ideo oñdet vt videāt
reprobi q̄ iuſte dānent̄: qui tantū preciū ſui
ſanguis precioſiſſimi ꝯtēpſerunt. Tūc enim
vt ait. Criſo. exprobrabit eis dicens. Ego ꝓ⸗
pter vos fact⁹ ſum hō: propter vos alligat⁹
ſum ꝓpter vos illuſus ſum: ꝓpter vos i cru
cis patibulo mortu⁹ ſū. Ecce preciū ſangui
nis mei qḋ dedi ꝓ vobis. Ubi eſt g̃ ſeruitus
vr̄a quā mihi ꝓ pcio ſanguinis mei reddidi
ſtis. Et tūc plangēt. ſ. ſup ſe oēs trib⁹ terre.
Criſo. Plangēt ſeipos ⁊ ſup oēs iudei ⁊ pa⸗
gani ꝙ eū vnq̄ ſuis manib⁹ tā turpiter tra⸗
ctauerūt: ⁊ ipm̄ fide pverſa tā hoſtiliter im⸗
pugnauerūt. Plāgent ſe xp̄iani pctōres ſup
eo ꝙ propter bona eis facta ſibi mala reddi
derunt. Aug. Et fortaſſe dñs in corpore ſuo
cicatrices ſuauit vt vulnera cordiū diſciplo
rū ſuorum ſanaret: ⁊ vt in iudicio hoſtib⁹ expro
braret: vt conuincens eos dicat. Ecce hoiem

quē crucifixiſtis. Ecce deū ⁊ hominē ꝗ́ quem
credere noluiſtis. Uidete vulnera que feci-
ſtis. agnoſcite latus qđ pupugiſtis. Qm̄ pro
pter vos aptum eſt: nec tn̄ intrare voluiſtis.
Diſcedite ergo maledicti ⁊c̄. Feſtinet ergo
vnuſquiſqꝫ vt peniteat dū hic viuit. Ut pre-
cio ſanguinis redimeꝛ. Ne dū inuentꝰ nō fue
rit in numero redēptoꝝ fiat de numero ꝑdi
toꝝ. Querit q̄liter ⁊ qbꝰ xp̄s ſigna paſſiōis
ſue in iudicio oſtēſurus ſit. Rn̄deo ꝙ bonis
ad gaudiū ⁊ honorē: malis autem ad triſti-
tiam ⁊ terrorē. Nā ꝓmo vulnerū ſuoꝝ cicatri
ces oñdet ingrātis. Un̄ quilibet debꝫ oī die
regratiari ⁊ memorari paſſionē xp̄i. Un̄ am
bro. Plus em̄ dñe ieſu debeo tuis iniurijs q̄
bus redēptꝰ ſum: q̄ꝫ tuis ꝟtutibꝰ qbꝰ creatꝰ
ſum. Nō em̄ hoc ꝓdeſſet niſi redimi ꝓfuiſſꝫ
Nā meditatio paſſionis xp̄i eſt deo valde ac
cepta ⁊ homini fructuoſa. Bernar. Quid eſt
magis efficax ad curandū conſcientie vulne
ra q̄ꝫ vulneruꝫ xp̄i ſedula meditatio. Secun
do oñdet coronā ſpineā ſuꝑbis q̄ cū coronis:
peplis: caputijs: ⁊ crinibus xp̄m offenderūt
Hoc tales ſuperbi cogitare deberent cuꝫ ca-
put ſuū ſuperbe ornant. Et ſic dicendū eſt de
alijs punctis infra poſitis. Tertio lanceaꝫ
oſtendet iracundis ⁊ inuidioſis qui ⁊ alios
turbauerunt ⁊ ꝓximos odio habuerunt gau
dentes de aduerſitate: ⁊ dolentes de proſpe
ritate proximorum. Unde Seneca. Utinam
inuidi oculos haberent in oībus locis: vt de
oībꝰ felicitatibꝰ torquerenꝛ. Nā q̄ꝫta felicius
ſunt gaudia: tanti inuidorum ſunt gemitus

Quarto clauos manuum oſtendet auaris
q̄ nūq̄ꝫ ſatianꝛ nec cōtētanꝛ. Cōtra quos di-
cit apl̄s. Habentes alimenta ⁊ qbꝰ tegamur
hijs ꝯtēti ſumꝰ. Quīto clauos pedū oñdet
chorizātibꝰ. Quid em̄ tūc deo rn̄dere poſſunt
quē chorizando ⁊ ſaltādo ſepius offenderūt
Augu. Oīs motꝰ petulantie ſaltꝰ eſt in pro-
fundum cloace. Sexto crucē oñdet pigris
q̄ nihil arduū aggredi: nec quicq̄ꝫ aduerſita-
tis pati volunt. Contra quos dicit Gregor.
Si illic dulcia appetimus: neceſſe eſt vt hic
amara toleremus. Cōtra quod pl̄es faciunt
qui volunt regnare cū xp̄o: ſed nō pati cuꝫ eo
Un̄ verſus. Oēs nos cupimus adire regna
celoꝝ. Dura pati fugimus nec opus ſufferre
laboꝝ. Septimo flagellum oſtendet luxu-
rioſis q̄ voluptatibꝰ corporis ſatiſfecerūt: et
corpꝰ ⁊ aīam coinq̄nauerūt. i. Coꝝ. vi. Omne
pctm̄ quodcūq̄ꝫ facit hō extra corpꝰ ē. q̄ autē
fornicaꝛ in corpꝰ ſuū peccat. Un̄ đr in decre.
Pollutio carnalis laſciuie plus inquinat ho
minem inter ſeptē pctā mortalia. xxxij. q. vij
Nō ſolū. vn̄ etiā Ariſto. de regi. ꝓnci. Coitus
eſt deſtructio corporis ⁊ abbreuiatio vite.

Octauo veſtem purpuream qua eū pyla-
tus induit: ⁊ veſtem albā in qua deriſus fuit
ab herode oſtendet ſuperbis q̄ cū ſciſſuris et
lōgis caudis ⁊ manicis ⁊ ſuperfluitate veſti
um xp̄m offenderūt ornantes ſe ad alliciē-
dum: aſpiciētes ad malas cōcupiſcētias. vn̄
Chriſoſto. Si mulier decorauerit ſe ⁊ ad ſe vi
ſus hoīs prouocauerit: extremā vindictaꝫ ſu
ſtinebit. Nono pannū groſſuꝫ cū quo ocu
li xp̄i erant ligati oſtendet falſis ⁊ mendaci-
bus hoībus ⁊ mercatoribꝰ. Nā tales oculos
dñi oīa aſpicientis conātur velare q̄n maluꝫ
pro bono nitunꝛ vēdere: dare. vel mutuare.

Decimo funes cuꝫ quibus xp̄s ligatꝰ fuit
manibus ⁊ brachijs oſtendet illis q̄ ample-
xando: oſculando ſe ⁊ alios ad malas libidi
nes prouocauerūt. Undecimo fel ⁊ acetuꝫ
cū quo xp̄us potatus fuit oſtendet guloſis ⁊
ebrioſis qui hic in ſatietate ⁊ ebrietate vixe-
rūt. De q̄bus dicit xp̄us Luce. vi. Ue vobis
qui nūc ſaturati eſtis. vn̄ Hiero. in epl̄a. Im
poſſibile eſt hic īplere vētrē: ⁊ ibi mentē. vn̄
Bern̄. Qui carnalibꝰ q̄dem voluptatibus pa
ſciꝛ eternaꝝ epulaꝝ delicijs indignus habeꝛ
vn̄ Ambro. in li. de peni. Ebrioſus ꝯfundit
naturā: amittit grām: ꝑdit gl̄iaꝫ: incurrit dā
nationē eternā. Duodecimo ſputū cū quo
facies xp̄i defedata ē oñdet illis qui facies ſu
as decorant aliter q̄ꝫ creati ſunt. vnde Amb.
Deles picturaꝫ dei ſi vultū tuū naturali can-
dore obnubilas: ⁊ exquiſito rubore ꝑfundis.
Et de illo dicit ꝓpheta. Oēs vultꝰ redigenꝛ
in ollā. Nā tales vultꝰ ſic hic in ꝑn̄ti decorati
denigrabunꝛ ⁊ punienꝛ infernali igne. Ber.
In q̄ aūt mēbro creator magis offendiꝛ: in
eodē pctōr magis torq̄biꝛ. Decimotertio
crines q̄ xp̄o extracti ſunt tpe paſſionis oſtē
det illis viris ⁊ mulieribꝰ q̄ cū crinibus ip̄m
offenderunt facientes ſibi glaucos ⁊ criſpos
⁊ coloratos crines. Sil'r ⁊ mulieres que diſ-
coopertis capitibꝰ inceſſerūt: et cum ornatu
criniū alios hoīes ad peccādū prouocauerūt
H Decimoq̄rto taxillos oſtēdet luſoribus
qui ex auaritia ⁊ cā lucri luſerūt. Nā talis lu
dus eſt q̄dā expoliatio: ideo nō pōt quis lici
te per ip̄m aliq̄d acq̄rere: nec etiam retinere
Sed queriꝛ vtrū ludus ſit peccatū mortale.
Rn̄detur ſm̄ Guilh. ꝙ ſic. Etiā ſi hō non du-
cit i ꝯſuetudinē mortaliter peccat. Et ītelli-



ge quādo ex auaritia ludit: q2 auaritia ē de
ſe pctm̄ mortale. Ex iā dicto ptꝫ ꝙ in pericu
loſo ſtatu ſunt luſores qui bona ꝑ ludum ac
quiſita poſſident: et nō reſtituūt ſm̄ conſiliū
ſui cōfeſſoris. Decioquinto denarios ꝓ q̄
bus xp̄s venditus fuit oſtendet vſurarijs et
omnibꝰ qui ſciēter res iniuſtas poſſederunt
⁊ nō reſtituerūt. Quid em̄ tales dicturi ſunt
in extremo iudicio: cum iudas iſtos trigita
denarios reſtituit iudeis pro quibus xp̄ꝫ vē
didit. Et ipſi res iniuſtas et furatas et vſu-
ras reſtituere noluerūt. Unde dicitur in de-
cre. Uſurarius nō vere penitet niſi prius vſu
ras reſtituat. xiiij. q. iiij. Quid dicā. Et ratio
huius eſt: quia ſm̄ Auguſti. Peccatū non di
mittiꝛ niſi reſtituaꝛ ablatuꝫ. H Per q̄r-
tum tonitruū intelligūtur teſtes quos pec-
cator contra ſe habebit in iudicio. Pro q̄ ſciē
dum ꝙ primꝰ accuſator ſiue teſtis ſunt pec-
cata noſtra propria. Jere. ij. Arguet te mali-
cia tua: opera enim malorū eos ꝑſequētur.
p̄s. In operibꝰ manuū ſuaruꝫ comprehēſus
eſt pctōr. Bern̄. Tunc loquētia vniuerſa pec-
catoris opera ſic dicēt. Tu nos egiſti: opera
tua ſumus: velis nolis hoc die nos abſcōde
re non poteris: quia te non deſeremus: ſꝫ te
cum ad iudiciū pergemꝰ accuſabimꝰ te reum
multiplicibus criminibꝰ: imo ꝓpria cōſcien
tia hoīs erit teſtis ſue dānatiōis. Ro. ij. Te-
ſtimoniū reddente illis conſciētia ipſorum.
Secūdus accuſator erit dyabolꝰ recitās oīa
mala que fecimꝰ: et de quibꝰ pn̄iam nō egi-
mus. Augu. Preſto erit dyabolus recitās q̄c
quid fecerimꝰ: quo die: qua hora: et quo lo-
co: tūc obijciet peccatori cogitationes mali-
gnas: luxurioſas: ⁊ rancoroſas. Sil'r quicq̄d
peccauit loquēdo: blaſphemādo: detrahēdo
maledicendo: mentiēdo: peierando: deriden
do proximū: et ipſum ad iram prouocando.
Sil'r oīa opera corporis: greſſus: ſaltus: vi-
ſus: tactus: et oēs actꝰ luxurioſos. Sil'r accu
ſabit de omiſſione. ſ. quot miſſas: quot ſmo
nes ſine cauſa neglexiſti: q̄t dies ieiunij ſol-
uiſti: et quot dies feſtiuos non celebraſti: et
quot opa miſericordie exercere potuiſti ⁊ nō
feciſti: ⁊ ſic de alijs. Tunc dicturꝰ eſt ille ma-
lignꝰ aduerſarius. O eq̄ſſime iudex iudica
iſtū eē meū per culpā qui tuus eſſe noluit ꝑ
grām: tibi fuit inobediēs: mihi obediēs: tuā
veſtē amiſit: cū mea veſte huc venit. Tertiꝰ
accuſator erit totus mūdus ⁊ oēs creature.
Greg. Si queris qui te accuſabūt: dico totꝰ
mūdus: q2 dicet terra. O pctōr maledicte pe
dibus tuis ſuper me ambulaſti: fructus me-
os māducaſti: et deū qui te creauit dereliq̄-
ſti. Redde ergo rationē de oībus. Tūc aq̄ di-
cet. Ego te potaui: ſordes laui: piſces tibi mi
niſtraui: redde ergo rōem. Sol. ego te letifi-
caui: luce illuſtraui: redde rōem. Chriſo. In
die illa nihil eſt qđ reſpondebimꝰ: vbi celuꝫ:
ſol: luna: terra: dies: et noctes: totꝰ mūdꝰ ſta
bunt aduerſus peccatorē in teſtimoniū: imo
numerus piſciū: numerus auiū: et numerus
oīm creaturarū et bn̄ficioꝝ dei que tibi exhi
bita ſunt: quoꝝ vſum habuiſti apparent q̄ſi
preſentes ſint: et de his redditurus es rōeꝫ.
Hoc q̄libet hō cogitare deberet cū in preſen-
ti vſum creaturarū et beneficioꝝ dei habet.
J Per quintū tonitruuꝫ accipere poſſumꝰ
vociferationē iniquorū. Naꝫ ipſi iniqui ma
ledicent ſibiipſis clamando illud Apocalip.
Ue ve ve. q. d. Ue vobis pedes mei maledi-
cti: quid mihi miſeri īputaſtis: ꝙ per maluꝫ
greſſum et ſaltus illicitos celi ianuam mihi
reſeraſtis ingredimini modo portas inferni
que nūq̄ vobis āplius aperienꝛ. Ue vobis
manus: cur ꝑ malū tactū corona gl'ie me pri
uaſtis: iam ꝓpter vos inducar ad ignē de q̄
amplꝰ nūq̄ꝫ egrediar. Ue tibi cor maledictū:
quid imputaſti ꝙ tuis cogitationibꝰ malis
et delectationibꝰ me gaudijs celi priuaſti: iā
incipit tua triſtitia: quā nūq̄ ſequetur aliq̄
leticia. O maledicta lingua quanta mala mi
hi feciſti ꝙ tot turpia verba protuliſti: ideo
os meū mille annis et amplꝰ clamabit: nec
vnū inueniet qui adiuuabit. O maledicti o-
culi qui nūq̄ ꝓ pctis meis vnā lachrymam
fudiſtis corā ſacerdotibꝰ. Jam incipit fletus
veſter intolerabilis coram demonibꝰ: ⁊ cuꝫ
mille milia annorum merorem habueritis:
nunq̄ꝫ inde conſolatorem habebitis. Quid
plura. Tunc dicēt montibꝰ cadite ſuper nos:
et collibus cooperite nos a facie ſedentis in
throno. K Per ſextum tonitruū intelli-
gere poſſumꝰ ſentētiam damnatorū. et voca
tionē electorū. Tūc em̄ dicet rex his qui a ſi-
niſtris eius erunt. Diſcedite a me ab om̄i le-
ticia mea et a meis āgelis quorū cōſilia ſpre
uiſtis: quibus ꝓſentibꝰ nullam reuerentiaꝫ
exhibuiſtis. Diſcedite vt vos āplꝰ non cuſto
diant: ſed in manibꝰ inimicoꝝ veſtrorū vos
deſolatos relinquāt. Diſcedite a ſanctis me
is quorum conuerſationē imitari noluiſtis:
et quorū feſta non coluiſtis. Diſcedite a mea
dilecta matre: de cuius familia eſſe nolui-
ſtis cui nunq̄ꝫ honorem impendiſtis: de cuꝰ

preſentia gaudet oīs celi curia. Diſcedite a me vt aures veſtre nūꝙ̄ dulcem vocē meam audiāt. Nec manus veſtre nūꝙ coronā glorie recipiāt a me. Nec oculi veſtri amplꝰ faciem meā videant. Diſcedite ergo maledicti a celo: qꝛ nunꝙ̄ āplius aliqđ bonum aīabus veſtris de celo deſcendet. Diſcedite maledicti a terra: qꝛ de ipſa corꝑibꝰ veſtris nunꝙ̄ aliqđ bonū ꝓueniet. Diſcedite maledicti ad infernū: qꝛ vtrūqꝫ tam corpus ꝙ̄ anima ibi ſine fine cruciabitur. Per ſeptimū tonitruū accipere poſſumus multiplicitatē ſupplicij malorum poſt hanc vitam et magnitudinē gaudij bonorꝫ. Hec patent infra ſermone. liij. O. P.

¶ De eadem dn̄ica. Sermo ſextus de quindecim ſignis ante iudicium.

Erunt ſigna in ſole et luna ⁊ ſtellis ⁊c̄. Scire debetis filij kariſſimi: qꝛ ſicut mira ⁊ ſtupēda pl'a xp̄i aduētū in carnē quo vēit nos ſaluaturꝰ ab initio mūdi ꝑceſſerūt ſigna: ſic vltimū aduentū ipſius quo veniet nos iudicaturus ꝑcedēt et mira ⁊ mirabilia ſigna: ſ̄m d. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna. Vn̄ in p̄nti ſermone tria ſunt dicēda. Pͥo que ſunt ſigna q̄ erunt in ſole ⁊ luna. Secūdo ponēde ſunt alique queſtiones. Tertio exemplū. Pͥmo ergo queritur que ſunt ſigna illa que erūt in ſole et luna et ſtellis. Reſpondet vt habetur Johelis. ij. Sol cōuertet in tenebras ⁊ luna in ſanguinem āteꝙ̄ veniat dies domini magnus et horribilis. Unde etiā Apocal'. vi. dicit. Sol factus eſt niger quaſi ſaccus cilicinus: et luna facta eſt ſicut ſanguis: et ſtelle cadent ſuꝑ terrā. i. fulgura ignea dabunt in terrorē hoīm ad iudiciū citatoꝝ. Aug. Tā ſeua erūt iudicia dei ꝙ etiā ſol ipm inſpicere nō audebit. Vn̄ etiā Mat. xxiiij. Erit tūc tribulatio qualis nūꝙ fuit ab initio mundi vſqꝫ modo: nec poſtea fiet. Vn̄ etiā Dan̄. xij. Ueniet tale tp̄us quale nō fuit ab eo ex quo gentes ceperūt eē vſqꝫ ad tp̄s illud. Itē ſciēdum ꝙ btūs hiero. in annalibꝰ iudeoꝝ inuenit ſigna. xv. ꝑcedentia extremū iudiciū: ſed vtrū cōtinue futura ſunt an interpolatiꝫ nō expͥſſit. ℞ Pͥmū ſignū eſt ꝙ mare ſe exiget. xl. cubitis ſuꝑ latitudines mōtiū adſtantibꝰ: ⁊ in nullā partē declinātibꝰ tanꝙ̄ murus: vt verificet illud p̄s. Mirabiles elationes maris: et hoc cōtinget in penam ⁊ terrorem ſuꝑborꝫ. Cor ſuperbi eſt quaſi mare ferueēs qđ nō quieſcit: diſcordia nāqꝫ ex ſuꝑbia orit. Prouerb. xiij. Inter ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt: qꝛ ſuꝑbus vult altior eſſe: quia modicū quid factum ſibi reputat magnū: et reputat ſe iniuſte pati: et reputat ſe dignum multo honore: igit ſꝑ feruet et nūꝙ̄ ſatiat honore: vn̄ dꝛ in decre. Elatꝰ in ſuꝑbiā in iudiciū cadet dyaboli. lxxxiij. diſt. Qm̄. Sꝫ int humiles eſt ſꝑ pax: qꝛ humilis reputat ſe vilem et ſubijcit ſe alijs. Vn̄ dꝛ in decret. Seruus dei nō querit quō alijs appareat maior ſ꜄ quō inferior oībus videat. di. xl. Quicūqꝫ

Secūdū ſignū eſt ꝙ ſecūda die tātū in abyſſum demerget ipꝫ mare vt vix videri poſſit. Vn̄ Nauꝫ. i. Increpans mare ⁊ exiccans illud. In ſignū ꝙ ſuꝑbi et voluptuoſi q̄ ſe ſe exaltauerūt: ⁊ pro dignitatibꝰ et honore mūdano et p̄latibus laborauerūt: et ſubditos ſuos et pauꝑes ſupplātauerūt tunc humiliantur et deꝑmunt. Luc. xiiij. Oīs q̄ ſe exaltat humiliabit. Vn̄ Prouer. xxix. Suꝑbū ſequitur humilitas. Tertiū ſignū eſt ꝙ oēs beſtie et bellue marine cōgregabūtur ſuꝑ pelagus et dabūt mugitꝰ vſqꝫ ad celū et eorꝫ mugitus ſolus deꝰ itelligit. Vn̄ Job. xij. Loquere terre et annūciabit tibi ⁊ enarrabit piſces maris: et hoc in terrorē illoꝝ qui in choreis: in cytharis: in fiſtulis: ⁊ alijs muſicalibus inſtrumētis nimis delectati ſunt ⁊ pluſ q̄ꝫ in deo: qꝛ tūc clamor ⁊ riſus illoꝝ in fletu cōuertet. Luc. vi. Ue vobis qui nūc ridetis: qꝛ lugebit. O q̄ꝫ ſecuri tūc erūt q̄ nunꝙ̄ illicite hic gauiſi ſunt: ſ꜄ in p̄nti ſeculo cuꝫ xp̄o triſtes fuerūt: et ſicut xp̄s fleuit ſic et ipi ſalubrit fleuerūt. Luc. xi. Bt̄i q̄ nūc fletis. Vn̄ etiā Grego. P̄ntia gaudia ſequūtur ꝑpetua lamēta. Quartū ſignū eſt ꝙ mare et oīs aq̄ ardebunt: ⁊ hoc in opprobriū luxurioſoꝝ et adulterorū q̄ hic in delectationibꝰ carnalibus natauerūt et libidini ſue cōtra deum ſatiſfecerunt: qm̄ tales in futuro ardebunt in igne et ſulphure. Apocalip. xxi. Erit ꝑs eorū in igne ⁊ ſulphure. Nā ꝓ qualibet vice ſicut hic in luxuria delectati ſunt in futuro ſpecialem eternā penā habebūt. Apocalip. xviij. Quantum in delitijs fuit: tantū date illi luctum et tormētū. Quintū ſignū eſt ꝙ ligna ſiluarū et olera herbarū et oēs arbores dabunt ſudorē ſanguineū: ſicut ſibilla predixit vt habet Johel'. ij. In diebꝰ illis dabo ꝓdigia in celo: et in terra ſanguinem et vaporem fumi. Et hoc continget in terrorem homicidarū qui ex vindicta occiderūt ⁊ vulnerauerūt ꝓximū. Nā hoc ē vnū de q̄ttuor peccatis clamātibus in celū: ſcꝫ fundere ſanguinem innocentē. vn̄ Gen̄. iiij. Uox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

Sextū ſignū eſt ꝙ oīa volatilia celi ꝯgregabunt in locū vnū adinuicē flētes ⁊ vlulātes nō guſtātes cibū neqꝫ bibētes: ⁊ hoc continget in terrorē guloſoꝝ ⁊ ebrioſoꝝ qui hic ſꝑ in ſatietate ⁊ ebrietate vixerūt: qꝛ tales ī futuro cibent fame ⁊ morte. p̄s. Mors depaſcet eos: de potu dicit pſalmiſta. Ignis ſulphur ſp̄us procellarū ꝑs calicis eorum. Ibi enī dānati guttam aque hr̄e non poſſunt: vt patet in epulone qui guttam aq̄ petiuit: nec tn̄ obtinuit. Septimū ſignū eſt ꝙ tūc ruent oīa edificia. Math. xxiiij. Nō relinq̄tur lapis ſuꝑ lapidē qui nō deſtruat. Et hoc cōtinget ī terrorē illoꝝ qui h plus ſolliciti fuerūt in edificijs terrenis: ⁊ plꝰ dilexerunt pulchra edificia ꝙ̄ vt in celo ꝑparēt ſibi māſiones delectabiles. Job. xiiij. In domo patris mei māſiones multe ſunt. O q̄ꝫ plures ſunt tales qui plus ornant domos in quibus corpus morari debet ꝙ̄ aīam in qua deus habitare debet. vn̄ Iſa. ꝓpha. Ue qui cōiungitis domum domo: ⁊ agrum agro copulatis vſqꝫ ⁊c̄. Diues homo cum videret pulchram domum ſuā cogitare deberet. O ſi ita pulchraꝫ habitationem ꝑparaſſem aīe mee in celo et cum tanta ſollicitudine ⁊ labore ⁊ expenſis ſicut corpi meo in hoc ſeculo ꝑpaui quā forſtaſſis corpus meū breue tempus inhabitat M Octauū ſignū ē ꝙ ignea fulmina ſurgēt ab occaſu ſolis ꝯ faciē firmamenti vſqꝫ ad ortū ſolis occurrētia. In ſignū ꝙ iracundū deꝰ ſe oñdet iracūdis hoībus qui hic ꝓximos tribulauerūt maledicēdo ⁊ verberādo. Nam fulgura ⁊ tonitrua ſunt terribilia: ergo ꝑ ea ſignificat ira dei ꝯ malos et iracundos. Math. v. Oīs q̄ iraſcit fratri ſuo reus erit iudicio. Quō ⁊ tūc nō reꝰ erit qui alios turbauit: ⁊ ſciēter ad iracūdiā ꝓuocauit. Sꝫ māſuetis oñdet ſe xp̄us mitem ⁊ benignum Math. v. Beati mites ⁊c̄. Et p̄s. Manſueti hereditabunt terrā. Nonum ſignū eſt ꝙ petre adinuicem ſe collidēt: ⁊ in quattuor ꝑtes ſcindentur: ⁊ vnaqueqꝫ pars vt dicitur collidet alteram: neſcietqꝫ homo ſonū illuꝫ ſ꜄ tm̄ deus ſicut factuꝫ eſt in paſſione xp̄i: vt habetur Math. xxvij. Petre ſciſſe ſunt. Et hoc ꝯtinget ī terrorē obſtinatoꝝ: qui ſūt duriores lapidibꝰ q̄s nec infernus: nec iudiciū extremuꝫ: nec gaudia celi: nec paſſio xp̄i pōt emolire: cum tamen petre in paſſione chriſti ſciſſe ſunt: ſꝫ ipi nō p̄nt ſcidi ad p̄niam.

Decimū ſignū eſt gn̄alis motus terre: qui adeo erit magnus: vt dꝛ ꝙ nullꝰ hō nullūqꝫ aīal ſtare poterit: ſ꜄ ad terrā ꝓſternet. Apoc. xvi. Et factus eſt terre motꝰ magnus q̄lis n̄ fuit ex quo hoīes eſſe ceperunt. Et hoc in ſignum ꝙ terra amodo nō vult portare peccatores nec abſcōdere: ſed opꝫ vt appareāt coram ſummo iudice. Vn̄ Greg. O q̄ꝫ anguſte erunt tūc vie reproboꝝ cum ſuperiꝰ viderit iudicē tremebūdū: inferius chaos horrendū a dextris peccata accuſantia a ſiniſtris infinita demonia eos ad inferna trahentia. intꝰ conſcia accuſans: foris mundus ardens: miſer peccator ſic deꝑhenſus quo fugiet. latere enim eſt impoſſibile: apparere intolerabile. tunc dicēt illud. Apoca. vi. Montes cadite ſuper nos: ⁊ abſcondite nos a facie ſedētis ſuper thronū ab ira agni ⁊c̄. Undecimum ſignū ē ꝙ oēs montes ⁊ colles in puluereꝫ redigentur: ⁊ oīs terra equabit. Vn̄ Iſa. xl. Oīs vallis implebit: ⁊ oīs mōs ⁊ collis hūiliabit. Et hoc ꝯtinget in terrorē nobiliū qui ſeipſos in p̄nti extulerūt: ⁊ alios hoīes ſpreuerūt: qꝛ tūc cognoſcēt ꝙ oēs erimus ſiles ⁊ deus vnūquēqꝫ indifferēter ſ̄m merita ſua iudicabit. Math. xvi. Filius hoīs reddet vnicuiqꝫ ſ̄m opera ſua. Et hoc ſine acceptione perſonaꝝ. Nā dn̄m iudicabit ſicut ſeruū. dn̄am ſicut ancillā. regē ſicut ruſticū. vn̄ p̄s. Cū accepero tp̄s ego iuſticias iudicabo. Itē in codē p̄s. Deus iudex hūc hūiliat ⁊ hūc exaltat. Duodecimuꝫ ſignū eſt ꝙ etiā hoīes protūc viuētes exibūt de cauernis in q̄bus latitabāt: ⁊ ibunt velut amentes: nec mutuo ſibi loqui poterunt. Et hoc cōtinget in ſignū ꝙ nullus excuſare ſe poterit ī extremo iudicio: nec aliquis ſanctoruꝫ pro quocunqꝫ peccatore intercedet. Decimūtertiū ſignū eſt ꝙ oīa ſepulchra ab ortu ſolis vſqꝫ ad occuſū aperientur: ⁊ oſſa mortuoruꝫ ſtabunt ſuꝑ ſepulchra ſua. Unde Ezechie. xxxvij. Ecce ego aperiā tumulos veſtros. Et hoc ꝯtinget in ſignuꝫ: qꝛ oīa occulta ⁊ peccatores occulte peccātes manifeſtabūtur ⁊ ꝯfundent: vn̄ xp̄us dicit in euāgelio. Nihil opertū qđ non reuelet nec abſcōditū quod nō ſciat. Decimūquartum ſignū eſt ꝙ ſtelle cadēt de celo. Math. xxiiij. Stelle cadent de celo ⁊ virtutes celorum mouebuntur. Nam oīa ſydera errantia ⁊ ſtationaria ſpargent ex ſe igneas comas. In eodeꝫ die vt dicitur oīa animalia veniēt

ad campū mugientia et nō guſtantia cibuꝫ
nec bibētia. Sciendū ꝙ ſtelle cadent: hoc cō
tinget in terrorē illoꝝ qui a fide ceciderūt vl'
quos ꝓſperitas vel aduerſitas a deo retra-
xit. Decimūquintū ſignū eſt ꝙ hoīes viuen-
tes ꝓ tūc oīs mouenf: ⁊ cū mortuis reſur-
gent qui longe ante fuerūt mortui. Nota ꝙ
celū ⁊ terra nō renouabunf nec purificabū-
tur per ignē: niſi poſt ablationem maloꝝ ho
minū poſt iudiciū. Queritur hic vtrū omnia
corpora redigenf in cineres. et videtur ꝙ nō
Quia aliqui moriunf qui imediate ante iu-
diciū ⁊ ante reſurrectionē mortuoꝝ vixerūt
ſed corpus hominis nō incineraf niſi ꝑ ma
gnū tp̄s poſt mortē hoīſ: ergo ſaltē talia cor
pora non incinerant poſt mortē ipſoꝝ. Re-
ſpōdet Holgot ſuꝑ li. ſap̄. ⁊ dicit ꝙ tales re-
ſoluenf per ignē qui cōcremabit mundū an
te diē iudicij: ⁊ ſic ſoluētur cito ⁊ cito ſepara
buntur. Ad hoc idem reſpondet Haymo ꝙ
oīs hoīes qui ſunt nati in pctō originali tꝫ
hec ſnīa Geñ. iij. Puluis es et in puluerem
reuerteris. Itē ſciendū vtrū illi dies cōtinui
ſint vel interpolati. Hiero. non exprimit. Et
etiā ꝙ talia ſigna fient apocriphū eſt. Que-
dā tn̄ ex eis vel etiā q̄ſi oīa vt patuit ex ſcri-
pturis ſacris ꝓbanf. ⁊ h̊ q̄ꝫtū ad p̄mā ꝑtem
hui⁹ ſmonis. Sꝫ q̄ꝫtū ad ſcd̄am ꝑtē tūc po-
nende ſunt alique q̄ſtiones. Et p̄mo q̄ritur
vtrū xp̄s in iudicio in forma humanitatꝭ glo
rioſa apparebit. Rn̄det btūs Tho. de aquino
ſuꝑ. iiij. li. ſeñ. diſt. xlvij. ꝙ ſic. Nā xp̄us ī for
ma hūanitatꝭ videri pōt: ⁊ videbif ab oībus
tam bonis ꝙ̄ malis: tn̄ ſciendū ꝙ nō eq̄liter
videbif a bonis ⁊ a malis. Vn̄ Grego. ſuper
Ezech. Redemptor humani generis cum iu
dex apparuerit ⁊ ſpecioſus iuſtis: et terribi-
lis erit iniuſtis. Quē em̄ manſuetū aſpiciēt
electi: hūc eūdē pauendū atq̃ꝫ terribilē reſpi
cient reprobi. ¶ Item ſecūdo queritur
vtrum culpe oīm hominū manifeſtabuntur
in iudicio oībus homibus. Dicendū ꝙ de
iſta materia pulcre ſcripſit beatus Tho. ſuꝑ
iiij. ſenten. ⁊ Richard⁹ de ſancto victore di-
centes. Oportet ꝙ in vltimo ⁊ cōmuni iudi
cio diuina iuſtitia oībus euidenter appa-
reat. ſententia autē ꝯdēnans vel premians
iuſta eſſe nō poteſt: niſi ſm̄ merita vel deme
rita ꝓferatur. Et ideo ſicut oportet ꝙ iudex
⁊ aſſeſſores iudicis merita vel demerita co-
gnoſcant ad hoc ꝙ ſnīam ꝓferāt: ita oportꝫ
ad hoc ꝙ iuſta extremi iudicij ſententia ap-
pareat: vt oīb⁹ ſnīam cognoſcentibus me
rita vel demerita innoteſcāt vt ſicut cuilibet
nota erit ſua p̄miatio ⁊ ſua dānatio. ita oīb⁹
alijs innoteſcet. Et ideo oportet ꝙ ſicut de⁹
cuilibet ſua merita vel demerita reducet ad
memoriā: ita etiā alicui cognotioni ſubiace
ant. ⁊ hec eſt probabilior ⁊ opinio cōmunior
ꝙ̄uis magiſter ſententiarum contrarium di
cat. ſ. ꝙ pctā per penitētiaꝫ deleta in iudicio
alijs non patebūt: quia ſm̄ beatū Tho. intel
ligendū eſt ꝙ pctā iuſtorū nō venient ad no
titiā alioꝝ ſꝫ vt pctā: vt dimiſſa ſunt. Sic em̄
cōſiderationi cuiuſlibet occurrēt: ⁊ ex his nō
ſequif iuſtis pena: ſꝫ gloria. Dicūtur em̄ pec-
cata cōmiſſa tegi inquātuꝫ de⁹ ea non videt
ad puniendū: ſicut dicit glo. ſuꝑ illud. qd̊ di
citur in p̄s. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniq̄ta
tes: ⁊ quoꝝ tecta ſunt peccata. Ex predictis
ꝯcludi pōt ꝙ corā iuſto iudice: ⁊ oībus ange
lis ⁊ hominibus manifeſta erūt cuiuſlibet ho-
minis merita ⁊ demerita: ex quib⁹ iuſta ſnīa
ab ip̄o iudice ꝓferri pōt: qꝛ vt ait p̄s. Vnu-
cuiq̃ꝫ reddet ſm̄ opa ſua. Et hoc fit qn̄ dn̄s
de⁹ iuſtus iudex dicet his q̄ a dextris ei⁹ erūt
Venite bn̄dicti: poſſidete regnū vobis para-
tū ab origine mundi. Eſuriui ⁊ dediſtis mi-
hi mādūcare ⁊c̄. Quod vni ex minimis meis
feciſtis mihi feciſtis. Et his q̄ a ſiniſtris ei⁹
erunt cum ſuis peccatis oībus hoībus ma
nifeſtis in valle ioſaphat dicens ꝓferens ꝯ
eos iuſtā ſnīaꝫ que quaſi gladius bis acut⁹
exibit de ore eius: vt hr̄ Apoca. i. Et vere bis
acutus: quia interimit corpus ⁊ aīam diui-
dens totū hoīem a vita eterna: ſententians
euꝫ ad gehennam ignis dicens. Math. xxv.
Ite maledicti in ignem eternum q̄ parat⁹ eſt
dyabolo ⁊ angelis eius. i. hoībus eū ad ma-
lum ⁊ in malo imitātib⁹. Eſuriui ⁊ non dedi
ſtis mihi manducare ⁊c̄. Vn̄ Auguſtinus de
verbis dn̄i. Si in ignē eternū mittif qui nō
dedit rem ꝓpriam: vbi putas mittēdus erit
qui inuaſit alienā. Si cū dyabolo ardere dꝫ
qui nudū nō veſtiuit: vbi putas arſur⁹ erit q̄
veſtitum ſpoliauit. ¶ Tertio queritur
vtrum ignis precedet aduentū iudicis. Re-
ſpondet beat⁹ Tho. iiij. diſt. xlvi. Sic. Et ſic
aſcendet iſte ignis ſicut aſcenderūt aque di-
luuij. xv. cubitos ſuꝑ oēꝫ terrā. p̄s. Ignis an
te ip̄m p̄cedet. Et idem ignis ſm̄ ſcm̄ Tho.
cremabit corpa coꝝ ante iudiciuꝫ q̄ tunc viui
reperiētur: ſiue ſint boni ſiue ſint mali. Sed
malis infliget penā ſenſus: bonis autē in q̄-
bus nil inueniet purgādū nō infliget aliquē
dolorē: ſicut nec ignis camini intulit aliquē
de tribus pueris. Dañ. iij. Bonis aūt in q̄buſ
purgandū aliq̄d inueniet infliget dolorē ſm̄
magis ⁊ minus ſicut plus vel min⁹ purgan-
dū habebūt agēte ſicut diuā iuſtitia: cito au
tē poterit purgari q̄cquid purgandū erit: qꝛ
recuꝑabit in intētione qd̊ amittit in duratō
ne. Et idē btūs Tho. dicit ꝙ ignis ille p⁹ iu-
diciū inuoluet reprobos: ⁊ ꝙtum ad calíduꝫ
vſtiuū: ⁊ q̄ꝫtū ad illud qd̊ erat groſſum in eo
ad infernū deſcendet ad penā dānatorum.
Qd̊ vo in eo eſt ſubtile ⁊ luciduꝫ: remanebit
ſuꝑius ad gl'iam electoꝝ. Et idē dicit. Nō ei
cōplebif mūdi renouatio: niſi expulſo pctō-
re extra mūdū. i. in infernū. Sic igitur pꝫ ꝙ
ignis ille aduentū iudicis p̄cedet ꝯcomita-
bif ⁊ ſeq̄tur. Itē q̄rto q̄rif vtrū elemēta reno
uabunf ꝑ receptionē alicui⁹ claritatꝭ. Rn̄det
Tho. iiij. diſt. xlvij. ſic. Terra em̄ vt dr̄ erit in
ſuꝑficie exteriori ꝑuia. i. ꝑſpicua ſicut vitrū
aq̄ ſicut criſtallū: aer ſicut celū: ignis vt lumi
naria celi. Itē q̄rif vtrū aīalia bruta plāte ⁊
corpa mixta remanebūt in illa innouatione
Rn̄def ſm̄ Tho. ꝙ nō. Nam bruta aīalia et
plāte ⁊ corpa mixta corrūpunf ſm̄ totū. i. ex
ꝑte materie q̄ formā amittit: ⁊ ex ꝑte forme
q̄ actu nō manet. Nā hoīes vlteri⁹ nō indi-
gēt aīalib⁹ ⁊ plātis ſicut iā veſcūf: ⁊ iuuanf
per illa. Et h̊ q̄ꝫtū ad ſcd̄am ꝑtē iſtius ſmo-
nis. Quantū ad tertiā partē iſtius ſmonis ē
notandū ꝙ quilibet dꝫ formidare vindictaꝫ
iudicij diuini. Legif in li. de apib⁹. Erat mo
naſteriū ſcī Iacobi apud leodiū. vn̄ ibidem
quidā adoleſcēs conſobrin⁹ p̄poſiti maioris
eccl'ie cā deuotōnis religionē intrauit: qd̊ vt
audiuit prepoſitus indigne tulit: mādauit ꝑ
clericos conſobrinum exire rēnuit ille. Tūc
prepoſitus forti manu collecta multitudine
ſatellitum intrauit violenter cenobium ra-
puit iuuenē ⁊ nudatū ſcō habitu induit euꝫ
habitu ſeculari. Abbas ḡ monaſterij collectꝭ
maiorib⁹ ciuitatꝭ ep̄o conq̄rif ⁊ totū clerū ꝓ
tantis iniurijs interpellauit: hūc cū indignā
ter vix audire vellet ep̄s ⁊ abbatē poti⁹ im-
peteret duris v̄bis flexis genibus abbas cuꝫ
moderamīe v̄boꝝ dixit. Iudicē ꝯ te o p̄poſi-
te in terra hr̄e nō poſſum: ſꝫ ꝯ te deū ſummū
iudicē interpello vt infra. xl. dies vterq̃ꝫ no-
ſtrū cōpareat coram illo ſnīam iudicis pro
meritꝭ accepturus. Ad h̊ prepoſitus cachināſ
cū ſuis in iſtt hoīeꝫ atq̃ꝫ ſpreuit: ⁊ repulit ex
probratū. Quid plura. Quadrageſima auteꝫ
die circa nonā mortu⁹ eſt p̄dictus abbas ⁊ cū
pro illo ſolēniter pulſarēt ſedēs in balneo p̄
poſitus q̄ſiuit a circūſtātib⁹ quid h̊ eēt: mox
quidā ingrediēs ⁊ req̄ſitus de ſonitu cāpa-
narū: rn̄dit abbatē ſcī iacobi iā defunctū: et
ꝓ eo pulſationē fieri tā ſolēnē. Ilico recor-
datus p̄poſit⁹ q̄drageſimā diē eē q̄ ſe citatū
coram iudice ſummo audierat ab abbate: cō
triſtatus aīo dixit ſuis. Cito videte quid ego
faciā morītur⁹ ſum: cōꝑere me opꝫ hodie a-
ſpectibus iudicꝭ ſine mora. Cū poſt h̊ balneū
egredi feſtinaret in aſtantiū manus cū diro
eiulatu ⁊ vocibus expirauit. Ibi ꝓcul dubio
cōpulſus rn̄dere vbi cārum ſtrepitus ceſſant
iuriperitorum aduocatio ꝯticeſcit vbi nec p̄
ces nec p̄cium liberabūt: vbi nec interlocuto
ria iudicꝭ ſnīam protelabunt.

¶ Dn̄ica tertia. ſmo. vij. de aduētu ſp̄ūali.

**Tu es qui venturus es an**
alium expectam⁹. Math. xi. Phs di-
cit in li. phiſicoꝝ ꝙ forma nō intro
ducif niſi materia prius diſpoſita
ſit. ſicut pꝫ de puero cui in vtero mr̄is aīa nō
infundif niſi aīn materia ad modū corꝑis ſit
diſpoſita. ſic gr̄a nō daf hoī niſi diſponat ſe
ad gr̄am recipiēdā. Modo qꝛ ꝑ v̄bū dei diſ-
pōif hō ad ſp̄ūalē aduētū gr̄e ꝑcipiēdū: tūc
rogem⁹ mr̄em gr̄e ⁊c̄. Tu es qui vētur⁹ es ⁊c̄.
¶ Notādū ꝙ deus venit in p̄terito: venit
in p̄n̄ti: veniet in futuro. Scd̄m p̄teritū tp̄s
venit ꝑ carnis aſſumptionē: ſm̄ p̄n̄s tp̄s ve
nit in nos ꝑ gr̄e infuſionē: ſꝫ ſm̄ futurū tp̄s
veniet in die iudicij iudicare viuos ⁊ mortu-
os: de p̄io aduētu actū ē in p̄ma dn̄ica aduē
tus. de ſcd̄o aduētu. ſ. ad iudiciū actū ē in ſe
cūda dn̄ica: ſꝫ ī hodierna dn̄ica agif de aduē
tu xp̄i in nos ꝑ gr̄e īfuſionē: vn̄ in hodierna
collecta ī miſſa petim⁹ vt mentꝭ nr̄e tenebraſ
gr̄a ſue viſitatōis illuſtret. Et euāgeliuꝫ hoc
dicit de ſcō Ioh. ba. qui īterp̄taf gr̄a ſiue ī q̄
eſt gr̄a. Vn̄ in p̄n̄ti ſmōe tria ſt̄ dicēda. P̄io
quō ille aduēt⁹ ſp̄ūal' p̄cellit alios duos ad-
uētus. Scd̄o q̄re ille ſp̄ūal' aduētus ē deſide
rādus. Tertio de duritia veſtiū ꝯcludēdo cū
vno exēplo. ¶ Quātū ad p̄mū ſciēdū ꝙ
ille aduēt⁹ xp̄i in mēte p̄cellit alios duos ad
uētus. ſ. in carnē ⁊ ad iudiciū. P̄io q̄r cū ad
uent⁹ in carnē ſit ſoli⁹ filij ī carne mortali ap
parentꝭ: ⁊ aduētus ad iudiciū ſit ēt tm̄ filij ī
carne gl'ioſa appentꝭ. Aduētus aūt in mēte
hoīs et totius trinitatꝭ. Ioh. xiiij. Ad euꝫ ve
niemus ⁊ mānſionē apud eū faciemus. Scd̄o
qꝛ cū aduētus in carnē ⁊ aduētus ad iudiciū
cōes ſunt bonis ⁊ malis. Nā boni viderunt

eſtm in mūdo exiſtentē ſiſr ꝛ mali ſicut pha
riſei pilatus ꝛ herodes viderūt xp̄m in car-
ne:ſiſr in iudicio extremo tam boni ꝙ̄ mali
videbūt xp̄m venientē in nube:ſed aduētus
ſpūalis in mentē eſt tm̄ bonoꝝ qui preparant
ſe:nō eīm habitabit ī corpe ſubdito pctīs.vn̄
Hay.ſup Job.Dūm deū tuū ſuſcepturus in
habitaculū cordis tui emūda ꝯſciam tuam
ab opibus mortuis ꝛ ſuperfluis ꝛ immūdis co
gitatōibus: qꝛ mūdus inhitator mundā q-
rit domū.Un̄ etiā Bernar.ſup can.Gra bal-
ſamū puriſſimū eſt:ꝛ iō purū et ſolidum vas
requirit.Tertio ꝙ illi duo aduētus.ſ.in car-
nem ꝛ ad iudiciū ſunt ad nos:ſed ille ſpūa-
lis aduētus eſt in nos.In pmo aduentu ſal
uator ad nos venit ad celū rediturus:ī men
tē vō venit in nobis māſurus:niſi cū mūdi-
cia operū noſtroꝝ q̄ſi ꝓprijs manibus eū ex
pellamus:vn̄ vocat̄ emanuel qđ iterp̄tatur
nobiſcū de⁹.vn̄ Job.xiiij.Uos cognoſcetis eū
qꝛ apud vos manebit:ꝛ in vobis erit. Sen̄.
Prope eſt deus:tecū eſt in te eſt.Un̄ magna
ſecuritas eſt hoī deū hr̄e in ſe:naꝫ magnum
theſaurū hꝫ qui deū hꝫ:ꝛ qui deū hꝫ in ſeve
riſſime eſt ꝙ nō ſit ſine ꝯſolatione.Apoca.iij.
Si quis audierit vocē meā ꝛ aperuerit mihi
ianuā intrabo ad eū ꝛ cenabo cum illo ꝛ ipſe
mecū.Bern̄.Cibus aīe eſt gr̄a dei dulciſſim⁹
ſane ꝛ oēm bn̄s in ſe ſuauitatē et delectamē
tum ſaporis:vn̄ etiā Baſili⁹.O dulcedo mel
liflua:dulcedo mirāda:ꝙ̄ dulcis es in medi-
tatione:ſ; dulcior in orōne:dulciſſima in cō-
templatione:ſed ſupdulciſſima in btītudi-
ne:et hoc q̄ntū ad pmā ptē illius ſermonis.
¶ Sed quātum ad ſcđam ſciendū eſt ꝙ
ſunt ſex ſm Guilh.lugđ.que ſi cogitant̄ va-
lent ad hoc vt ille qui p pctm̄ mortale deſe-
ruit deū:eius ſpūalē aduentū deſideret.Pri
mū eſt ꝙ recogitet.ſ.quē relinquit.ſ.prēꝫ ſu
um celeſtē.Deutro.xxxi.Deū qui te genuit đ
reliquiſti.Naturalis eſt amor filij ad prēm:
naturalis dolor de eius offenſa:ſ; maior dꝫ
eſſe de offenſa pr̄is celeſtis.Augu.Amādus
eſt generator:ſ; pponendus eſt creator.Inſu
per dn̄ꝫ ſuū negauit qđ eſt magnū opprobri-
um corā deo ꝛ etiā corā hoībus negare ꝓpri
um dn̄m. Inſup vel poſtremo dereliquit li-
beratorē ſuū de quo multū dolere dꝫ q receſ
ſiſſe ſe videt ab eo qui morte ꝓpa cū a mor-
te eterna liberauit.Eccli.xxix.Ingratus ſen
ſu derelinquit liberantē ſe.Refert̄ eniꝫ leo
nē quē quidā miles a ſerpente liberauit ad-
heſiſſe inſepabiliter vſqꝫ ad mortē liberato-
ri ſuo.Ecōtrario multi relicto dn̄o ſuo adhe
rent ſerpēti infernali q nihil hꝫ dare niſi qđ
ſicut ipſe poſſidet eternā dānationē.Judith
iij.Erui vos de manu eoꝝ ꝛ tn̄ vos dereliqui
ſtis me.Jere.xvij.Dn̄e oēs qui te dereliquūt
ꝯfundent̄. Scđo cogitare dꝫ cām q̄re dereli-
quit deū.Jere.ij.Quid inuenerūt in me pa-
tres vn̄ iniq̄tat̄:qꝛ elōgauerūt a me ꝛ ambu
lauerūt poſt vanitatē ꝛc.vn̄ Holgot ſup lib.
ſap̄.dicit.Si bn̄ficia xp̄i cogitem⁹ ꝛ noſtraꝫ
malignitatē pōderem⁹ nō eſt dubiū ſi vſum
rōnis hēmus:quin occaſionē pnie ſentiem⁹
vn̄ poete ſcribūt ꝙ arpia auis eſt hn̄s facieꝫ
hoīs.ſꝫ eſt auis valde crudelis intantū ꝙ i-
terdū fame ſtimulāte homieꝫ inuadit ꝛ occi
dit:ſitiēs aūt extūc cū ad aquā volat vt bi-
bat vbi faciē ſuā intuēs ꝛ ſe ſibi ſileꝫ nup oc
cidiſſe recolēs tm̄ dolorē patit̄ ꝙ inde qn̄qꝫ
morit̄.Quid ḡ nos rōne vigētes faciem⁹ qn
deū nr̄m ꝛ fratrē nr̄m q̄ntū nos interfuit oc-
cidiſſe cognoſcim⁹:hoc aūt videmus expſſe
cū vbū dei audimus vel ſcripta ſctōꝝ legim⁹
deuote.Et q̄cūqꝫ nō penitet de pctīs et deſi-
derat aduētū gr̄e iſta recogitās nō eſt perfe-
ctus xp̄ian⁹ nec euāgelio dei credit:ꝛ ideo ſi
gnāter dꝛ marci.i.Penitemini ꝛ credite euā
gelio.Tertiū eſt ꝙ cogitet q̄d cuꝫ eo relīq̄rit:
qꝛ oē bonū Aug.Tale bonū deus eſt vt nemi
ni ſeū deſerēti bn̄ ſit:q̄d eīm erit bonū peccāti
ex quo ipſe ſibi mal⁹ eſt ſeipm̄ occidēdo.Sa
pīe.xvi.Homo p maliciā aīam ſuam occidit
Sen̄.Nihil eſt hoī bonū ſine bono. vn̄ Hol-
got.Merito dolere deberemus p gr̄a quaꝫ
amiſimus:efficimur eīm p culpā de filijs dei
filij dyaboli:de familiaribus dei hoſtes ꝛ ꝓ
ditores ꝛ emuli xp̄i:ꝛ de regni celeſtis here-
dibus erimus exules ꝛ ꝓſcripti.Un̄ legitur
in libro de natura rerū ꝙ q̄dam auis eſt que
vocat̄ auis paradiſi q ꝓpter inſignē pulchritu
dinem ſic vocat̄.Eſt eīm tante pulchritudis
ꝙ nullus color ſibi deeſſe creditur:vox enim
eius eſt ita dulcis ꝛ pia ꝙ poteſt deuotionē
ꝛ gaudium excitare:hec auis ſi capta fuerit
ꝛ illaqueata irremediabiliter gemit ꝛ plan-
git nec vnqꝫ plangere deſinit donec reddita
fuerit libertati.Moraliter iſta auis eſt aīa
fidelis:hec quādo eſt in gr̄a eſt auis pulcher
rima:qꝛ in ea relucet imago ſancte trinitat̄
naturaliter ei impreſſe:habēs oīs colores:
id eſt virtutes.Un̄ Hiero.in ep̄la. Oīs vir
tutes ſibi coherēt:vt qui vna caruerit oībus
careat:ꝛ qui vnā hꝫ oēs hꝫ.Iſta capitur la-
queo demonis qn̄ peccat:quid ergo reſtat ei



facere niſi plāgere ꝛ inceſſanter penitere do
nec p gr̄am recōciliationis in ſtatum priſti-
nū reducat̄: et de coruo dyaboli fiat denuo
auis paradiſi:ſic plāxit ꝛ gemuit ſctūs latro
iuxta xp̄m ſuſpenſus donec a fonte gr̄e obti
nuit ꝛ audiuit illud.Luc.xxiij.Amen dico ti
bi hodie mecū eris in padiſo:et iō oīb⁹ pctō
ribus dicit̄ a xp̄o:vt hr̄ Math.iij.Penitēti-
am agite appropinquabit eīm regnū celorū.
Quartū vt cogitet cui adheſerit. Johan.vi.
Dixit petr⁹ dn̄o.Dn̄e ad quē ibimus.Grego.
Stultū eſt ſeruire dyabolo offenſo qui nul-
lo placat̄ obſeq̄o. Bern̄.in pſona dn̄i:q̄d cau
ſe eſt ꝙ inimico meo veſtroqꝫ poti⁹ ſuire vul
tis ꝙ̄ mihi:ſtulticia eīm maxia eſt ab illo re-
cedere q dat regnū celoꝝ ꝛ eterna gaudia ꝛ ī
mēſas diuitias ꝓ ſuitio tranſitorio:et ſerui
re illi q nihil hꝫ dare niſi eternā mortē:eter-
nū ignē eternā penā. Sꝫ heu pl̄es ſuitores
hꝫ dyabol⁹ in mūdo iſto ꝙ̄ xp̄s. Nā oēs ſup
bi:luxurioſi:iracūdi:auari:mēdaces:ꝛ piuri:
ſunt in ſuitio dyaboli.Sꝫ hūileſ:caſti:abſti
nentes:ꝛ pacifici:veraces:mites:et obedien
tes ſunt in ſeruitio dei:ſ; heu plures ſūt ma
li ꝙ̄ boni.Un̄.i.Job.v.Totuſ mūdus in ma
ligno poſit⁹ eſt.Unde etiā Ariſt.v. thopico.
Hoies vt plurimū ſunt mali : in paucioꝛib⁹
vero ſunt boni.Quintū eſt vt cogitet ꝙ niſi
adueniet deus nō recedet dyabol⁹.p̄s.Ad ni
hilū redactus eſt in cōſpectu eius malign⁹:
nō ſimul habitāt de⁹ et dyabolus : ſicut nec
lux ꝛ tenebre.Nā q̄cito lux ſolis intrat tāci-
to tenebre fugāt̄: ſic eſt de deo ꝛ dyabolo.ij.
Coꝝ.vi.q cōuētio xp̄i ad belial.Sextū eſt vt
cogitet hō ꝙ nō pōt venire ad gl̄iam dei nec
ad ipm̄ deū in futuro:niſi deus ad hoīem ve
niat in p̄nti p gr̄am Augu. Nullus poſſidet
deū in futuro:niſi q hic poſſidet̄ a deo. Aug.
Deſiderate auxiliū gr̄e q ſoli hoīes liberant̄
a malo:ſine qua nullū prorſus ſiue cogitan-
do ſiue agendo faciūt bonum:qꝛ nullus ſine
gr̄a ſaluat̄: hoc incitare nos dꝫ vt deſidere-
mus aduētū xp̄i in nos:qꝛ p nos et p natu-
ralia nō poſſum⁹ aſcendere:ergo merito gra
tiam dei toto corde debem⁹ deſiderare.Unđ
Augu.in li.de natura et gratia xp̄i.Gratia ſi
ne qua nec infantes nec etate grandes ſalui
fieri poſſunt.Sed q̄ntum ad tertiū ſciendū
circa hoc ꝙ xp̄s in hodierno euangelio com-
mēdat iohannē bap.de aſperitate veſtiū di-
cens:q̄d exiſtis in deſertū videre hominem
mollib⁹ veſtitū.q.d.Ueſtis iohānis ē de pi-
lis cameloꝝ:vbi notādū ꝙ veſtis aſpera cō-
fert homini quinqꝫ bona. ¶ Primo vi-
tia carnis domat.p̄s.Ego aūt cū mihi mole
ſti eſſent.ſ.demones p infeſtationē carnis
induebar cilicio.Exēplum de iudith vidua q̄
portauit die noctuqꝫ ciliciū ad domandum
corpus ſuū:ſ; mollis veſtis adminiſtrat fo-
mitē carnis.Bern̄.Mollia indumēta molli
tiem aīe inducūt.vn̄ etiā Cyprianus.Serico ꝛ
purpura induti xp̄m induere non pn̄t.Unđ
etiā Grego.in quadā omel.q̄d eſt hō precio-
ſe ornatus niſi ſepulchrū foris dealbatū:in-
tus aūt plenū ſpurcicia.Scđo veſtis aſpera
hoīem ab imminēte tribulatōe liberat:h̄ pa
tet in niniuitis q̄bus dn̄s p Jonā prophetā
minat⁹ eſt dicēs.Poſt.xl.dies niniue ſubuer
tet̄.Auditis his vbis rex et oīs ppl̄s indue-
runt ſe ſaccis et ſparſerūt cineres ſup capita
eorum:et ieiunauerūt : et deū inuocauerūt:
et auerſus eſt furor dei ab eis et miſert⁹ eſt
eorū:ſic ecōuerſo veſtis mollis ꝛ precioſa irā
dei et plagā ꝓuocat.Un̄ legitur in geſtis ro
manoꝝ ꝙ ille qui primit⁹ inter eos veſtem
purpureā induit a fulgure pcuſſus eſt : et ſic
interijt.Tertio veſtis aſpera facit orationē
exaudiri:vnde olim antiq induebant ſe ſac-
cis cū a deo aliquid impetrare voluerūt.p̄s.
Reſpexit in orationē humiliū ꝛc̄.Ecci.xxxv.
Oratio humiliātis ſe nubes penetrat donec
appropinq̄t ad dn̄m nō cōſolabit̄: et nō diſ-
cedet donec altiſſim⁹ aſpiciat. Et econuerſo
veſtis mollis ꝛ precioſa impedit orationeꝫ.
Naꝫ ſupbus habitus non impetrat a đo qđ
petit.vn̄ Jaco.iiij.Supbis reſiſtit de⁹.vnde
Hiero.in ep̄la.Qua fiducia erigis ad celum
vultum quē cognitor non agnoſcit. Quarto
veſtis aſpera liberat hoīem a veſte calami-
tatis qua dānati veſtiūtur.p̄s. Induant̄ ſi-
cut diſploide cōfuſiōe ſua. Nā dānati cōfun
dūtur in corpe ꝛ aīa. Un̄ dicit dn̄s p ꝓphe-
tam.Gloriā eoꝝ in ignominiā cōmutabo.ſic
ecōuerſo pōpoſitas et varietas veſtiū varie-
tatem penarū inducit:qꝛ quot tunicas quot
pallia:quot colores : quot ſciſſuras ſupbus
ex ſupbia induit:tot penas ꝓ his in futuro
habebit. ¶ Quinto aſpera veſtis impe-
trat homini ſtolam glorie claritatis eterne.
Apocalip.vi.Date ſunt illis ſingule ſtole al
be.Nā veſtis glorie p̄cellit claritatem ſolis.
Math.xiij.Fulgebūt iuſti tanq̄ ſol. De hac
claritate loq̄tur Anſel.In illa vita pulcritu
do iuſtoꝝ ſolis pulcritudini q ſeptēpliciter
ꝙ̄ eſt modo fit ſplendidior adequabit̄. Naꝫ
ſi celū aperiret̄ tot⁹ mūdus ille vnius corpo

ris claritatē glorioſi ſuſtinere nō poſſet. Cor
pus em̄ illud qd̄ cilicio induit̄ ⁊ ſacco tegit̄:
ſeptēpliciter clarius erit ꝙ̄ ſol iā eſt: ſicut iā
patuit per auctoritatē Anſelmi. Et ſuꝑ hoc
aīa hoīs implebit̄ ineffabili claritate. Unde
Bern̄. Putas qualis tūc erit ſplendor aīarū:
qn̄ ſolis habebit ſplēdorē lux corporum. Ex
hoc elicit̄ ꝙ quilibet debet corpus ſuum ca-
ſtigare cū abſtinētia eſce et potus inq̄tū va
litudo ꝑmittit: et domare carnē ſuā cū cili-
cio vel alio aſpero indumēto vt ad talē clari
tatem ꝑuenire valeat. vn̄ Hiero. in epiſtola.
Nullus labor durꝰ: nullū tp̄us longū videri
dꝫ quo glīa eterne claritatis acq̄rit̄. vn̄ Cri-
ſo. d recuꝑatōe lapſi: ſi q̊tidie oporteret nos
tormēta ꝑferre ⁊ ipām gehēnā ꝑuo tp̄e to-
lerare ꝓ eo ꝙ xp̄m videre poſſemꝰ in gloria
venientē: ⁊ ſanctoꝝ eius nūero ſociari nō e-
rit dignū pati oē ꝙ triſte eſt modo vt tanti
boni: tanteq̄ꝫ glorie ꝑticipes haberemur. Jn
ſuꝑ libent̄ quilibet debet carere delectabili-
bus carnis ⁊ gaudijs mundi vt ſic poſſit ꝑue
nire ad gaudia celi. Un̄ Augu. de li. arbi. Tā
ta eſt pulchritudo iuſticie tanta eſt iocundi
tas eterne lucis vt etiā ſi nō liceret in ea am
pliꝰ manere q̄̃ vniꝰ diei hora: propt̄ hoc ſo-
lum īnumerabiles anni huiꝰ vite pleni diui
tijs ⁊ etiā cū oī affluētia tp̄aliū bonoꝝ recte
meritoq̄ꝫ cōtēnerētur. Idē aug. lib. ij. de ciui
ta. de. Deꝰ erit finis deſiderioꝝ nr̄oꝝ q̄ ſine
fine videbit̄: ſine faſtidio amabit̄: ſine fatiga
tōe: laudabit̄: hoc munꝰ hic affectꝰ: h̄ actio ꝑ
fecto erit oībꝰ cōis: ſicut ipa vita eterna cōis
eſt. U Ultimo notandū eſt vnū exēpluꝫ
de aſperitate veſtiū et abſtinētia. Et legit̄ in
li. de apibꝰ ꝙ erat q̄dā mulier in ꝑtibꝰ braba
tie recluſa in paruo tugurio q̄ loricā ferream
portabat ad carnē ⁊ ſuꝑ loricā ferreā ex ſetis
piloꝝ ciliciū q̄ ꝑ mediū lorice caro pungeba
tur: ſuꝑ nudā terrā ⁊ ſuꝑ duriſſimos lapides
recūbebat: ter tm̄ in hebdomada pane in di-
midia parte mixto cinerībꝰ in menſura ⁊ pō
dere veſcebat̄. X Item aliud exempluꝫ
legit̄ ꝙ q̄dā virgo annicula fuit in heremo q̄
trigintaocto annis in vna ſpelunca māſit: ⁊
deo ibidē deuote ſeruiuit: et niſi de radicibꝰ
⁊ herbis ⁊ fructibꝰ arboꝝ cibū ſumpſit: ⁊ nū
q̄ꝫ in illo lōgo tp̄e hoīem vidit: et poſtmodū
duo heremite ex improuiſo ad eius ſpelun-
cā venerūt: ⁊ ipām defunctā inuenerunt. Et
ſic eam ſepulture tradiderunt.

¶ De eadem dn̄ica. Sermo octauus de p̄-
paratione cordis.

F Ili prebe mihi cor tuum
⁊c. Prouerbi. xxiij. Ex quo in p̄n̄-
ti dn̄ica agit̄ de ſp̄ūali aduentu
xp̄i in cor hoīs. In ſignū huiꝰ tūc
ipa vitas petit ſibi ꝑpari ⁊ p̄beri cor. nā ipſe
parꝰ eſt illd̄ īplere cū ſuo ſp̄ūali aduētu. Un̄
Aug. li. iij. de pe. Preſto ſꝑ eſt grā que nūq̄ꝫ
deficit niſi priꝰ expulſa cōtinue neceſſario qd̄
ſuū eſt inſpirat: ſi eſt qui recipiat: ergo ipſe
petit cor cuiuſlibet hoīs dicēs. Fili p̄be mi-
hi cor tuū. Sciēdum ꝙ in p̄n̄ti ſermone tria
ſunt dicēda. Prīo q̄re xp̄s petit cor hoīs ⁊ q̄
liter ſibi dandū eſt. Secūdo q̄ cauſent mūdi
ciā cordis. Tertio quō cor mundū cognoſcit̄
⁊ quō cuſtodit̄. A Quantum ad p̄mū ſci
endū ꝙ deꝰ petit cor ⁊ nō aliud membrū tri
plici rōne. Primo ideo q̄r eſt ſp̄āle hoſpitiū
dei in quo quieſcere cupit: ideo cor interp̄ta
tur quaſi camera oīpotētis regis. Nā rex ce-
leſtis delectat̄ inhitare cor. vn̄ Prouer. viij.
Delicie mee cū filijs hoīm. Secūdo petit iō
q̄r cor eſt p̄ncipiū oīm mēbroꝝ. Un̄ Ariſtot.
xiij. li. ani. Cor eſt p̄ncipiū vite et oīs motꝰ
corpis et ſenſus: et ꝯn̄r totum hominē petit
deꝰ in hoc ꝙ petit cor. Et merito totū hoīeꝫ
exigit q̄ totū corpꝰ ſuū ⁊ oīa mēbra ſua ī paſ
ſione ſua ꝓ ipō hoīe expoſuit. Tertio q̄r cor
eſt plenū ſanguine: iō pater petit cor vt filiū
ſuū ſanguineū illuc ponat. Nam ſm̄ Ariſto.
viij. ethi. Simile diligit ſimile. Un̄ quilibet
dꝫ in corde ſuo ieſum cū ſuis vulneribꝰ ſan-
guineis locare meditādo paſſionē eiꝰ. Unde
Bern̄. in ꝑſona dn̄i in quodā ſermone. O hō
vide q̄̃ ꝓ te patior: nō eſt dolor ſil'is quo ꝓ te
crucior: ad te clamo: q̄ ꝓ te morior: vide pe-
nas q̄bꝰ afficior: vide clauos q̄bꝰ cōfodior: cū
ſit dolor tātus exterior: interior eſt planctꝰ
grauior cū te tā ingratum experior. Unde etiā
Hiero. in ep̄la. Cōſpui voluit vt velamē cul
pe ⁊ ignorātie a cordibꝰ noſtris auferret. In
capite ꝑcuti vt caput noſtrū. i. adāꝫ ſanitati
reſtitueret: colaphis cedi ⁊ verbis derideri:
vt nos ei labijs ⁊ manibꝰ. i. verbis et operi-
bus applaudemꝰ. B Itē ſciendū ꝙ deꝰ
vult cor ſibi dari nō mutari nec vendi. Unde
Holgot ſuꝑ lib. ſapīe. Illi deo mutuant ſua
corda qui ꝓ tēporali ꝓſperitate deo ſeruiūt:
nā cū ipa ꝓſperitas eis ſubtrahitur tunc et
ipi ſubtrahūt ⁊ deo corda ſua: que antea ſi-
bi in ꝓſperitate mutuauerūt. vnde p̄s. Con
fitebit̄ tibi cum bn̄feceris ei: ſed non eſt deo
ſeruiendum principaliter pro temporali re-



muneratione. Unde dr̄ in decre. Remunera
tionē tēporaleꝫ nō dꝫ q̄s q̄rere ꝓ bono quod
agit̄: vt patꝫ de. penitē. diſt. iij. c. Quanq̄: ſꝫ
illi vendunt q̄ deo ſeruiūt ꝓ mercede eterna
Nam ſpem retributiōis hꝫ qui ē mercēnariꝰ
ſꝫ illi dant corda ſua deo qui ex mera bonita
te deo ſeruiūt: ⁊ hoc deſiderat ipē deꝰ: vn̄ di-
citꝰ v̄bis p̄miſſis. Fili prebe mihi cor tuū: q̄ſi
diceret ſm̄ Holgot. Fili mi ꝑ creatiōem: fili
mi per redēptionem prebe mihi cor tuū ꝑ di
lectionē ⁊ deuotionē. vn̄ Criſo. Merces ma
ior tibi auget̄ qn̄ non ſpe mercedis operans
ſed ſtudio placēdi. Itē ſciendū ꝙ ipē deꝰ nō
petit partē cordis: ſꝫ totuꝫ cor vultītegral'r
habere: vn̄ Math. xxij. Diliges dn̄m deū tu-
um ex toto corde ⁊c. Nā falco eſt auis gene-
roſa cum diu volauerit pro preda cor ꝓ mer
cede requirit. Falco xp̄s eſt qui ꝓ te volauit
de celo in vterū virginis: de vtero virginis ī
mūdū: de mūdo ad crucē: de cruce ad limbū
⁊ econuerſo de mundo ad celuꝫ: ergo ſibi cor
tuū recte vendicat. C Quantū ad ſecun
dum ſciendū ꝙ tria cauſant mundiciam cor
dis. Primū eſt vt quotidie videamus opera
nr̄a: ⁊ totā cōuerſationē noſtrā bene cōſidere
mus: ſi aliquid ſit ī eis reprehēſibile vel deo
contrariū. Nā hō qui vult mūdū cor acq̄rere
debet diligent̄ v̄ba: facta ⁊ cōuerſatiōes ſu-
as ꝯſiderare. i. cognoſcere: q̄r initiū ſalutꝭ co
gnitio eſt ſui. Scd̄m qd̄ cauſat mūditiaꝫ cor
dis eſt ꝙ quicquid hō inuenit in quo deū of
fendit: vt de hoc verā p̄niam agat: ⁊ illa ve-
ra p̄nia ꝯſiſtit in tribꝰ. Prīo in cōtritōe vera
Un̄ dr̄ in decre. Sine ꝯtritōe nullū pc̄m̄ di-
mittit̄. de. pe. di. i. ꝑ cōtritionē. Et illa ꝯtri-
tio dꝫ ex vero ⁊ amaro corde ꝓcedere: vn̄ Je-
re. vi. Luctū vnigeniti fac tibi plāctum ama
rū. vn̄ etiā Grego. Illū quē cōſpicis delicta
fletu dolore ꝯſpectu deitatꝭ: nō dubites miaꝫ
cōſequi. Un̄ ſm̄ petrū de tharan. Contritio
poſſet eē tāta ꝙ totuꝫ reatū deleret. i. culpā
⁊ penā. Secūdo v̄o p̄nia cōſiſtit in ꝯfeſſione
vnde Ambro. Nō em̄ quiſq̄ꝫ a pc̄tō iuſtifica
ri poterit niſi ipm̄ pc̄m̄ an̄ confeſſus fuerit.
Nā pudor quē quis habet in cōfeſſiōe ē ma
gna pars ſatiſfactiōis. vn̄ Ber. Iō ꝯfiteri iu
bemur pc̄tā vt erubeſcentiā habeamus pro
pena. Nā ꝯfeſſio eſt pc̄tōri multū vtilis: vt
hr̄ in decre. Confeſſio a morte aīam liberat.
aperit ꝑadiſum: ſpem ſaluādi tribuit. de pe.
di. i. Ex his. Tertio p̄nia ꝯſiſtit in ſatiſfactō
ne q̄ cōiter attēdēda ē in pc̄tis: vt ꝯfeſſor pē
ſet q̄lia pc̄tā ꝯfitēs cōfitet̄. vtrū venialia vl'
mortalia: an peccauit ex ignorantia vel ex in
firmitate: aut ſcienter ⁊ ex certa malitia. Itē
penſare dꝫ numerū peccatoꝝ mortaliū vtrū
decē: vigīti vel centū ꝯfiteat̄: vtrū vnum tm̄
vel duo vel tria peccata cōmiſerit. Item pē-
ſare debet q̄̃ diu talis in pc̄tīs iacuit: an a iu
uentute: an triginta annis vel ꝑ tres annos
in his pc̄tis vixit. Et ſm̄ has cōſiderationes
cōmenſurande ſunt ſatiſfactiones. Un̄ dicit̄
in decre. Penitentia debet imponi ſm̄ q̄ꝫti-
tatē delicti. xxiij. q. v. Excōicatoꝝ. Un̄ dicit̄
Deutro. xxv. Scd̄m mēſuram pc̄ti erit modꝰ
plagaꝝ: ſi nō hic tūc ī purgatorio dn̄s exiget
ſatiſfactionē: quia nullū pc̄m̄ dimittit̄ ſine
pena. Un̄ dr̄ in decre. Pluribꝰ modis pecca-
ta remittunt̄: ſꝫ nō abſq̄ꝫ pena. de pe. diſti. i.
Medicina. Tertiū qd̄ cauſat munditiā cor-
dis: eſt ꝙ homo cum ſummo ſtudio ⁊ deuo-
tis orationibus a deo poſtulet vt eum cuſto
diat ab illis q̄ ſibi diſplicent p̄s. Niſi dn̄s cu
ſtodierit ciuitatē ⁊c. Nam difficultas perſi-
ſtendi in bono patet ex hoc ꝙ lucifer cecidit
de celo. Adam de paradiſo. Judas de nume
ro apoſtoloꝝ: quid tunc nos q̄ ſumꝰ de hoc
mundo: ⁊ ſumus infirmi ⁊ debiles ad reſiſtē
dū: ſic ꝙ quādoq̄ꝫ per vnum ſolū verbū pro-
uocamur ad iracundiā vel impatientiam: er
go neceſſe eſt ſemꝑ in timore dei ſtare ⁊ ꝓte
ctorē noſtrū deū deuote inuocare. Un̄ Eccl'i.
xxvij. Si nō in timore dn̄i tenueris te inſtan
ter: ſubuertet̄ domꝰ tua cito. Un̄ etiaꝫ Bern̄.
in tractatu de ſeptē donis. Cōnexa ſunt qui
dem timor ⁊ religio nec manere poteſt alte-
rū ſine altero. D Quantū ad tertiū ſcien
dū ꝙ cor mundū tribus ſignis cognoſcit̄ q̄
ſimilitudinaliter inueniunt̄ in vino claro exi
ſtente in vitro mūdo. Primū ꝙ vinū claruꝫ
in mūdo vitro eſt ꝑſpicuū: ita ꝙ bene modi-
cum quid immūdicie cernit̄ in eo. Sic ē ⁊ de
mūdo corde quod in ſe cito cognoſcit modi-
cam culpā. Sic ⁊ in albo panno parua ma-
cula cito cognoſcitur q̄ in immundo ⁊ nigro
non cognoſcit̄: ergo clara cognitio proprioꝝ
defectuū eſt puri cordis ſignū. Unde Greg.
xxxv. moral'. Quanto quis maioris gratie lu
men ꝑcipit tanto ampliꝰ repͥhenſibileꝫ ſe co
gnoſcit. Naꝫ boni clarius ī ſe cognoſcūt par
ua pc̄tā q̄ꝫ mali hoīes habentes etiam in ſe
magna pc̄tā ⁊ plus flent boni ⁊ puniūt ſe ꝓ
ꝑuis culpis q̄ꝫ etiaꝫ qn̄q̄ꝫ mali hoīes ꝓ ma-
gnis delictis. Un̄ Greg. ſuꝑ Ezech. Quanto
plus ꝓficimꝰ in cognitiōe tanto nobis indi
gnamur amplius de ꝑuerſo opere. Secūdo

clarū vinū in puro vitro non turbatur neq̄ꝫ
maculaẜ qn̄ tangiẜ ſiue moueẜ:ſic eſt de pu-
ro corde ⁊ pura ꝯſcientia. Prouer.xij. Nō cō
triſtabit iuſtū quicquid ei acciderit:ğ ſi pati
ens inueniaris in aduerſitatib⁹ ⁊ īſirmitati
bus corpis ⁊ infortunijs rerū puri cordis ē
ſignū. vn̄ Grego.in mora. Nemo niſi īter ad
uerſa cognoſcit q̄tū ꝓficit:boni em̄ iō patiē
tes inter aduerſa ſunt:qꝛ oīa a deo in bono
recipiūt ſciētes ꝙ de⁹ nihil ꝑmittit ſuꝑ eos
ſine cā. Job.v. Nihil fit in terra ſine cā:ğ qn̄
deus punit aliquē hoc facit ꝓpter aliquam
cām. vn̄ Aug.iñ li.de ciui.dei. De⁹ cū aduer-
ſis rebus exagitat:aut merita examinat:aut
pctā caſtigat:aut mercedē eternā ꝓ tolerat̄ꝗ
malis tpalib⁹ ſuat. Vn̄ etiā dꝛ in decre. Nū-
q̄ punitẜ quis ſine cā.di ſ.li. Qui in aliq̄. Sꝫ
ſciēdū ꝙ hoīes impatiētes ⁊ ꝯ deū murmu
rantes ⁊ ipm̄ in factis ſuis rephendētes nō
ſunt boni. vn̄ Hugo de ſctō victore. Oīs em̄
qui murmurat venenū in lingua ſua portat
Nā ꝓpriū maloꝝ ē in aduerſitatib⁹ murmu
rare ⁊ deū blaſphemare:ſꝫ ꝓpriū bonorū eſt
deū in aduerſitatib⁹ laudare. vn̄ Augu.in li.
de ci.dei. Afflictōne mali deū deteſtenẜ atq̄ꝫ
blaſphemāt:ğ qui vnū ꝟbū ſibi ꝯ́riū ſuſtine-
re nō pn̄t veri boni nō ſunt. Gre. ſuꝑ Ezech.
Bon⁹ nō fuit qui malos tolerare recuſauit
Tertio vinū purū cū infundiẜ ad vitrū clarū
tūc ſaltat ſupꝛa. Sic boni ⁊ mūdi cū tangun
tur tribulationib⁹ ⁊ ꝑſecutionib⁹ ſiue in re-
bus ſiue in ꝑſona:ſiue ī ꝟbis:ſiue factis: tūc
erigūt coꝛ ſuū ad deū ⁊ ei oīa iſta q̄ patiunẜ
offerunt ⁊ hoc erit eis valde meritoriū. Inſu
per oēs cogitationes verba ⁊ opa ⁊ etiā cor-
porales labores ad dei ꝓficiūt laudē ⁊ pro-
priā ſalutē in his querūt. Vn̄ Grego. Omne
bonū qd̄ agim⁹ ſemꝑ ꝑ intētionē ad celeſtia
eleuemus. Vltimo ſciendū ꝙ non ſufficit ſe
cognoſcere. habere mundū coꝛ niſi illud cu-
ſtodiaẜ. E Pro quo ſciendum ꝙ tria va
lent ad cuſtodiā cordiſ. Primū eſt timoꝛ dei
vt homo deū ſibi ſemꝑ pn̄tem habeat: ⁊ ipm̄
cognoſcere ſecreta cordis perpēdat. nā mul-
ta pctā operū cauētur ꝓpter timorē hominū
Quis em̄ turpitudinē cōmittere vellet in p̄-
ſentia hoīm:multo magis timere debet ho-
mo preſentiā dei qui preſens eſt ⁊ cognoſcit
oīs cogitationes cordis:locutiones oris:et
opa corpis: vn̄ Greg.in li.mora. Si deū pre-
ſentē ⁊ oīa videntē ⁊ iudicantē crederemus
credo ꝙ nunq̄ꝫ vel raro peccaremus. Vnde
Boetius de conſola.phie. Magna vobis iſi
diſſimulare nō vultis indita eſt neceſſitas ꝓ
bitatis:cū omnia ante oculos agitis iudicis
cuncta cernentiſ. Secūdū eſt cuſtodia ſenſu
um vt homo ſollicite cuſtodiat ſuos oculos
⁊ alios quattuoꝛ ſenſus. Vnde Grego. Non
em̄ eua lignū cōtigiſſet niſi prius incaute re
ſpexiſſet: ⁊ ergo diligēter cuſtodiēdi ſūt ocu
li ⁊ ſimiliter alij ſenſus. Tertiuꝫ eſt fuga ocij
vt ſemper aliquid boni faciatis:ſiue laborā
do:ſiue orando ſiue meditādo. Vnde Hiero.
in epl̄a. Semꝑ aliquid boni opis facito: vt
te dyabolus ſemper inueniat occupatū. Vn̄
Hiero. Non em̄ facile capitur a dyabolo qui
bono vacat exercitio. Vnde Caſſio⁹. Mens
ocioſi nihil aliud cogitare poteſt q̄ꝫ de ven-
tre ⁊ libidine. Cui⁹ ratio eſt. Coꝛ em̄ cū ſit in
continuo motu ſemper vult circa aliquid oc
cupari: ⁊ quia coꝛ pronius eſt ad malum q̄
ad bonuꝫ. Gen̄.vi. Ideo niſi occupetur circa
bonū ſemper verſatur circa malū. Vnde le-
gitur in vitas patrum ꝙ homo ocioſus mille
habet demones eū impugnantes:ſed homo
occupatus aliquo bono exercitio vix hꝫ vnū
demonē eū impugnātē: ⁊ hoc q̄tū ad tertiū
mēbꝛū:iſti⁹ ſmonis. Itē aliū ſermoneꝫ quō
ſeptē ſunt q̄ prepant hoīem ad ſpūalē aduē
tum grē. Require infra ſermo.lxviij. F.

¶ Dn̄ica quarta. Sermo.ix.de conſcientia.

## Tu quis es. Johā.i.

In hac dn̄ica agitur d quarto aduētu qui
erit ad mortē cuiuſlibet homīs:ad
quē aduentū ſingulis dieb⁹ prepa
ti eſſe debem⁹. vn̄ Lu.xij. Eſtote pati qꝛ qua
hora nō putat̄ꝗ filius hoīs veniet: vn̄ etiam
Ber.in meditatōib⁹. Certū eſt ꝙ morieris:ī-
certum ꝟo qn̄:aut quō:aut vbi: qm̄ vbiq̄ꝫ te
mors expectat:tu q̄ꝫ ſi ſapiēs fueris vbiq̄ꝫ eā
expectabis. Iſido.in ſmonib⁹:qd̄ i reb⁹ hūa
nis certi⁹ morte:qd̄ hora mort̄ꝗ incerti⁹ inue
nitur. Vn̄ q̄libet dꝫ ſic viuere ſingulis dieb⁹
quo ad pctā vitāda ⁊ ad bona opa facienda
q̄ſi cras deberet mori. Vnde Sene. in epl̄a.
Oēs dies velut vltim⁹ ordinādi ſunt. Quia
de felicitate hominis vltima dies dijudicat
Vnde quilibet ſingulis diebus debet ſeipm̄
interrogare in cōſcientia ſua dicendo:tu q̄s
es. Vn̄ in preſenti ſermone tria ſunt dicēda
Primo de q̄ntuplici ꝯſcia: ⁊ de effectib⁹ ipi⁹
cōſcie. Scdo vn̄ cauſaẜ erroꝛ conſcie. Tertio
exemplū. Quantū ad primū ſciendū ꝙ quin
tuplex eſt ꝯſcia:q̄rū q̄ttuoꝛ male ſunt ⁊ q̄nta
bona. F Prima eſt cōſcia dilatata: quā



habēt iſti hoīes q̄ non ponderāt niſi groſſio
ra pctā mortalia: ⁊ de cōib⁹ pctis nō curant.
Vn̄ grādia iuramēta cōia non curāt: niſi ſit
periuriū ſolēnizatū:man⁹ ponēdo ſuꝑ reliq̄
as ſanctoꝝ vel ſuꝑ ſcm̄ euāgeliū. Queritẜ hic
vtrū iurare ꝑ deū ſit pctm̄ mortale. Reſpōde
tur ſm̄ ſcm̄ Tho.ij.ij.q.xcviij. Quicūq̄ꝫ iurat
ſciēter mēdaciter nō excuſatur a pctō morta
li. De h̄ etiā q̄re infra ſer.xij. Etiā tales luxu-
riī nō hn̄t ꝓ mortali pctō: niſi q̄s cōmittat
adulteriū cū tn̄ ſm̄ ſcripturā ſacrā oīs actus
luxurie ex̄ matrimoniū ē pctm̄ mortale. Eti-
am iſti ebrietatē nō reputāt mortale pctm̄:
niſi vomit⁹ ſequaẜ: cū tn̄ ſm̄ ſacrā ſcripturā
oīs ebrietas q̄ ex ꝓpoſito eſt:ē pctm̄ morta-
le. Itē offenſam fraternā nō ponderāt niſi ſi
q̄s vulneraſſet aut occidiſſet ipm̄:cū tn̄ Ma
thei.v.dicaẜ. Oīs q̄ iraſciẜ fratri ſuo re⁹ erit
iudicio. Et qui dixerit fratri ſuo fatue.ſ.euꝫ
cōfundēdo re⁹ erit gehēne ignis. Cui⁹ tūc re⁹
erit q̄ ex vindicta ⁊ ira ledit ꝓximū ꝟbis di-
cendo. Tu fur:tu nequā:tu latro:tu adulter:
vel etiā fact̄ꝗ ꝓximū trudēdo: ꝑcutiēdo vl̄ ꝑ
cru[illegible] trahēdo. Itē ſoluere feſta.ſ.laborādo
tab[illegible]nas viſitādo: chorizādo ⁊c̄. ſil̄r et ieiu-
nia ab eccl̄ia inſtituta: ſicut ſunt vigilie apo
ſtoloꝝ et btē ꝟginis ⁊ q̄ttuoꝛ tpa āgarias.ſ.
⁊ quadrageſimā nō curāt. Itē tales etiā nō
hn̄t cōſciam ſupbe ſe ornādo in veſtib⁹ p̄cio
ſis ad alliciēdū alios hoīes ad malas concu
piſcētias. Itē aliq̄ nō hn̄t conſciam vſuras
cōmittere: ⁊ cū fraude vel dolo emere vel vē
dere: ⁊ ſic de alijs. Oēs illi hn̄t cōſciam dila-
tatā ⁊ ſtāt in piculoſo ſtatu. Nā ꝓ quolibet
peccato mortali ⁊ etiā ꝓ minimo dānaẜ q̄s
tā bene ſicut ꝓ maximo. Vn̄ habeẜ in decre.
Vno pctō mortali demereẜ vita eterna. de
pe.di.v. Frēs:q̄ꝫuis pena maioꝛ debeẜ maio
ri pctō. Vn̄ hr̄ in decre. Pena ſequiẜ q̄ꝫtita-
tem peccati.xxiiij.q.i. Non afferamus. G
Secūda conſciētia q̄ etiam mala eſt:eſt con
ſciētia infirma et nimis ſtricta quaꝫ hn̄t illi
qui faciūt ſibi pctā vbi nulla ſunt pctā: et h̄
accidit ex inſtigatione dyaboli. Nam cū dya
bolus non pōt tales inducere ad manifeſta
pctā mortalia:ſicut ad blaſphemiā:ad luxu-
riā:gulā:et ebrietatē:tūc nititur eos induce-
re ꝑ cōſciam erroneā in perplexitatē. Queri-
tur hic vtrū cōſcia erronea liget. Reſpondeẜ
ꝙ ſic. Vn̄ Aug. Quicquid fit contra conſciē-
tiam edificat ad gehennā. Licet ſm̄ eūdē oē
peccatū eſt dictū vel factū contra legem dei:
tñ q̄ꝫuis aliqua in ſe nō ſunt cōtra legē dei:
vt leuare feſtucam de terra vel calcare ſupꝑ
calamū per modum crucis in terra poſitum:
vel verbum ocioſum: vel riſus tamen ſi tale
quid apprehenditur a conſcientia vt contra
legem dei exiſtens:et ſic voluntarie in ipſuꝫ
fertur:manifeſtum eſt ꝙ voluntarie fertur
per ſe loquēdo:et formaliter in illud quod ē
contra legē dei:et ſic conſciētia erronea facit
pctm̄ cum diffinitiue iudicat aliquid eē pec-
catum:et contra hoc facit quod in ſe nullū ē
pctm̄:vel vix veniale. Vnde ſciendū ꝙ ſicut
valde periculoſum eſt habere nimis latā cō-
ſcientiam:ſic inquietū eſt habere nimis ſtri
ctam. nā tales dyabol⁹ inquietat ⁊ impedit
in bonis opibus:ſic ꝙ nec orare nec contem
plari nec ſtudere nec quicq̄ꝫ boni libeat eos
facere:qꝛ parua pctā faciūt ſibi magna et ti-
ment vbi nō eſt timēdū. Vn̄ p̄s. Trepidaue-
runt timore vbi non erat timoꝛ. Vn̄ mediuꝫ
tenere eſt optimū. vnde Ezech.xxxvi. Ponā
in medio veſtrū ſpiritum meū. Vnde Ariſt.
ij.ethi. Medium in omnibus eſt laudabile.
Vn̄ Salo. Qui ambulat ſimpliciẜ ambulat
confidēter:lꝫ timere debeamus vt non cōtin
gat nos faciliẜ cadere ī peccatū. H Vn-
de queritur vtrū homo faciliẜ poſſit cadere
in pctm̄ mortale. reſpondeo ꝙ homo q̄ habꝫ
bonū ꝓpoſitum cauēdi oīa pctā mortalia et
deo ſeruiēdi:talis nō faciliẜ peccat mortali-
ter. Nā deus ex ſua bonitate nō ꝑmittit ta-
lem faciliẜ cadere ī pctō mortali. vn̄ Richar.
Mortale q̄tū mihi videẜ nō pōt cōmitti ſi-
ne grādi corruptione ſui:ſine graui leſione ꝓ
ximi:et ſine magno contēptu dei. Sed illi q̄
ſine timore dei viuunt faciliẜ peccāt mortali
ter. Nam ſi bibūt non curarēt bibere vſq̄ꝫ ad
ebrietatem ſi vinū haberēt. Si temptantur
per irā oīno ſe vindicarent ſi poſſent. Si ha-
bent vendere vel emere nō curarēt nec habe-
rent cōſciam:ſꝫ deciperent ſi poſſent:tales q̄
ſic ſine timore dei et ſine cōſciētia viuūt plu
ra peccata mortalia verbis et factis loquen
do: ⁊ laborādo:comedendo:bibendo: emēdo
⁊ vendendo cōmittūt. Ergo nō habere debe-
mus dilatatā cōſciētiā nec etiam nimis ſtri
ctam formādo nobis pctm̄ mortale:qd̄ vix ē
veniale. Sed talis qui habet nimis ſtrictaꝫ
conſciam teneẜ ſibi eligere diſcretum confeſ
ſorem et diſtrictū:et eū ſequi in oib⁹ ī quib⁹
eū informat. nā de⁹ hoc req̄rit. Tertia cōſcia
eſt cōſcia ꝑturbata:et illā hn̄t illi qui volunt
de peccatis ſuis deſperare et de mīa dei ⁊ ta
lis deſperatio eſt peſſimum peccatuꝫ. Vnde

Jſido.de ſummo bo.Deſperatio eſt peior oi
pctõ.vñ Hiero. Judas plus offendit deũ de
ſperando ꝙ xpm tradendo.Unde nullus de
ſperare debꝫ de pctis ſuis: etiã ꝙtũcũqꝫ ma
gna ſint. Uñ Berñ. Maior eſt dei pietas ꝙ
queuis iniquitas:nã miſericordia dei ẽ infi
nita. Uñ dicit̃ i decre. Miſericordie dei nec
mẽſuras poſſum⁹ ponere nec tp̃a diffinire.
xxvi.q.vi. His qui.Qualẽ cõſcientiã etiã ha
bent illi q̃ crebro in pctã eadem relabũtur et
ꝙꝙ peniteãt:tñ ꝑpter relapſus frequentiã
ꝑprie quẽdam deſperationis impulſum in
currũt et turbant̃:quos xp̃s aĩe medic⁹ con⸗
ſolatur cũ petro q̃renti quotiens in me pec⸗
cabit frater:ſupple de die ⁊ dimittam ei.rñ⸗
dit nõ dico tibi ſeptieſ:ſ꞉ ſeptuagies ſepties:
⁊ ſm oẽs catholicos doctores:totiẽs quoti⸗
ens penitebit:etiã ſi q̃s mille milia pctã ha
beret:ſi cõterit̃ de⁹ ignoſcit ei.vñ Eccl̃.xviij.
Quacũqꝫ hora pctõr ingemuerit oĩm pctõꝝ
eius amplius nõ recordabor.Sed q̃ non ha
bet confidentiã in deo ꝙuiſ q̃ñqꝫ conteritur
⁊ cõfitet̃ ſi nõ cõfidit mĩe dei:pctã ſibi nõ di
mittũtur.Uñ Ambro. Nõ poteſt agere peni⸗
tentiã q̃ nõ ſperat indulgentiã.Augu. Peni
tentia que ex fiducia nõ ꝓcedit inutilis ⁊ ſte
rilis manet et ſine fructu. I Quarta cõ⸗
ſcientia que etiã mala eſt : eſt cõſcientia per
uerſa quã hñt illi qui pctã parua pꝫderant:
magna nõ põderant neqꝫ curãt:talẽ conſciẽ
tiã habuerũt phariſei quib⁹ xp̃s maledixit:
vt habet̃ Math.xxiij.Ue vobis phariſei qui
decimatis mentã : anetuꝫ et rutã et oẽ olus
orti et grauiora legis p̃termittitis. Siľeꝫ cõ
ſcientiã hñt ille pſone q̃ nõ verẽtur ꝓximis
detrahere:lites et diſcordias ſemiare:⁊ ſe ſu
per alios in ſupbia mentis extollere:⁊ ſic de
alijs. Sed de paruis : ſicut de verbis ocioſis
riſibus:⁊ iocis:et de lotõe manuũ cum nimi
um de aq̃ ſupfundunt de his cõfitent̃ : ⁊ de
magnis obliuiſcũtur. K Quinta ẽ cõſci
entia laudabilis:⁊ illã hñt bõi hoies qui ha
bent bonã:rectã:et tranquillã:ſecurã:puraꝫ:
quietã:et mundã conſciam et tales hñt cõti
nuũ gaudiũ.Prouer.xv.Mens ſecura quaſi
iuge cõuiuiũ : hoc ſic ptꝫ. Nam ſi vident ſup̃
ſe vident deũ cũ oculis mẽtis quẽ nunꝙ of⸗
fenderunt:⁊ ſi offenderũt:tamẽ penituerũt:
et ſpem de remiſſione peccatoꝝ ſuoꝝ habẽt:
et hoc cõfert eis gaudiũ. Si vident infra ſe
tunc cognoſcũt infernũ ad quem nullus vir
tuoſus ſiue verus penitens perueniet:et ipi
ſperant ſe nunꝙ illuc venturos. Si retro ſe
vident cognoſcũt tempus preteritũ quod in
ſeruitio dei expenderunt. Si ante ſe vident:
cognoſcũt futurũ tempus qð in ſeruitio dei
expendere intendũt ꝙdiu viuũt. Si ad ſini⸗
ſtram:tũc cognoſcũt demones qui nũꝙ ptã
tẽ ſup eos habebũt niſi velint ſeipis cũ libe
ra poteſtate et volũtate peccando ſubijcere.
Si ad dexterã tũc cognoſcũt angelos q̃ eis
ſeruiũt in oĩni loco et tp̃e vſqꝫ ad mortẽ : et
ab inſidijs dyaboli ꝓtegũt:⁊ poſt hanc vitã
aĩas eoꝝ ad celũ perducũt:vbi cũ xp̃o et btã
maria ⁊ cũ oĩbus ſanctis eternal̃r regnabũt.
Iſta oĩa iam enũerata conferũt gaudiũ bo⸗
nis in preſenti vita.Unde Jſido.de ſum.bo.
Uis nunq̃ eẽ triſtis.viue bene:bona cõſciẽ⸗
tia ſemper gaudiũ hꝫ.Math.v.Beati mun⸗
do corde qm̃ ipſi deum videbũt.Et non ſolũ
erunt beati in futuro:ſꝫ etiã ſunt beati in p̃⸗
ſenti : q꞉ nulli homĩ in hac vita eſt meli⁹ ꝙ
homini virtuoſo : qui cũ pura ꝯſcientia deo
ſeruit. Unde Grego. in moral̃. Abſit ꝙ tãta
ſit delectatio in vitijs q̃ꝫta in virtutib⁹. Ber
nar. Magne diuitie ſunt bona conſciẽtia:⁊
reuera quid in rebus meli⁹:quid in terra q̃e⸗
tius atqꝫ ſecuri⁹ bona cõſcientia. Sed mali
qui habent leſas conſciẽtias nunꝙ ſunt le⸗
ti. Nã ſynderesis ſp̃ remordet̃ eos q̃ñ ꝯuer⸗
tũtur ad cor et inueniũt ſe in tali ſtatu in q̃
nõ poſſunt ſaluari.vñ Jſi.de ſum.bo. Nulla
pena grauior ꝙ mala cõſcientia. vñ etiã Au
gu. Juſſiſti dñe et ita factum eſt ꝙ pena ſit
ſibi omnis anim⁹ inordinat⁹..vñ etiã Boeti.
in de conſo.phie.Sicut probis ꝓbitas ipa ẽ
premiũ:ita improƀ nequitia ipſa ẽ ſupplici
um.Et hoc ꝙtum ad primũ membruꝫ. L
Quantũ ad ſecũdum ſciendũ ꝙ error cõſcie
cõtingit ſeptẽ modis. Prio ꝓpt̃ ignorãtiam
q̃ñ neſcit̃ q̃d eligẽdũ ſit:vl̃ ad quã ptẽ decli⸗
nãdũ. Jn tali caſu hõ dꝫ hr̃e recurſuꝫ ad deũ
⁊ ad paſſionẽ xp̃i:⁊ dicere cũ p̃s. Doce me fa
cere volũtatẽ tuã.Uñ.ij.palip.xx.Cũ ignora
mus q̃d agere debeam⁹: hoc ſolũ habeamus
reſolui vt oculos nr̃os dirigam⁹ ad te. Secũ
do contingit error cõſciẽtie ex negligentia.ſ.
cũ quis negligit cõſciam diſcutere:vel cũ ne
ſcit ſe expedire:negligit tñ ab alijs querere ⁊
interrogare.Uñ qui ſe neſcit in ſua cõſciẽtia
expedire tenet̃ alios ſciẽtificos et cõſciẽtio⸗
ſos interrogare ⁊ ipis ſuam cõſciẽtiã denu⸗
dare:ſicut nichodem⁹ fecit veniẽs i nocte ad
ihm volẽs in ſua ꝯſcia iformari. vt hr̃ Joƀ.
iij. M Tertio cauſat̃ error ꝯſcie ex ſup⸗
bia:vt q̃ñ quis nõ humiliat intellectũ ſuum



ſeꝫ vt melioribus et litterat̃ velit credere:ꝯ q̃s
dicit apl̃s. Captiuãtes aũt intellectũ veſtrũ
in obſequiũ:hoc eſt ꝙ q̃libet in credendis ar
ticulis plus dꝫ cõſentire fidei ꝙ ſibi. Nã vt
dicit̃ in decre. Fides cõprehẽdit que ſunt ſu
pra rationẽ.xxiiij.q.i. Nõ turbat̃.Et in agen
dis et dimittendis hõ debet plus credere a⸗
lijs diſcretis et lr̃atis ꝙ ſibi. Sicut Auguſt.
fecit ꝓut de ſe dicit in li.cõfeſ.q̃uis oẽs ſe⸗
ptem artes liberales p ſe vltra oẽs ſuos coe
taneos didiciſſet ⁊ ꝓpt̃ ſuas rões quas alle
gauit in ſuis errorib⁹ ſeipm̃ defendendo diu
credere et baptizare diſtuliſſet:tñ in predica
tiõe bti Ambroſij ſe humiliauit et captiuari
etiã ſuũ intellectũ permiſit ſaluberrime. Nã
btũs Ambroſius cõuertit btm̃ Auguſt.ab er
roribus ſuis ⁊ eũ baptizauit:q̃uis ipe btũs
Aug.erat tante ſciẽtie in artib⁹ ꝙ nec ſiliis
ei viſus eſt:tñ pl⁹ credidit Ambroſio ꝙ ſibi:
et ſic cõuerſus eſt:q꞉ niſi hoc feciſſet in erro⸗
ribus ſuis pmãſiſſet:nec vnꝙ ad fidem ⁊ ad
ſalutẽ pueniſſet. Uñ q̃ nõ vult errare nihil dꝫ
ex ſe ⁊ ex propo motu facere:ſꝫ cũ informatõ
nib⁹ ⁊ cõſilijs alioꝝ illa facere in quib⁹ poſſꝫ
errare. Nã tales p̃ponere debẽt ſuis diſcret̃
ꝯfeſſorib⁹ ea q̃ facere intẽdũt. vñ Eccleſiaſt.
xxxij. Fili mi ſine cõſilio nihil facies : et poſt
factũ non penitebis. Quarto cõtingit error
cõſcie ex ſingularitate qua hõ ſequẽs ꝓpriũ
ſenſum nõ cõformat ſe alijs:nec ſequit̃ vias
cões alioꝝ bonoꝝ hoĩm.p̃s. Singularis fe⸗
rus depaſtus ẽ eã. Qualis fuit ille elat⁹ pha
riſe⁹ q̃ dixit. Nõ ſum ſicut ceteri hoĩes:ieiu⸗
no enĩ bis in ſabbato. Sꝫ q̃lꝫ bon⁹ hõ debet
fugere ſingularitatẽ ⁊ elationẽ ſuip̃ius in
verbis:in factis:in morib⁹:in vigilijs:in ie⸗
iunijs:in orationib⁹:⁊ dꝫ ſe cõformare alijs
bonis hoĩbus:et cõem viã tenere exẽplo bo⸗
noꝝ hoĩm. Hũber.dicit ꝙ vn⁹ gradus humi
litatis eſt cũ quis nõ declinat ad oẽ qð eſt ꝯ
cõem ſenſum vel curſum ordis qð eũ poteſt
reddere notabilẽ. Sic ecõuerſo eſt grad⁹ ſup
bie quãdo quis ſingularẽ vitã vult ducere.
p̃s. Neqꝫ ãbulaui in magnis:neqꝫ in mirabi
lib⁹ ſup me. Prouer.x. Qui ambulat ſimpli
citer ambulat cõfidenter. N Exempluꝫ
legit̃ ꝙ quidã voluit ſingularẽ vitã ducere ⁊
immunẽ ſe eẽ:etiã ab oĩb⁹ pctis venialibus
⁊ q̃ñ vidit ꝙ nõ potuit viuere ſine peccatis
venialib⁹:incidit in indiſcretã triſtitiã:⁊ cõ⸗
ſequẽter in deſperationẽ:ſ꞉ poſtmodũ adiu⸗
tus orõnib⁹ ⁊ informatiõib⁹ diſcretoꝝ ſurre
xit de illa deſperatione:et humilit̃ recogno⸗
uit ſe ſine venialib⁹ nõ poſſe viuere. Uñ Sa
lo. Non eſt hõ iuſtus in terra q̃ faciat bonuꝫ
et nõ peccet. Idẽ ꝓuerƀ.xxiiij. Septies enĩ i
die cadet iuſtus ⁊ reſurget. Idem noli eẽ iu⸗
ſtus nimis apud teip̃m. Quinto contingit
error cõſcie ex affectu inordiato : qui affect⁹
inclinat conſciam ad illud quod hõ appetit
inordinate et facit errare eũ et deuiare a re⸗
ctitudine. Señ. Perit oĩne iudiciũ cũ res trã
ſit in affectũ. Exemplũ de eua q̃ errauit in cõ
ſciẽtia ſua:q꞉ concupiuit ſciam dei : dicente
ſerpente. Eritis ſicut dij ſciẽtes bonũ ⁊ ma⸗
lum. vñ Criſo. Nimius amor et nimiũ odiũ
oẽ puertũt iudiciũ. Uñ et Ariſt. iij. de aĩa.
Appetibile ſemp̃ mouet intellectũ ſub rati⸗
one boni:ſiue hoc bonũ ſit apparens ſiue exi
ſtens. Uñ diligenter cauendũ eſt cuilibet ne
inordinatũ affectũ habeat ad corꝑales res
⁊ ſic erret ⁊ incidat in pctm̃. Unde Prouerƀ.
xiiij. Errant qui operãtur malũ. Sexto con⸗
tingit error cõſciẽtie ex puſillanimitate.ſ.q̃ñ
quis timet nõ timẽda:vel plus timet ꝙ dꝫ.
p̃s. Trepidauerũt timore vbi nõ erat timor.
Nã timor indiſcretus facit hominẽ puſilla⸗
nimẽ. Cõtra qð dr̃. Eccl̃.vij. Puſillanim⁹ eẽ
noli in aĩo tuo: q꞉ dicit Jſa. Dicite puſillani
mis nolite timere. Talis puſillanimitas q̃ñ
ſuperat hoĩeꝫ tũc ducit eũ in deſperationẽ.
Ergo qui nõ vult errare nec deſperare debet
deo cõfidere et ſeip̃m cõfortare. p̃s. Uiriliť
agite et cõfortet̃ cor veſtrũ. Idẽ p̃s. Miſeri
cordia domini plena eſt terra. Et in illaꝫ mi
ſericordiã dei dꝫ hõ ſperare. vñ p̃s. Speran
tem aũt in dño mĩa circũdabit. O Se⸗
ptimo cõtingit error conſciẽtie ex ꝑplexita⸗
te qua hõ credit ſe inter duo pctã poſitũ:q꞉
alterum impoſſibile ſit cum poſſe vitare. Un
de queritur an ꝑplexitas ſit aliquid de neceſ
ſitate. Reſpondeo ꝙ ꝑplexitas põt eẽ quid
ſm erroneã conſcientiã quã depoſita libera⸗
tus erit. Et ſciẽdũ ꝙ ꝑplexitas eſt multũ no
ciua.nã hoĩeꝫ ſepi⁹ ad infernũ demergit. p̃s.
Niſi dñs adiuuiſſet me:paulomin⁹ habitaſ⸗
ſet in iferno aĩa mea. Idẽ. Abyſſus abyſſum
inuocat. vñ Jſid. de ſum.bo. Abyſſus ne ma
le cõſcie ⁊ erronee abyſſuꝫ inuocat eterne dã
nationis. Ergo quilibet deponere dꝫ perple
xam ⁊ erroneã cõſciam ſm conſiliũ diſcreti
cõfeſſoris:⁊ talis errone⁹ in conſcia ſua tene
tur ſequi informationẽ diſcretorũ cõfeſſorũ
nã de⁹ hoc requirit. Uñ legit̃ ꝙ Innocenti⁹
papa cuidaꝫ religioſo cõſuluit vt deponeret
ſuam indiſcretã et erroneam cõſciam:quod

et fecit. Sic et cum tibi cōſulit tūc deponere
debes ⁊ deū inuocare vt te adiuuet ad eam
deponēdā. nā talis cōſcia impedit hoīem a
ꝓfectu virtutū: et facit eū diſtractū et inabi
lem ad qcūqꝫ bona opera. Et hoc q̄ntū ad ſe=
cūdū. ¶ Quātū ad tertium nota exem=
plū de aduētu xp̄i ad moꝛtē hoīs: qđ legitur
in vita fratrū oꝛdis p̄dicatoꝝ. Fuit in ꝓuin
cia āglie in cōuētu derbie frat quidā iuuēis
valde deuotus: qui in villa q̄dā ad quā exie=
rat in domo fratrū minoꝛū infirmatꝰ ad moꝛ=
tē p̄ntibꝰ tribus fratribꝰ nr̄is ⁊ duobꝰ minoꝛi
bus manu ſua oclos clauſit: ⁊ pleno oꝛe ſub
riſit. Cui ſuppꝛioꝛ aſtās dixit cur riſiſſet: ait
ille: qꝛ venit haymūdus rex nr̄ et martyr: et
ecce tota domꝰ replet āgelis. Et iterū intētiꝰ
riſit dicēs. Dn̄a nr̄a aduenit ſalutemꝰ eā. Cū
qꝫ dixiſſent oēs Salue regina ⁊c. ait infirmꝰ.
O q̄ gratāter accepit btā virgo hanc ſaluta
tionē: ⁊ ipſa gaudēs ſubꝛiſit. Poſt h frat in=
firmꝰ oculos ad oſtiū dirigēs vultu mutato
in palloꝛē ait. Mō dn̄s nr̄ ieſus xp̄us venit
ad iudicādū me. Et factꝰ in agonia tanqꝫ du
ctus ad iudiciū in oībus mēbꝛis priꝰ emoꝛ=
tuis tm̄ cōtremuit: intm̄ ſudauit vt ſicut te
ſtatꝰ fuit p̄dictꝰ ſuppꝛioꝛ vix ad tergēdū ſu=
doꝛē vultꝰ illiꝰ ſufficeret. ⁊ q̄ſi coꝛā iudice cō=
ſtitutꝰ cū oī timoꝛe diſceptabat dicēs aliqn̄
verū eſt. aliqn̄ nō eſt ita. Aliqn̄ btām v̄ginē
interpellās ne diſcederet ab eo. aliqn̄ accu=
ſantes conſtanter redarguens. O inquit in
ter cetera bone ieſu cōdona mihi hoc modi=
cum. Cui ſuppꝛioꝛ ait. Quid eſt frater kariſ
ſime: cōputātur ne pctā modica īter magna.
Heu inquit ita: et grauiſſime gemēs. Cū au
tem moneret a ſuppꝛioꝛe q̄ nullo modo dif
fideret: etiam ſi angelus de celo aliud ſuade
ret: qꝛ ſaluatoꝛ noſter miſericoꝛs eſt: reſpon
dit infirmus vultu hylarato. Reuera miſe=
ricoꝛs eſt. Et gratias agens beate marie vir
gini et ſanctis qui ſibi aſtiterūt: et pꝛo eo a=
pud xp̄m interceſſerunt fideliter: et poſt mo
dicum expirauit: et in pace quieuit.

¶ Sermo. x. de antichꝛiſto.

Eleuabitur iniquus ſcꝫ
antixp̄s: cuius aduētus erit ſm
opationē ſathane. ij. Theſ. ij. In
precedētibus ſermonibꝰ dictū ē
de q̄druplici aduētu xp̄i. Nūc aūt reſtat dice
re de aduētu antixp̄i. Et pꝛimo dicendū eſt
quando veniet et de oꝛtu eius. Secūdo quo
modo in mundo cōuerſabit. Tertio de eius
perſecutione. Quarto de eius duratiōe. Quin
to de eius occiſione. Sexto de eius pena.
¶ Quantum ad pꝛimum ſciendum q̄ ſm
Holgot ſuper libꝛū Sapientie. Hoc genera=
lit credimus et tenemꝰ q̄ non erit aduentꝰ
chꝛiſti in iudiciū anteq̄ꝫ antichꝛiſtꝰ aduene=
rit: cuius aduentus nobis omnino incertus
eſt. Act. i. Non eſt veſtrū noſſe tēpa vel mo=
menta que pater poſuit in ſua poteſtate. vn̄
etiā apl's ait. Rogamus vos per aduentum
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: vt nō cito moueamini neqꝫ
terreamini quaſi inſtet dies domini ſcꝫ iudi
cij: ne quis vos ſeducat vllo modo qm̄ niſi
venerit diſceſſio pꝛimum et reuelatus fue=
rit filius perditionis. Glo. ſupple dn̄s nō ve
niet ad iudiciū. Ubi Goꝛra ſuper paulum ſu=
per illo verbo diſceſſio ponit tria que fiunt
ante aduētum antixp̄i. Pꝛimo diſceſſio gen
tium a romano imperio: qꝛ ante illud tp̄s di
uidetur romanū imperiū ī decē regna: ſicut
habetur Dan̄. vij. in figura beſtie habētis de
cem coꝛnua. Secūdo diſceſſio eccleſiarū pti=
cularū ab obedientia romane eccl'ie: q̄ etiam
diē dn̄i p̄cedet. Tertio diſceſſio quoꝛundam
xp̄ianoꝛū ą fide catholica que ſimilit illo tē
poꝛe erit. i. Thymo. iiij. In nouiſſimis tpibꝰ
diſcedēt quidā a fide. Et q̄rtū ſignū ſupad=
dit quidam alius doctoꝛ dicēs q̄ ipſe anti=
xp̄s veniet in tpe abūdātie pctōꝛum. De quo
Dan̄. viij. Cū creuerint iniquitates cōſurget
rex impudens. Glo. oīm iniquitatum plenꝰ.
Et dignū eſt vt iniquus pꝛinceps veniens p̄
mo in mundo ibidē inueniat iniquitatem et
non vnam: ſed plures. Vn̄ Oſee. iiij. dr̄ q̄ tē
poꝛe antixp̄i plus q̄ priuſ homicidiū: mēda
cium: adulteriū: furtū: inundabunt in terra:
ſanguis ſanguinē tanget. i. vnum peccatum
aliud impellet: et vnū aliud explebit: et tunc
veniet antixp̄s iniquus rex ſup malos ſub=
ditos: qꝛ ſm Greg. Scd̄m merita ſubditoꝛū
tribuūtur a deo pſone regētes. Vn̄ etiam de
hoc dr̄ in decre. Pꝛelatꝰ malus q̄nqꝫ dat pꝛo
pter pctā ppl'i. vi. q. i. Ex merito. Ideo de tē=
poꝛe illo hr̄ Math. xxiiij. Abūdabit iniq̄tas
et refrigeſcet multoꝝ charitas. Quis dubi=
tat iam ꝓximū foꝛe tp̄s: cū iā ex mala cōſue
tudine quaſi infinita mala fiunt: que paren
tū noſtroꝝ tpibus nō modici fuiſſent dede=
coꝛis: q̄ nūc inter facta computātur honoꝛis
ſicut habere amaſias et hoſiſatrices: cū men
dacio mercari: et ſine timoꝛe dei friuole ſup
bire: et ſic de alijs. Sed querit vbi antixp̄us
naſcetur. Reſpondeo ſm Remigium ſuper



Apoc. q̄ antixp̄s naſcetur in babylone ex iu
deis de tribu Dan. Iuxta illā ꝓpheciā. Gen̄.
xlix. Fiat dan coluber in via. Sicut xp̄us de
tribu iuda natus eſt: ſic antixp̄s de tribu dā
naſcetur. Et ſicut xp̄s in bethleē parua ciui=
tate eſt natus: ſicut ꝓpheta p̄dixit. Et tu be
thleem terra iuda nequaq̄ minima es in p̄n
cipibus iuda: ex te eīm exiet dux qui regat po
pulū meū iſrl'. Sic antixp̄s naſcetur in baby
lone. Vn̄ Apoca. xiij. Aſcendet de mari. i. de
babylone que iacet ſecus mare. ¶ Sed
q̄rit a q̄ matre naſcet. Rn̄deo ſm Damaſ. q̄
naſcetur ex damnato coitu: qui eſt baſtardo
rum. Hic antixp̄s in vtero mr̄is meretricis
adhuc poſitꝰ replebitur ſpū dyaboli. Iuxta
illud Apoſt. ij. ad theſ. ij. cuiꝰ. ſ. antixp̄i aduē
tus eſt ſm operationē ſathane. Vn̄ etiam de
hoc loquitur magr̄ in compendio theo. veri.
Poſt cōceptū deſcēdet ſpūs malignus in vte
rum matris eius: cuius virtute ⁊ operatiōe
deinceps puer naſcetur ⁊ aletur: ⁊ ꝓpter hoc
filius p̄ditionis dicetur ſm Goꝛram actiue.
qꝛ de alioꝝ p̄ditione erit ſollicitus. Ex quibꝰ
dictis ſequitur q̄ illi errant q̄ dicūt antixp̄m
naſciturum de virgine: quod eſt falſiſſimum
Nunq̄ enim alicui virgini collatū ſiue datū
eſt in pꝛeterito ſiue in pꝛeſenti: nec cōferetur
ſiue dabitur in futuro q̄ aliqua v̄go ſit mat
⁊ virgo ſimul ſine conceptione ſeminis viri=
lis: ſola maria virgine excepta que đ ſpiritu
ſancto concepit ⁊ virgo permāſit. Vn̄ canit
de ea. Quia nec pꝛimam ſimilem viſa eſt nec
habere ſeq̄ntem. Ideo nominat ipſa in ſacra
ſcriptura virgo ſingularis. Quantū ad ſecū=
dū ſciendū. ſ. quō in mundo ꝯſeruabit: ⁊ vbi
nutrietur. Sciēdū q̄ antixp̄s nutriet ī ciui=
tatibus coꝛozaim ⁊ bethſaida: que q̄ſi pꝛeſci
te ad hoc malū in p̄dicatione xp̄i cōuerti no
luerunt. De quibus dn̄s Math. xi. dixit. Ve
tibi coꝛozaim ⁊ ve tibi bethſaida: qꝛ ſi in tiro
⁊ ſidone que ciuitates gentilium erant facte
eſſent v̄tutes q̄ facte ſunt in vobis olim in ci
licio ⁊ cinere pn̄iam egiſſent. Poſt hoc anti=
xp̄s ſm Goꝛrā veniet in hierl'm in templum
tūc tp̄is a iudeis reedificatū: ⁊ circūcidet ſe
dicens iudeis. Ego ſum xp̄us vobis in lege
pꝛomiſſus. Tūc iudei ſuſcipiēt eū tanq̄ꝫ meſ
ſiam ſuū ⁊ credēt in eū. Et tunc ſedebit in tē
plo dicens mēdaciter ſe eſſe deū: qꝛ deceptꝰ
a dyabolo credit ſe eſſe deū. Et hoc eſt q̄ xp̄s
iudeis pꝛedixit: vt hr̄ Iohis. v. Ego veni in
noīe pr̄is mei ⁊ non accepiſtis me. Aliꝰ autē
veniet in noīe ſuo ⁊ illi credetis. Unde Hay.
ſup Apoc. dicit q̄ plebs iudaica ſpālr adhe=
rebit ipi antixp̄o. Et eſt ſciendū q̄ ipſe anti=
xp̄s in vita ſua replebitur vicijs. Vn̄ dr̄ anti
xp̄s q̄ſi ꝯtrius xp̄o: qꝛ ſicut xp̄s eſt vas oīm v̄=
tutū: ſic antixp̄us erit vas oīm vicioꝝ. Nam
xp̄s venit hūilis: ipe aūt ſupbꝰ. Xp̄us venit
humiles exaltare ⁊ pctōꝛes iuſtificare: ⁊ an=
tixp̄s hūiles deijciet ⁊ pctōꝛes magnificabit
⁊ iuſtos ⁊ bonos pſequetur: ⁊ gl'iam ꝓpꝛiam
queret. Nam antixp̄s erit ſupbiſſimus. Vn̄
Apl's. Extollitur ſup oē qđ dicitur xp̄s aut
qđ colitur: ita q̄ ī templo dei ſedebit in hie=
rl'm oſ̄ndens ſe tanq̄ꝫ ipe ſit deꝰ. Nā antixp̄s
erit peſſimus: nā caput oīm maloꝝ. Dan̄. xi.
Eleuabit ⁊ magnificabit aduerſus oēm deū
Ubi dicit Goꝛra. Ecce maioꝛ ſuperbia anti=
xp̄i q̄ luciferi: qꝛ lucifer niſi voluit deo aſſi=
milari: ſed iſte ſuper deū extolli. Ad maioꝛē
igit ꝯtumeliā faciet hoīes imaginē ſuā ado
rare: ⁊ oēs ſuos ſignari ſuo caractere pꝛo=
pterea deſtruet ſigna crucifixi: et imaginem
ſuā ſtatuet adoꝛare. Sicut legit Dan̄. iij. de
nabuchodonoſoꝛ q̄ p̄cepit extermiare oēs
deos terre: vt ipe ſolꝰ deꝰ diceret: ⁊ ſic faciet
antixp̄s. Apoc. iij. Item antixp̄us erit ſupꝛa
modum luxurioſus. Vn̄ dr̄ Dan̄. xi. q̄ erit in
concupiſcentijs feminaꝝ: tūc eīm erit p̄iculo
ſiſſimum tp̄s. Unde apl's. In nouiſſimis die
bus inſtabunt tēpoꝛa periculoſiſſima. Glo.
In aduētu antixp̄i ita manifeſte peccabunt
hoīes q̄ nō erubeſcēt adulterari ſicut iā loq̄
vel cōedere. Nā aliqui in p̄nti gloꝛiant in ſu
is malicijs: ⁊ iſti ſunt p̄curſoꝛes antixp̄i. Nā
ſicut xp̄s fuit caſtꝰ ⁊ ſpeculū caſtitatis: ſic ⁊ ipe
antixp̄us erit luxurioſiſſimus. Et ſicut xp̄us
habuit iohēm bap. q̄ fuit pꝛecurſoꝛ ſuꝰ in oī
hūilitate: caſtitate: ſanctitate: ſic luxurioſi et
adulteri erūt pꝛecurſoꝛes antixp̄i. Itē ſicut
xp̄s fuit pauper in natiuitate ſua: ſic ⁊ ī vita
Vnđ Math. viij. Uulpes foueas hn̄t: filius
aūt hoīs nō hꝫ vbi caput ſuum reclinet. Sic
per oppoſitū antixp̄s erit multū diues: dn̄a
bit eīm in theſauris auri ⁊ argēti ⁊ in oībus
pꝛecioſis egypti. Itē deū ⁊ ſctōs blaſphema
bit. Unde Dan̄. xi. Aduerſus deum deoꝛum
loquet blaſphemiā: ⁊ oēs blaſphemi ſunt p̄
curſoꝛes antixp̄i. ¶ Quantū ad tertium
ſciendū ſcꝫ de perſecutione. Notandū q̄ ipe
antixp̄s excitabit pſecutionē ſub omni celo
ſup xp̄ianos. Ne aūt ſubito ⁊ impꝛouiſe an
tixp̄s veniens totū humanū genus p̄deret ⁊
erroꝛe deciperet: duo magni ꝓphete in mun
dum mittentur quos miſericoꝛs deus ad ſuc

currendū mundo cōſeruauit.ſ.Enoch ⁊ He⸗
lyas:qui iam ſunt in ꝑadiſo ꝗ tūc veniēt de
paradiſo ⁊ p̄dicabunt vt ꝯuertant iudeos ꝗ
tunc erunt ad fidem xp̄i.Vn̄ iudei ⁊ xp̄iani:ꝗ
nunc inter ſe diſcrepant pari tunc religione
in xp̄o cōſentient.Et hoc eſt qđ dicitur ꝑ ꝓ⸗
phetam.In diebus illis ſaluabitur iuda:et
iſrl' habitabit ꝯfidenter:ſupple fil' in chriſtū
credentes:⁊ tunc erit vnū ouile ⁊ vnus pa⸗
ſtor:vt habetur Johis.x.Iſti duo Enoch et
Helyas p̄dicabūt om̄i populo.Apoc.xi.Da⸗
bo duobus teſtibus meis:ſcilꝫ Enoch ⁊ He⸗
lye ſpm̄ veritatis:⁊ prophetabunt mille die
bus ducentis ⁊ ſexagintaſex.Gloſa:id eſt tri
bus annis cū dimidio.Sicut xp̄us predica⸗
uit amicti ſaccis.Glo.i.predicantes pniam
⁊ eandē oſidentes.Tūc antixp̄s faciet cōtra
eos bellū.ſ.in diſputationibꝰ:in qbꝰ eos nō
vincet:qm̄ ipſi veri teſtes erūt.Jđo poſtmo
dū per tyranniā ſuam eos occidet corporali
ter:⁊ corpora eoꝝ inſepulta iacebunt in pla
teis ciuitatis hierl'm per tres dies ⁊ dimidi
um:nec ſinentur poni in monumentis ꝓpt'
timorem antixp̄i ⁊ propter odiū ppl'i xp̄ia⸗
ni:vt q̄cūqꝫ eos viderit timeat eis ꝯforma⸗
ri.Tandē poſt tres dies ⁊ dimidiū:vt habe
tur.Apoc.xi.Spūs vite.i.eoꝝ aīe intrabunt
in eos ⁊ ſtabūt ſupra pedes ſuos viuētes iā
⁊ impaſſibiles:⁊ timor magnus cadet ſuper
eos qui videbunt illos ita glorificatos ⁊ au
diēt vocē de celo dicētē illis.Aſcēdite huc.i
ad conſortiū angeloꝝ ⁊ ſctōꝝ:⁊ aſcendent i
celū nube ſicut xp̄s aſcendit:vt habet' Act'.i.
Et iuſtum eſt vt qui xp̄m imitati ſunt in tri
bulatione:paſſione:⁊ p̄dicatione ꝯformētur
illi in aſcenſione.Iuxta illud Luc.xiiij.Qui
ſe humiliat exaltabitur:⁊ tunc ſequetur gra
uiſſima perſecutio chriſtianorum. Scien
dum ꝙ antichriſtus quattuor modis perſe
quetur electos ⁊ bonos.Primo per calidaꝫ
eius ꝑſuaſionē ⁊ p̄dicationē:qꝛ p̄dicabit le⸗
gem nouā ⁊ prauā ⁊ ad peccandū multos li
centiabit.Quia ſicut lex veritatis ⁊ ſalutis
peccatum prohibet:ſic ſua lex iniquitatis ⁊
falſitatis perſuadebit peccare.In cūctis ci⸗
uitatibus hāc legē male p̄dicabit: contēpta
lege xp̄i.Unde p̄s.Cōſtitue dn̄e legiſlatoreꝫ
ſuper eos.i.antixp̄:in praue legiſlatorem.Di
cit em̄ magiſter i ſum.theo.veri.ꝙ antixp̄s
predicabit ⁊ cōfirmabit falſis ꝓbationibus
ante ſe nullū fuiſſe xp̄m:ſꝫ oēs antixp̄os fu
iſſe:ꝓpter qđ p̄dicatores ſui diſcurrēt ꝑ vni
uerſas mundi partes eādē ſuam falſaꝫ do
ctrinā p̄dicātes.Impediet nihilominus an⸗
tichriſtus ne ſacra ſcriptura ſm̄ veritatē ex⸗
ponatur a catholicis doctoribꝰ.Tūc vt hr̄ in
p̄s.Diminute ſunt.i.diminuētur veritates a
filijs hoīm.Tunc vt hr̄ Eſa.lix.Corruet veri
tas in plateis.Vn̄ Dan̄.viij.Proſternet' ve⸗
ritas in terra.Itē predicatores ⁊ apl'i anti⸗
xp̄i ea q̄ hoīes libenter audiūt p̄dicabūt vo⸗
luptuoſa:leta:ꝯſolatoria:ad q̄ homīes pro⸗
ni ſunt.Unde ſicut xp̄s dicit.Math.vij.Ar
ta eſt via q̄ ducit ad vitā.Ita xp̄s alibi dicit
Contēdite intrare ꝑ anguſtā portā.Sic ipe
antixp̄s oppoſitum predicabit.ſ.mollia ⁊ le
uia:iō multos audiētes hēbit.vn̄ Apl's.ij.
ad Thy.iiij.Erit tp̄s cū ſanā doctrinā nō ſu
ſtinebūt:ſ; ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi
magiſtros prurientes auribꝰ ⁊ a veritate q̄⸗
dē auditū auertent:ad fabulas aūt ꝯuertē
tur.Secūdo antixp̄s decipiet multos ꝑ oſt⸗
ſionē miracl'oꝝ.Vn̄ apl's.ij.ad Theſ.ij.Cuꝰ
aduētꝰ eſt ſm̄ opationē ſathane in oī ꝟtute
⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs medacibꝰ.Vn̄ ſigna q̄ fa⸗
ciet antixp̄s fallacia erunt:quia faciet ea ar
te magica ⁊ etiā dicūtur mēdacia:qꝛ per illa
mendaciter decipiet hoīes.Vn̄ Apoca.xiij.
Seducet habitantes in terra ꝓpter ſigna q̄
data ſunt illi.Nam antixp̄s faciet ſigna ma
gna ad conſumationem ꝑuerſitatis ⁊ falſi
dogmatis:⁊ faciet arbores florere ſubito et
areſcere.Item faciet imagines loqui ⁊ futu
ra predicere.Itē faciet mare turbari et ſubi
to trāſquillari.Itē aquarū ordinē et curſus
aquarū cōuerti faciet retrorſum.Itē aera vē
toꝝ cōmotionibus agitari faciet:⁊ tonitrua
⁊ fulgura choruſcari.Item mortuos fallaci
ter faciet reſurgere:qꝛ maligni ſpūs corpora
mortuoꝝ intrabūt vel aſſument ſibi corpora
in ſpē hoīm vt aliqn̄ vixerūt in quibus qua
ſi qui a mortuis reſurrexiſſent apparebunt:
per q̄ corpa ⁊ in quibus corporibꝰ dicent ſe
ab antixp̄o reſuſcitatos.Itē ignē faciet de⸗
ſcendere de celo.Gloſa.i.malignum ſpm̄ fa
ciet ſuper eos deſcendere:vt loquant' varijs
linguis:quicq̄d em̄ antixp̄s ⁊ ſui nuncij p̄di
cabūt male interpretando ſcripturā ꝑ mira
cula confirmabūt:ſicut de aplis đr Math.
vlti.Illi aūt profecti p̄dicauerūt vbiqꝫ dn̄o
cooperante ⁊ ſermonē cōfirmāte ſequentibus
ſignis.Naꝫ tanta miracula antixp̄s ⁊ ſui di
ſcipuli facturi ſunt ita vt etiā ſi fieri poſſet
ducerentur in errorē electi. ¶ Queritur
quare demones ⁊ ſeruitores demonuꝫ deus
permittit talia miracula facere. Rn̄det' ſm̄



Aug.li.iij.de ci.dei.c.iiij.ꝙ propt' tria.Priō
vt fallant' fallaces.Secūdo vt exerceātur bo
ni.Tertio vt boni ad talia nō aſpirent.Et ē
ſciēdū ꝙ tp̄e antixp̄i boni nō faciēt miracu⸗
la:et in hoc apparebit eoꝝ ꝯſtātia.vn̄ Greg.
in li.mora.Penſemꝰ tunc quantā hūane mē
tis illa tēptatio erit qn̄ pius martyr corpus
tormētis ſubijcit:⁊ tn̄ tortor an̄ oculos eius
miracula facit.Tertio antixp̄s decipiet ho⸗
mines ꝑ mūera.Nā dyabolꝰ oſidet antixp̄o
theſauros multos iā in terra abſcōditos per
q̄s ad ſequēdū ſe plurimos inclinabit.Naꝫ
p̄mo attrahet ſibi magnatos ⁊ potentes per
mūera:⁊ poſtmodū ꝯuertet alios hoīes.Hoc
oſidit' Dan̄.xi.vbi đr.Diuidet terraꝫ gratui⸗
to.Vn̄ etiā p̄s.Sedet cū diuitibꝰ in occult' vt
interficiat innocētē.Glo.Cū diuitibꝰ huiꝰ ſe
culi quos ditabit:et cū mūeribus ſibi adiu⸗
uabit.Timeo ſi aliq̄s hodie vellet p̄dicare he
reſim bn̄ admitteret' a dn̄is terrarūꝫ ſi daret'
eis aurū et argentū.Sic antixp̄s et ſui nūcij
dabūt dn̄is terrarū munera:iō de facili ad⸗
mittent'.Nā q̄ hꝫ dare:hꝫ regnare.Pecunie
em̄ obediūt oīa:et mūera etiā excecāt oculos
ſapiētū.Quid em̄ facerent vſurarij qui ſup
vſurā cōcedūt:vel ꝓpter dilationē cariꝰ ven⸗
dunt:ſil'r raptores:luſores:mercatores:q̄ cū
fraude malū pro bono vēdūt.Mechanici q̄
infideliter ſua artificia laborāt.Fures q̄ bo
na ꝓximoꝝ furant':⁊ ſic de alijs.Qꝛ timen⸗
dum eſt ꝙ quaſi totꝰ mūdus ſequeret' eum:
qꝛ qſi oēs hoīes honores appetūt:et ditari q̄
runt.Iere.vi.A minori vſqꝫ ad maiorē om̄s
ſtudent auaricie.Nā malicia ipſius antixp̄i
p̄ualebit ꝓpter ip̄a mūera tā in maioribꝰ q̄̄
in minoribꝰ.tā l'ratis q̄̄ illiterat̄:tā nobilibꝰ
q̄̄ ignobilibꝰ:tā in diuitibꝰ q̄̄ in pauperibꝰ.
Vn̄ p̄s.Regnū ip̄iꝰ oībꝰ dn̄abit'.Quarto cō⸗
pellet hoīes ꝑ tormētorū fatigationes:quia
quos p̄dictis tribꝰ modis ꝑuertere non pote
rit:illos diuerſis ſupplicijs puniet.Nā anti⸗
xp̄s multa genera tormētoꝝ excogitabit cō⸗
tra bonos:vt eos a fide recta auertat.Da.xij
Erit tp̄s quale nō fuit ab eo tempore ex quo
gētes ceperūt eſſe vſqꝫ ad tempus illđ.Ma
xime em̄ tūc impugnabit religioſos et ſacer
dotes ſicut dicit gloſa ſup illud p̄s.Oculi e⸗
ius i pauperē reſpiciūt.Gloſa.ſanctos ⁊ pau
peres ſpū impugnabit ⁊ ꝑſequet':ergo ꝑſe⸗
cutores i.i clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ ſunt precur⸗
ſores antixp̄i.Item ſciendū ꝙ tempore anti
xp̄i erit ꝑſecutō grauior q̄̄ vnq̄̄ fuit tp̄e mar
tyrū:q̄̄uis em̄ martyres multas ꝑſecutiōes
paſſi ſunt:tn̄ tp̄e antixp̄i boni maiores per
ſecutiones patiētur.Vn̄ mgr̄ in cōpē.theo.
veri.dicit ꝙ tūc tp̄is nec emet' a bonis nec vē
det' eis niſi habeāt caracterē antixp̄i.i.ſignū
ꝙ adhercāt antixp̄o.Nam ſicut antixp̄s cru
delior erit om̄ibꝰ perſecutoribꝰ:ita ſancti tūc
tēporis fortiores erunt omnibꝰ retro marty
ribꝰ.Tūc etiā deus magnā gratiā cōferet ſu⸗
is fidelibus ꝑ quā poterūt illas tribulatōes
ſufferre.Abachuc.iij.Cum iratus fueris:mi
ſericordie recordaberis.Marci.xiij.Erunt
tūc tribulationes quales nō fuerūt ab initio
vſqꝫ nūc neqꝫ fient.O q̄̄ ſtulti ſūt qui op⸗
tant ꝙ poſſent viuere vſqꝫ ad illud tp̄s:⁊ di
cūt ſi tūc viuerēt ꝙ vellent magna ſuſtine⸗
re ꝓ xp̄o:q̄ forte ad minimā ꝑſecutionē xp̄ꝫ
deſererēt.Sane fateor quotiens de illo tp̄e
cogito corde cōtremiſco.Conſidera quid eue
nerit petro in ꝑſecutiōe ⁊ ſemp timebis.Pe
trus em̄ xp̄o ſe cōmoriturū ꝓmiſit:ſed veniē
te ꝑſecutione xp̄ꝫ ter negauit.Quis ergo po
terit ſecurꝰ eſſe qn̄ erit tanta tribulatio q̄̄ta
vnq̄̄ fuit in mūdo. ¶ Quantū ad quar
tum.ſ.de eius duratione ſciendū ꝙ antixp̄s
regnabit tres annos cū dimidio vt hr̄ Dan̄.
xij.vbi dicitur ꝙ durabit per tempꝰ duo tp̄a
et dimidiū temporis.Et illud tempus breue
ordinatū eſt a deo:qꝛ vt dicit' Math.xxiiij.
Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi:non fieret
ſalua oīs caro.i.oīs hō:et eſt ſenſus ſm̄ Ni⸗
co.de lyra.Oīs caro non fieret ſalua.i.nullꝰ
hō qui tūc viueret fieret ſaluꝰ:ſi eſſet lōgum
p̄dicte tribulationis tempꝰ.Illos ergo dies
miſericorditer deꝰ abbreuiabit:et iō q̄̄to h'
ꝑſecutio ceteris eſt grauior:tanto breuitate
tp̄is eſt moderatior. Quantū ad quītū.ſ.
de morte antixp̄i ſciendū ꝙ ātixp̄s finget ſe
mortuū:vt hr̄ Apoca.xiij.vbi đr.Vidi vnum
de capitibus ſuis:ſcꝫ antixp̄m qſi occiſum ⁊
fingentē ſe tanq̄̄ mortuū ⁊ latens ꝑ triduū:
cōgregationē ſctōꝝ in celū vbi ē pax ꝯtinua.
vñ Aug. Nō pōt aīa niſi in eo q̄ diligit q̄ſce
re. Eterna aūt reqes nō dat̄ ei niſi in dilecti-
one ⁊ delectatōe dei q̄ ſol⁹ etern⁹ ē. Vñ etiaꝫ
Damaſ. lib. iiij. Quid eñ p̄cioſi⁹ q̄ in manu
dei eſſe. Vita eñ eſt de⁹ et lux: q̄ in manu dei
ſunt in vita ⁊ luce exiſtūt. P Tertiū im
pedimētū eſt defect⁹ ſapiētie ⁊ diſcretionis.
Diſcretio eñ ē mr̄ vtutū. Indiſcretū feruorē
habētibus dyabol⁹ q̄nq₃ ſuggerit artiorē vi
tam vt cito deficiant. Tales quādoq₃ in in-
ſaniā incidūt: et inutiles fiunt ſibi deo ⁊ p̱xi
mo. Et poſtmodū q̄n debilitant̄ tūc q̄rūt re-
creatōes: et exinde diſſolutiores erūt. Unde
caſſia. in colla. patrū ſcribit ꝙ antiq̄ patres
ad Anthoniū adeūtes q̄rebāt q̄ nā vt⁹ hoīeꝫ
ad p̱fectionē recto tramite veheret dyaboli
inſidijs euitatis. Quiſq₃ r̄ndit. Primus in-
quit hoc in vigiliarū et ieiunioꝝ attenuatōe
cōſiſtere. q̄ his corp⁹ attenuatū facili⁹ ſpūi
obediret. Alius in paup̱tate: eo ꝙ familiari
us tales deo inherere poſſent. Alij in opib⁹
miſericordie. q̄ ſola talia xp̄s in iudicio di-
xit remūerari. Demū btūs Anthonius dixit.
Hec oīa bona et neceſſaria ſūt: ſꝫ his ſpecia-
lem p̱fectionē attribuere caſus multorū nō
ſinūt. Sola ḡ diſcretio virt⁹ principalis eſt q̄
oīm virtutū generatrix: cuſtoditrix et cōſum
matio exiſtit. Q Et narrauit eis exēplū
de quodā antiquo patre hero noīe: qui quin
quaginta annis in heremo cōmorat⁹ magne
abſtinētie fuit: qui tandē angelū ſathane p̱
angelo lucis ſuſcipiēs: et ſuis ſuaſionib⁹ acq̄
eſcens ſe in puteū pfundū p̱iecit ex iuſſu ſa
thane quē āgelū dei credebat: et ip̄e ātiqu⁹
pater credebat ſe illeſum exire de puteo p̱ut
dyabol⁹ ei p̱miſerat. Extract⁹ itaq₃ a fratri-
bus licet ſemiuiuus: credere tñ noluit ſe eſſe
deceptum: ſicq₃ mortu⁹ eſt ⁊ a paſūcio ſepul-
turā difficilime ex rogatu fratrum obtinuit.
Vñ Bern̄. Diſcretio oībus vtutibus ordineꝫ
ponit. tolle hanc et virtus viciū erit. Querit̄
quō diſcretio acq̄ritur. R̄ndit Caſſia. ꝙ ſola
hūilitate cui⁹ p̄mū iudiciū eſt oēs cogitatio
nes ſpūali patri reuelare a quo poſſit infor-
mari. R Itē ſciēdū ꝙ quilibet deuotus
oīa cū cōſilio diſcretoꝝ viroꝝ debet facere in
q̄bus eſt dubi⁹ ⁊ alijs diſcretis viris pl⁹ cre-
dere debet quiuis q̄ ſibijpſi: et debet ea ſeq̄
q̄ iubēt et vitare q̄ p̱hibēt fieri. Vñ Ecc̄. xxx-
ij. Fili mi ſine cōſilio nihil facias. et poſt fa-
ctū nō penitebis. nullus eñ ſibijpſi ſufficit:
vult eñ de⁹ ignorātes doceri ab alijs. Unde
dñs miſit paulū ad ananiā vt eū inſtrueret.
Itē ſciēdū ꝙ ſanctitas vite nō cōſiſtit in ie-
iunijs et vigilijs ⁊ exercitijs. ſꝫ ꝯſiſtit in virtu
tibus. ſ. in hūilitate: patiētia: caſtitate: mīa:
et obedientia. ſ. ꝙ hō frangat p̱priā volūta
tē. et hoc pꝫ in diabolo qui ſemp̱ ieiunat et
durā vitā hꝫ: et tñ nō eſt ſanctus: quia caret
vtutib⁹. ſ. hūilitate: charitate: et ſic de alijs.
Vñ iſta exteriora exercitia intantū ſunt lau-
dabilia inq̄tū hoīem diſponūt ad virtutes.
S Quartū impedimētū eſt verboſitas q̄
impedit pfectū ſpūalē ip̄ius hoīs. Job. xi.
Nunq̄ verboſus iuſtificabit̄. Unde Grego.
Multiloq̄o quiſq₃ ſeruiens rectitudinē iu-
ſticie tenere nō pōt. p̄s. Vir linguoſus nō di
rigit̄ in terra. Unde ſciēdū ꝙ quilibet religi
oſus ⁊ hō deuot⁹ qui vult in bono pficere dꝫ
ſtudere ad refrenādū linguā ſuā a ſuperfluis
et inutilib⁹ vbis. Rō huius eſt. q̄ per viciuꝫ
loquacitatis nimie p̱dit hō deuotionē et re-
ligioſitatē. Vñ Jac. i. Si q̄s putat ſe religio
ſum eſſe: et nō refrenat linguā ſuā: huius va
na eſt religio ergo verboſus hō nunq̄ vera-
citer pficit in ſanctitate ⁊ virtutib⁹. Vñ ar-
ſenio dictū eſt. fuge. tace. q̄ſce. Vñ Jacob. i.
Sit oīs hō velox ad audiēdū: tardus ad lo-
quendū. modicū loq̄ ē ſignū ſctitatꝭ ⁊ p̱bitatꝭ
Vñ Eſa. xxx. In ſilentio ⁊ ſpe erit fortitudo
veſtra. Jaco. iij. Si q̄s in vbo nō offendit: hic
p̱fect⁹ eſt vir. Vñ religioſi qui tenentur ten-
dere ad p̱fectionē hñt ex cōſtitutionib⁹ ſuis
in quib⁹ locis ⁊ tp̄ib⁹ debeāt ſeruare ſilētiū:
vt ſic liguā ſuā refrenēt: vt eo meli⁹ ⁊ forti⁹ ī
deuotione interiori pficiāt. T Vñ legit̄
in vitaſpatrū ꝙ q̄dā heremita trib⁹ ānis la-
pidem geſtabat in ore vt ſic addiſceret ſilen-
tium ſeruare. Quintum impedimētū eſt mu
tabilitas qua hō iam vult vnū et poſtmodū

aliud.iā incipit illud bonū agere: ⁊ poſt du⸗
os dies incipit aliud bonū agere.et ſic nō cō
tinuat bonū inceptū:ſꝫ de die ī diē mutatur
de vno in aliud.et ꝓpˀ iſtā mutabilitatē nō
ꝓficit.Ier. Qui alicubi tēdit ſi vnā ⁊ rectaꝫ
tenuerit viam cito ꝑuenit q̄ tēdit: ⁊ itineris
et laboris aliqñ facit finē. Si vo multas ag
gredit̄ vias errat nec laboꝝ aliquando facit
fineꝫ: quia error nō hꝫ finē. Sextū īpedimē
tū ē cū qs nō curat venialia pctā dimittere.
vñ Prouer. Qui minima negligit paulatim de
fluit.vñ ēt Gre.ī paſto. Qui minima pctā dele
re ac deuitare neglexerit:a ſtatu iuſticie nō q̄⸗
dē repēte ſꝫ ꝑtim cadit. Sꝫ diceres quō vēia
lia īpediūt ꝓfectū hoīs. Rñdeo ꝙ ꝓfectˀ ho
minis ꝯſiſtit ī feruore charitatꝭ: ſꝫ vēialia fer
uorē charitatꝭ diminuūt.ſicˀ aq̄ feruorē ignis
Sꝫ mortale pctm̄ extiguit totā charitatem.
Vñ aliq ꝑdūt deuotiōeꝫ ⁊ tepeſcūtˀ notablˀr.
Et rō huiˀ ē qꝛ nō curāt dimittere venialia.
Ergo q̄ vult ꝟacit ꝓficere curaꝫ diligēter dꝫ
apponere vt nō ſolū vitet pctā mortalia:ſꝫ ēt
ꝑua pctā ⁊venialia inq̄tū pōt.q̄uis ex toto
nō poſſit qs oīa pctā venialia vitare. qꝛ ſm
Salo.ꝓuer.xxiiij.Septies ī die cadit iuſtˀ ⁊
reſurgit.tm̄ hō dꝫ ſe moderare ⁊ vēialia q̄tū
pōt cauere ⁊ curare. vñ Hiero. ī epl'a. Mēs
xp̄o dedicata ſic cauere dꝫ minora quō etiaꝫ
maiora.qꝛ venialia mltˀiplicata grauāt. Vñ
Aug.ſuꝑ Job. Minuta ſūt pctā ad modum
arene grana:ſꝫ ſi multa arena ponat̄ ꝑmit et
oppmit.Vñ ēt Greg. Vitaſti grādia vide ne
obruaris arena. **E** Septimū impedimē
tū eſt amor inordinatˀ ad ꝓpriū corpˀ. et in
de fit hō puſillanimis:et puſillanimitas aſ⸗
ſimulat̄ hyemi nō ꝑmittēti exire gramen vel
flores ab arboribˀ. Sic multi nō audēt face⸗
re bōa opa. qꝛ intm̄ timēt ſuſtinere aliq̄d ad
uerſitatꝭ ⁊ aſꝑitatꝭ. Prouer.xviij. Pigrū deij⸗
cit timor. Pro q̄ ſciēdū ꝙ caro ꝓpria nō ē in
ordinate diligēda:ſꝫ potiˀ odiēda tripl'r. Pri
mo qꝛ eſt inimica aīe: ⁊ q̄ corpˀ ſuū amat ini
micū aīe ſue diligit. Vñ Gal.v.Caro cōcupi
ſcit aduerſus ſpm̄. Secūdo qꝛ caro eſt corru
ptio anime.Sapiē.ix.Corpˀ qd̄ corrūpitur
aggrauat animā. Surgeret eñ ſepiˀ aīa ad
orandum ⁊vigilandū:ſed corpˀ grauat ⁊ im
pedit eā. Tertio qꝛ amor ſui eſt radix oīꝫ ma
loꝝ.Unde apl's. Erūt hoīes ſeipſos aman⸗
tes. Nā de inordinato amore quē hō hꝫ ad ꝓ
priū corpˀ orit̄ gula:accidia:luxuria ⁊c̄. Naꝫ
talis non ieiunat ieiunia ꝑcepta ab eccleſia
cū bene poſſet.hoc venit ex inordinato amo
re.quia timet corpus nimiū grauari.Simili
ter ꝙ de mane nō ſurgit ſed diu dormit.⁊ ꝙ
qñqꝫ non vult aſperā veſtē induere: nec du⸗
re iacere:nec orare nec genuflectere : nec cor⸗
pus diſciplinare : nec ſibi in comedendo vel
bibendo aliqua delectabilia ſubtrahere: to⸗
tum cauſatur ex nimio amore quem homo
habet ad ꝓpriū corpus.Sil'r ꝙ homo ſatiſ⸗
facit ſuis carnalibus cōcupiſcentijs. ſcꝫ cra
puloſe viuendo:luxuriando: ſeipſum inebri
ando:cauſatur ex inordinato amore corpo⸗
ris ⁊ talia oīa impediūt ꝓfectū hoīs ⁊ influ⸗
xum diuine gratie:qꝛ tales nō ſentiūt dulce
dinem diuine conſolationis.Vñ Aug.lib.v.
confeſ.Gaudiū diuine conſolatiōis non de⸗
guſtas ſi carnali delectatione cor maculas.
**F** Ultimo queritur vtrū amor ſui ſit pctm̄
mortale. Reſpondeo ſm Hermānū de ſchil⸗
ditꝫ ꝙ nō etiā ſi plus quis ſe amet q̄ expe⸗
dit.ſed tamē ſi amor ſui creſcit in cōtemptū
dei:tunc erit pctm̄ mortale. Uerbigratia.Ut
ſi quis nollet ieiunare vt tenetur ex precepto
eccleſie et bene poſſet:ſed non vult corpˀ ſuū
aggrauare.Similiter nec vult ſurgere domi
nica die ad miſſam audiendam ꝓut quilibꝫ
hō tenet̄ ex precepto eccleſie.vt habet̄ in de⸗
cre.Dñica eñ die debet miſſa audiri ab oñi
bus.de cōſe.di.i. Miſſas. Et breuiter qñqꝫ
qs paratˀ eſt trāſgredi ꝑceptū dei et eccleſie
ꝓpter illicitū ſui amorē tūc erit pctm̄ morta
le. Idipm̄ dicēdū etiā ſi amor inordinatˀ ſui
ipſius vergat in iniuriā ꝓximi ſui ꝙ tunc ē
mortale ſm menſurā iniurie niſi iniuria eēt
minima tūc eñ eſſet veniale ⁊c̄.

¶ In circūciſione dñi. Sermo.xix.

**P** Oſtq̄ꝫ conſummati ſunt
dies octo vt circūcideret̄ puer vo
catuꝫ eſt nomē eiˀ ieſus ⁊c̄. Luc.
ij. Infans octo dierū circūcidet̄.
Gene.xvij. Solēt hoīes in nouo anno ſibiin
uicē munuſcula dare. Seneca in li. de clemē
tia ad neronē. Bñficiū accepit q̄ digne dedit.
Macrobiˀ. Indignˀ ē oīno dandis q̄ de bñ
ficio dato eſt ingratˀ. Uarro in ſentētijs. Bñ
ficiū q̄ dare neſcit iniuſte petit. Tulliˀ ꝯ ſalu
ſtiū. Bñficiū nihil aliud ē q̄ beniuola actio.
Sic ſaluator nr̄ in carne natˀ hodie fidelibˀ
ſuis tribuit acceptabile ⁊ gratuitū donū.ſcꝫ
ſanguinē ſuū precioſum quē hodie fudit in
circūciſione vt euāgeliū teſtatur vbi dr̄. Poſt
q̄ꝫ ꝯſūmati ſūt dies octo. Vñ ex hodierno e⸗
uāgelio colligit̄ ꝙ ille q̄ ē interiabil' ⁊ eternˀ



hodie in euangelio octo dierū ſcribit̄. Et ille
qui eſt impaſſibilis ⁊ indiuiſibilis:qꝛ eſt pñ
ꝯſubſtantialis hodie patit̄ ⁊ diminuit̄ ⁊ cir
cūciditur. Sil'r ⁊ ille qui eſt ineffabilis ⁊ a cu
ius narratione deficiunt lingue.hodie noia
tur ⁊ nomē ei imponit̄. Hec tria tangunt̄ in
euangelio hodierno. Vñ in pñti ſmone tria
ſunt dicenda. Primo quare hodierna dies ē
multum celebris. Scd̄o q̄riēs xp̄s ſanguinē
ſuū fudit. Tertio de ſpūali circunciſione.
**A** Quantū ad primū ſciendū ꝙ hodierna
dies eſt multum celebris. Primo ex eo ꝙ eſt
octaua dies natiuitatis xp̄i. Si eñ aliorum
ſctōꝝ octaue ſolēnes ſunt:q̄to magis octa⸗
ua dies ſcti ſctōꝝ a quo oēs hñt ꝙ ſcti ſunt
dꝫ ſolēniter celebrari. Secūdo ꝓpter impo⸗
ſitionē noīs noui:qꝛ vocatuꝫ eſt nomē eius
ieſus. De quo noīe dicit apoſtolˀ ꝙ tota no⸗
ſtra ſalus cōſiſtit in hoc noīe ieſus. Ieſus ei
interptatur ſaluator. Xp̄s interptat̄ vnctus
latine. **B** Circa qd̄ querit̄ cum ieſus eſt
ꝓpriū nomē eius:quare nos nō noīamur a
ieſu ſaluati:ſicut a xp̄o noīamur xp̄iani. Rñ
detur ꝙ illa duo noīa ieſus xp̄s ſibi cōueni⸗
unt. Primū.ſ.ieſus rōne ꝑſone ſm deitateꝫ.
Secūdū.ſ.xp̄s eſt nomē dignitatꝭ ſm hūani
tatē . Ideo aūt a noīe xp̄i qd̄ ē nomē digni⸗
tatis ſm humanitateꝫ nos noīamur xp̄iani
in preſenti.quia debemˀ eſſe reges regentes
nos ⁊ ſacerdotes hoſtias ſpūales offerētes.
Apocal'.i. Fecit eñ nos deo noſtro regnū et
ſacerdotes. Sed ve illis qui ſolū habent no
men ꝙ xp̄iani ſunt ⁊ opera nō habent:qꝛ ex
hoc grauiˀ dānant̄. Vñ Augu.in libro de vi
ta xp̄iana. Nō in hoc nobis tm̄ ꝙ xp̄iani di⸗
cimur blandimur:ſed ꝓpter hoc etiā nos iu
dicandos eſſe credamˀ ſi nomē fruſtra vendi
cemus alienuꝫ. Vñ etiā Iſido.in li.ethimo.
Nō ſe glorietˀ xp̄ianū q̄ nomē hꝫ ⁊ facta non
habet. Certiſſime ille eſt xp̄ianus qui factis
ſe xp̄ianū oñdit ⁊ ambulat ſicut ille ambula
uit a quo nomē cōtraxit.ſed in futuro noīa
mur a noīe ieſu ſaluati:qd̄ ampliˀ nūq̄ꝫ poſ⸗
ſumus amittere. Und̄ Eſa.li. Salus mea in
ſempiternū erit. **C** Itē ſciendum ꝙ hoc
nomen ieſus multiplicē confert hoī gratiaꝫ
Primo quicq̄d hō petierit ī nomīe ieſu hoc
obtinebit̄. Joh.xv. Quicquid petieritꝭ patreꝫ
in nomīe meo dabit vobis. Vñ oēs miſſe ⁊
orōnes ⁊ hore canonice concludunt̄ hoc no⸗
mine ieſu. Uidemˀ eñ ꝙ pauperes petūt in
noīe ſancti nicolai vel alicuiˀ ſancti:⁊ qñqꝫ
obtinēt qd̄ petunt. Vñ hodie in nouo anno
petere debemˀ in hoc noīe ieſu remiſſionem
oīm pctōꝝ noſtroꝝ. Vñ Act.x. Huic oñes
ꝓphete teſtimoniū ꝑhibēt remiſſionē ꝑcipe
re ꝑ nomen eius. Ergo prophetis crede: nec
deſpera in oībus tuis pctīs:etiaꝫ ſi tot eēnt
quot eſſent capilli capitꝭ tui.ꝑ. Multiplica⸗
ti ſunt ſuꝑ capillos capitis mei:vel ſi tot eſ⸗
ſent ꝙ numerū arene maris excederent .ij.
Paral'.vlti.dixit manaſſes. Peccaui ſuꝑ nu
merū arene maris. Si ḡ multū ⁊ grauit̄ pec
caſti nō deſpera.ſꝫ dic cū p̄s. Propter nomē
tuū dñe ꝓpiciaberis pctō meo:multū eſt ei
Vñ Bernar. Omnia pctā venialia: origina⸗
lia:criminalia:ab origine mundi vſqꝫ ad fi⸗
nem cōmiſſa diuine miſericordie cōꝑata ſunt
quaſi ſola gutta ꝯ pelagus totiˀ maris. Naꝫ
oīa pctā ſunt finita:ſꝫ miſericordia dei eſt infi
nita.vñ Ariſto.viij.ethi. Finiti ad infinituꝫ
nulla eſt ꝓportio. Scd̄o in hoc noīe ieſus vi
cimus diabolū. Luce.x. Demonia etiam dñe
ſubijciunt̄ nobis in noīe tuo. Vñ xp̄s dixit.
Marci.xvi. In noīe meo eijcient demonia.
Hoc figuratū ē in dauid ⁊ golia.vt habet̄.i.
Reg.xvij.vbi dixit dauid. Tu venis ad me
cū gladio:ego aūt venio ad te in noīe dñi ex⸗
ercituū. Dauid eñ audaciā ſuā in nomīe dei
iſrael poſuit. Vñ valerius in libr.viij. Mos
erat romanoꝝ vt nullus ad imperiale ſoliuꝫ
extolleretur niſi animoſitate ⁊ audacia ⁊ ce⸗
teris inueniret̄ ꝟtutibˀ ꝑcellere. Golias aūt
in ꝟtutis ⁊ fortitudinis ſue ꝑſumptōe.vnde
Orige.li.decalogi ꝑceptiſ. Heu q̄ꝫ dānata ꝑ
ſumptio tā audaci aīo deuꝫ offendere. Sed
prorſus nil eo deteſtabilius q̄ꝫ ſi ī pctīs ſuis
qs auſus fuerit ꝑmanere. Golias diabolum
ſignat cuius gladiˀ eſt carnalis tēptatio. Cli⸗
peus quo ſe abſcōdit ē ſimulatio boni. Naꝫ
ſub ſpecie boni occultat malū ⁊ ſic decipit il
los quos cū manifeſtis pctīs nō pōt decipe
re. Dauid ſignificat fidelē xp̄ianū q̄ in inuo⸗
catione noīs dñi in orōne ⁊ baculo crucis et
cū qnqꝫ lapidibˀ.i.cū recordatione qnqꝫ vul
nerū xp̄i vicit Goliā.i.diabolū.p̄s. In nomi
ne tuo ſperne oēs inſurgētes in nobis. Ter⸗
tio in noīe ieſu cōſequimur vitā eternā.non
eñ eſt aliud nomē ſub celo in quo ſaluemur
p̄s. In noīe dei nr̄i magnificabimur . Ergo
ob reuerentiā eiuſdeꝫ noīs oñe genu flectat̄
celeſtiū:terreſtriū ⁊ infernoꝝ. Ergo qñcunqꝫ
aliquis xp̄ianoꝝ audit in miſſa hoc nomen
ieſus noīare debet deuote genua ſua flectere
⁊ dicere. O dñe ſaluuꝫ me fac ꝓpter nomen
ſanctū tuuꝫ. Tertio dies iſta celebratur pro

pter effuſionẽ ſanguinis ieſu xpi. Hodie em̃
incepit pro nobis effundere ſanguinẽ ſuum
quẽ tñ poſtea creſcẽte etate pro nobis largi
us effundebat. D Modo quantũ ad ſe-
cundum ſciendũ ꝙ xp̃s ſanguinẽ ſuũ ſepti-
es fudit: vt nos a ſeptẽ pctis mortalib⁹ mũ
daret. Primo in circũciſione cõtra peccatum
luxurie q̇ in primo homie in illo mẽbro pul-
lulauit. Ergo ſi offendiſti deũ cum pctõ luxu
rie noli deſperare: ſed cum cõtrito corde ĩuo
ca miſcordiã dei: vt ꝑpter ſuaȝ amarã mor
tem ꝛ paſſionẽ ꝛ ſanguinẽ quẽ in circũciſiõe
fudit tibi ignoſcat. Et ſic de alijs punctis in
fra poſitis dicendũ eſt. Secũdo in ſudore fu
dit ſanguinẽ ſuũ qñ in monte oliueti orauit
ꝛ hoc contra pctm̃ gule. Nam ex gula naſcũ-
tur mali humores q̇ exiccantur ꝑ xpi amorẽ
Tertio in flagellatiõe ꝯ pctm̃ inuidie. Inui-
di enĩ ſunt canes mordentes. Si em̃ leo ti-
met qñ canis flagellatur corã eo: multo forti
us iſti canes timere debent qñ vident leonẽ
id eſt xp̃m flagellatũ eẽ. Quarto in manuuȝ
pforatione ꝯ pctm̃ auaricie. Oñdit em̃ ſe li-
beralẽ eſſe in manuũ extenſiõe: apꝛtione: ꝛ p-
foratione. Nam man⁹ habuit in cruce exten
ſas vt daret vniuerſa. habuit apertas vt da
ret liberaliter. habuit pforatas vt daret tota
liter. Nota de auaricia ſicut ſpina in ſua pũ
ctura ſanguinẽ nõ elicit nec effundit: ꝛ iõ va
lidius ip̃m vulnus intumeſcere facit. Simi-
modo auaricia dũ mentẽ pungit ſanguineȝ
ſceleris ꝛ pcti nõ effundi ſinit per pniam ſa
tiſfactoriã: ſ; vulnus magis intumeſcere fa-
cit: q: auarus q̃to plus h;: tãto plus cupit.
Quinto in pedum afflixione ꝯ pctm̃ accidie.
Pedes em̃ aie ſunt intelligẽtie ꝛ affectus q̇
ſepe ſunt pigri ad bonũ: ſ; qñ in xpi ſangui-
ne intingunt tũc velocit currũt ad deum et
ad om̃e bonũ. ps. Intingat pes tuus in ſan
guine. Sexto in capite ꝯtra pctm̃ ſuperbie.
Nam ſicut dicit Augu. Sub ſpinoſo capite
nõ decet membꝛũ fieri delicatũ. nã nõ d; ca-
put eſſe humile ꝛ mẽbrũ eẽ ſupbũ. Vñ iterũ
Aug. in ſer. Erubeſce hõ eſſe ſupbus: vbi hũi
lis factus eſt de⁹. Septimo in corde contra
pctm̃ ire. Nam ſm Ariſt. i. de aĩa. Ira eſt ac
cenſio ſanguinis circa cor. Quantũ ad terti-
um ſciendũ ꝙ circũciſio olim fiebat ꝯ pctm̃
originale ſicut iam fit baptiſmus. In pecca
to em̃ originali q̃tuor ſunt. ſ. culpa: fomes
priuatio gr̃e: ꝛ carẽtia viſionis dei. In circũ
ciſione aũt auferebat culpa. debilitabat con
cupiſcentia, ꝛ ꝯferebat gr̃a, tollebaturq; di

uine viſionis carẽtia. S; q: ianua nondum
erat apta. ꝛ ſic nõ poterant frui diuina viſio
ne. Xp̃s aũt nõ indigebat circũciſione. quia
in ipſo nulla fuit originalis culpa: nec in car
ne ſua aliq̇s fomes aut cõcupiſcẽtia: nec ha
buit priuationẽ gr̃e: ſ; plenitudinẽ gr̃e: et in
terra degẽs fruebat diuina viſiõe. E Vo
luit tñ circuncidi triplici ratione. Primo rõe
ſui vt verã carnẽ humanã ſe aſſumpſiſſe de-
monſtraret. Secũdo rõne iudeoꝝ vt inexcu-
ſabiles eſſent. Si em̃ circũciſus non fuiſſet
potuiſſent ſe iudei excuſare ꝛ dicere. Iõ eum
nõ recepim⁹. q: legẽ nõ ſuauit. Vñ ip̃e xp̃us
dicit Math. v. Nõ em̃ veni ſoluere legẽ aut
prophetas: ſ; implere. Tertio rõne noſtri vt
nos ſaluaret. queadmodũ em̃ fit cauterium
in vno mẽbro: vt totum corpꝰ ſanetur. Papi
as dicit cauteriũ eſſe ferruȝ quo infirmi vrũ
tur ſiue malefici. ſic xp̃s voluit portare caute
riũ circũciſiõis vt ſic totũ corp⁹. i. genus hu
manũ ſaluaret. Etiam ideo circũcidi voluit
vt nos ſpũaliter circũcidi debere mõſtraret.
F Quõ aũt ſpũaliter circũcidi debeamus
ſciendũ ꝙ ſex modis nos ſpũaliter circunci
dere debemus. Primo circũcidere debemus
cor a malicioſis: inuidioſis: ꝛ vĩdicatiuis co
gitatõib⁹. Iere. iiij. Laua a malicia cor tuũ
vt ſaluus fias: vſq; quo morabunt in te co-
gitationes noxie. Item a cogitationibus lu
xurioſis ꝛ immũdis. quia null⁹ requieſcet ĩ
mõte ſancto dei niſi q̇ ſine macula cordis in
greditur. Vñ ps. xxiij. Quis aſcendet in mõ-
tem dñi aut quis ſtabit ĩ loco ſctõ ei⁹. Inno
cens manib⁹ ꝛ mundo corde. vñ Ceſari⁹. In
cipiamus cogitationes bonas diligere: ꝛ ſta
tim ab illis q̇ male ſunt nos dignabit dñs
liberare. Secũdo debem⁹ oculos circũcidere
ab illicito viſu. Iere. ix. Aſcendit mors ꝑ fe-
neſtras noſtras. Corpꝰ noſtrũ eſt domus. fe
neſtre oculi ſunt. inhabitator aĩa eſt. qñ nõ
cuſtodim⁹ oculos: tũc mors intrat ꝛ aĩam oc
cidit. vñ Math. vi. Si ocul⁹ tuus fuerit ne-
quã totũ corp⁹ tuũ tenebroſũ erit. Aug. Im
pudic⁹ oculus impudici cordis eſt nuncius.
Tertio aures a detractiõe. Prouer. xxiiij. Cũ
detractorib⁹ nec cõmiſcearis. qm̃ repente cõ
ſurget perditio coꝝ. vñ Berñ. Detrahere aut
detrahentẽ audire qđ horũ dãnabili⁹ ſit nõ
facile dixerim. Item aures auertere debes
ab auditu turpiũ verboꝝ ꝛ cantuũ laſciuoꝝ.
Eccli. xxviij. Sepi aures tuas ſpinis et noli
audire linguam nequã. Quarto linguam cir
cuncidere debem⁹ a turpi locutione. Eph. v.



Om̃is immũdicia nec noĩetur in vobis ſicut
decet ſctõs: aut turpitudo aut ſtultiloquiũ:
aut ſcurrilitas. Itẽ a mẽdacio. Eph. iiij. De-
ponẽtes oẽ mẽdaciũ loq̇mini veritatẽ vnuſ
q̇ſq; cũ ꝓximo ſuo. Itẽ ab irriſionib⁹ bonoruȝ
hoim. Vñ ps. Qui habitat in celis irridebit
eos. ꝛ dñs ſubſãnabit eos. Immo hõi hono-
randi ſunt ſicut filij dei. Nam q̇ filiũ hono-
rat honorat ꝛ patrẽ ei⁹. Sic ꝛ q̇ honorat ho-
nũ hoĩeȝ: honorat ꝛ deũ. Itẽ a v̈bis maledi-
ctis. Apl's Roma. xij. Bñdicite ꝛ nolite ma-
ledicere. q̇ em̃ maledicũt ꝓximis ĩcurrũt iſtã
maledictionẽ dei quã dictur⁹ eſt in iudicio.
De qua hr̃ Math. xxv. Ite maledicti ĩ igneȝ
eternũ. Itẽ a v̈bis iuratorijs. Ecci. xxiij. Vir
multũ iurãs implebit iniq̇tate. Vñ dic̃ xp̃s
in euãgelio. Math. v. Sit ſermo veſter eſt ẽ.
nõ non. Quãdo aũt iurare ꝑ deũ ſit mortale
vel veniale pctm̃. quere infra ſerm. cxliij. L.
Quinto man⁹ circũcidere debem⁹ ab illicito
tactu. Nã tact⁹ ꝛ ãplex⁹ qui ſiũt ad irritãdũ
ſe ꝛ alios ſunt pctã mortalia. ſic man⁹ circũ-
cidende ſunt a rapinis: furtis: a ccdib⁹ ꝛ tur
pi ludo: ꝛ ad ſola dei opa pagenda aptande.
Sexto circũcidere debem⁹ pedes ab illicitis
greſſib⁹ q̇ ſiũt in chorizando: ſupbe inceden-
do. ꝛ ad loca illicita cũdo. Iob. xxxi. Cũctos
greſſus meos ipſe dinumerat. B Vltĩo
nota exẽplũ de illo noĩe ieſus. Legit ꝙ diu
morat⁹ fuit q̇dã hõ cum vxore ſua in magna
pace et ſctitate: et illa ſil'r cũ eo. immiſit aũt
dyabol⁹ tẽptatões in eos vt ſuſpẽderẽt ſe. vt
ſic euaderẽt pñtes miſerias. Cũ q̇ vtrunq; ex
hac improba et importuna tẽptatiõe triſtes
efficerent vt nec ſomnũ caperẽt. nec comede
rent q̇ſiuit alter de altero cauſas tante triſti
cie. Rñdit vir ꝙ ſup oĩa haberet volũtatem
magnã ſuſpendẽdi ſe. mulier rñdit illud con
ſimile eſſe deſideriũ ſuũ. Cõſentiẽtes autem
ambo in idipſum laq̇os parãt vt ſe ſuſpẽde-
rent. Tũc mulier dixit viro ſuo. O dñe conſu
lerẽ ꝙ pri⁹ biberem⁹ amore h ieſu mutuo de
illo optimo vino noſtro qđ p̃cioſum ſeruaui
mus de illa vinea noſtra de qua nõdũ guſta
uim⁹ nec ſcim⁹ q̃le adhuc ſit vt potati adhuc
leui⁹ moriamur. Placuit viro. vinũ affert. qđ
cũ vellet bibere ſicut cõſueuerat ſignauit vi-
nũ cũ ſigno crucis dicẽs. In noie ieſu xpi bi
bam⁹: ꝛ bibit. deditq; mulieri. Cũ aũt bibiſ-
ſent vinũ cruce ſignatũ. ita fugit dyabol⁹ ꝙ
oĩs tẽptatio de tota mẽte eoꝝ tolleret vt h
qđ facere cogitauerãt noluerũt poſtea adim
plere: ſ; cõtriti ad cõfeſſionẽ ꝯfugerũt ꝛ vitã

in bono finierũt. D Itẽ exẽplũ aliud de
noie ieſus. Fuit quidã hõ pius q̇ hãc ꝯſuetu
dinẽ habuit ꝙ quotiẽſcũq; ſibi dyabol⁹ inge
rebat aliquã tẽptationẽ iuit ad locũ orõnis
et inuocauit deũ dicẽs. O ieſu dulcis miſere
re mei ꝛ adiuua me ꝛ cõtinuo dyabol⁹ receſ-
ſit ab eo. ꝛ ſemel audiuit vn⁹ ſctũs pat ꝙ de
mon dicebat ꝙ ipſi dyaboli maxime repelle
rentur ab hoc nomine ieſus.

¶ In eodẽ feſto Sermo. xx. ꝙ iuuenes de
bent a iuuentute deo ſeruire.

Poſtq̃ conſummati ſunt
dies octo ꝛc̃. Luc. ij. I Scien
duȝ ꝙ xp̃s die octaua circũciſus
eſt et ſanguinẽ ſuũ fudit: ꝛ h ad
noſtrã inſtructionẽ vt in pueritia ei ſuire in
choem⁹: qđ facere debem⁹ p̃ncipalit ſex de
cauſis ſiue ꝑpt ſex fruct⁹ q̇ inde ꝓueniũt ill
q̇ a iuuẽtute deo ſeruire incipiũt. Prim⁹ eſt
q: bonitas ꝓfundi⁹ infigit ipſi iuueni: eo ꝙ
inuenit ſubiectũ mag teneriũ. Vñ Ariſt. ij.
de aĩa. Aĩa pueri eſt ſicut tabula raſa in q̇ ni
hil eſt depictũ: et hoc in p̃ncipio ſue infuſio-
nis. Itẽ aĩa pueri ẽ ſicut pgamenũ bñ prepa
ratũ ꝛ q̇cq̇d in eo ſcribit vix delet: et ſi delet
adhuc manẽt ibi aliqua veſtigia. Sic ẽ de iu
uene q̇cq̇d ſibi p̃mit⁹ imprimit ad h ſp incli-
nat ſiue ſit bonũ ſiue malũ. Itẽ puer ẽ ſicut vir
gula q̇ facilit flecti põt ad dexterã ſiue ad ſi-
niſtrã: ꝛ q̇cũq; flectit illuc ꝛ creſcit. S; trabs
iam deſiccata ſi curua ẽ impoſſibile eſt eã ad
rectitudinẽ duci. Vnde Holgot ſup li. Sap̃.
Om̃e pctm̃ incurabili⁹ ẽ in ſene ꝙ in iuuene.
vñ Ecci. vij. Filij ſi tibi ſint erudi illos a pue
ritia ſua. Secũdus fruct⁹: q: iocundũ eſt vi-
uere hoĩ tali q̇ in p̃ncipio deo ſeruire ſtudu-
it. Sap̃. Optima fortũa viuendi eligenda ẽ
quã iocũda reddet conſuetudo. K Que-
ritur hic q̇b⁹ in hac vita meli⁹ ſit. Rñdeo ꝙ il
lis q̇ puro corde et pura cõſcia deo ſeruiunt.
Prouer. xv. Mẽs ſecura quaſi iuge ꝯuiuiuȝ
hoc ſic ptȝ. Nã ſi ſup̃ videt ꝛc̃. q̃re ſup̃ ſer. ix.
K. ibi. Quita ẽ ꝯſcia. Itẽ ſciẽdũ ꝙ aliq̇ ma-
li infernũ maiori labore ſibi acq̇runt ꝙ aliq̇
boni regnũ celeſte. Qđ duob⁹ modis intelli-
gitur. Primo q̃tũ ad interiorẽ remorſuȝ cõ-
ſcie. vñ Amb. in lib. de offi. Que pena graui-
or eſt ꝙ interioris vuln⁹ cõſcie. nõne h mag
fugiendũ eſt q̃ mors: ꝙ diſpẽdiũ ꝙ exiliũ:
ꝙ debilitatis dolor. Vñ Iſido. de ſum. bon.
Omnia fugere potuit homo pter cor ſuum.
Non em̃ poteſt quiſq̃ a ſe recedere: vbicũq;

em̄ abierit reatꝰ ſui cõſcia illū nõ dereliquit.
Secūdo modo intelligit̄ q̄ ad exteriora exer
citia. Uñ Holgot. Uia pctoꝝ eſt multo mag
laborioſa ꝙ̄ via ſanctoꝝ. Famulus em̄ quan
to plurib' dñis hꝫ ſeruire: tanto cū maiori la
bore. Sꝫ pctõr vult ſeruire mūdo: dyabolo ⁊
carni ſue. et ideo neceſſe eſt eū multiplr labo
rare. Jere. ix. Ut inique agerēt laborauerūt.
Nā duriora ſeruitia q̄nq; habēt ſerui dyabo
li ꝙ̄ ſerui dei. ſicut pꝫ in haſtiludijs: et cho
reis: et actibꝰ luxurioſis: in diuitijs cõgregā
dis: ſupbis veſtibus portādis: et in prelatu
ris acq̄rēdis. Uñ Holgot. Multo fortiꝰ labo
rāt hoīes circa mūdana et tranſitoria: ꝙ̄ cir
ca eterna ⁊ magis circa voluptates q̄ꝫ circa
ꝟtutes. L Tertiꝰ fructꝰ eſt ꝙ grauiꝰ eſt
ſuitiū eorū deo qui cito ad deū cõuertūtur.
Jlli em̄ de puro ⁊ optimo vite ſue q̄ſi de flore
et vigore deo offerūt. Qui aūt tarde volūt cõ
uerti q̄ſi feces deo reſeruāt reſpectu iuuenū
qui in iuuētute deo ſeruire incipiūt. Jlli em̄
antiq̄ de vita ſua prīo id qꝺ pulchriꝰ et meli
us eſt offerūt mūdo et dyabolo. reliquias ꝟo
volūt offerre deo: illud. ſ. de quo mūduſ non
curat. i. ſeniū. cū tñ ſm ſcripturam bona ⁊ op
tima deo offerēda ſūt. Nume. v. Oīa q̄ offer
tis deo optima et electa erūt. Jtē illi qui ex
pectant vſq; ad ſeniū: tales cõſumūt iuuētu
tē et fortitudinē corpis in ſeruitio mūdi et
dyaboli: et cū iam ſeneſcūt tūc ceſſant ab ali
quibꝰ pctis: cū eadē pctā iā ampliꝰ perpetra
re nõ pñt. vñ Aug. Si vis facere pniam cū iā
peccare nõ potes: pctā te dimiſerunt nõ tu il
la. Sed cū hõ aptꝰ eſt ad peccandū et poſſet
et hꝫ occaſionē. ſ. pulcritudinē: diuitias et iu
uētutē et dimittit ꝓpter deū hoc eſt deo val
de acceptū. Naꝫ ſubtrahere ſibi delectabilia
carnis cū oportunitatē habet pficiendi: q̄ſi
ſpūale martyriū eſt corā dõ. Uñ ſcriptum ē.
Qui potuit trāſgredi ⁊ nõ eſt trāſgreſſus: fa
cere mala ⁊ nõ fecit. quis eſt hic ⁊ laudabimꝰ
eū. vñ Augu. Dico tibi q: ſecurꝰ es ſi pniam
egiſti eo tpe quo peccare potuiſti. Jtē ſciē
dum ꝙ ſumme placet deo ſeruitiū iuuenū
innocentū. Nunq̄ꝫ pater de filio tm̄ gaudiū
habuit ſiue rex ſiue epſ ſiue papa electꝰ fue
rit ſicut deꝰ gaudiū hꝫ de bono ope qꝺ q̄s dõ
offert in ſua innocētia. Jn ſignū huius dicit
xp̄s in euangelio. vt hr̄ Math. xix. Sinite ꝑ
uulos venire ad me ⁊ nolite ꝓhibere eos: ta
liū em̄ eſt regnū celoꝝ. Jtem cū pueri clama
rent in templo: ⁊ propterea phariſei indigna
rent̄ dixit eis ieſuſ. vt habetur Mathei. xxi.
Nunq̄d legiſtis. Ex ore infantiū et lactētiū
pfeciſti laudem. M Qꝺ multū valeat
oratio innocentū pueroꝝ ſiue pro viuis ſiue
ꝓ mortuis pꝫ ꝑ tale exēplū qꝺ legit̄. Quidā
epſ deuotꝰ vidit in ſomnis puerū piſcantē
de puteo cū hamo aureo et linea argētea: et
inde extrahebat vnā pulcrā mulierē. Et eui
gilans vidit eundē puerū in cemiterio ſuper
vnam tumbā orantē. et q̄ſiuit ab eo q̄d hic fa
ceret. Rñdit ꝓ aīa matris dico Pater nr̄ et
Miſerere. Et intellexit vir ſanctꝰ ꝙ aīa illiꝰ
mulieris liberata eſſet a purgatorio pcibꝰ il
lius pueri. Et pater noſter eſt hamus aureꝰ
⁊ miſerere eſt linea argentea. N Quartꝰ
fructꝰ q: hõ certius moritur in certitudine
ſpei ſue ſalutis. Uñ Aug. de diſciplina xp̄ia
na. Nõ põt male mori qui bene vixit. Sic e
cõtra. q̄ male viuūt et tardāt cõuerti vſq; ad
finē vite vix bñ moriūtur. vñ Aug. Uix bene
moritur q̄ male vixit. vñ Ariſto. iij. thopico
rū. Qualis vnuſq̄ſq; eſt talis videtur ſibi fi
nis. vñ etiā Aug. Si q̄s poſitꝰ in vltia neceſ
ſitate ſue egritudinis voluerit accipe pniam
et accipit mox reconciliabit̄ et hinc vadit fa
teor vobis nõ illi negamꝰ quod petit: ſꝫ non
preſumimꝰ ꝙ hinc bñ exeat. ſi ſecurus hinc
erit ego neſcio. pniam dare poſſumuſ: ſecuri
tateꝫ aūt nõ. Nūquid dico damnabit̄ ſꝫ nec
dico ſaluabitur. Uis ḡ a dubio liberari. tene
certū ⁊ dimitte incertū. Age pniam dū ſanꝰ
es. ſi ſic agis dico tibi ſecurus es. Qui em̄ nõ
volūt in ſanitate q̄rere deū: ſꝫ ſciēter et pti
nacit̄ ꝯ deū facere grauiter peccant. Sepiꝰ
cõtingit ꝙ in infirmitate cõſtituti non pñt
ſe veracit̄ ad deū cõuertere et penitere. Unꝺ
dr̄ in decre. Qui cū potuerunt ꝯuerti ⁊ nolue
rūt in fine non facile acq̄rūt qꝺ volūt. de pe.
diſt. vltia. c. Nullꝰ expectet. Ergo illi boni q̄
a iuuētute deo ſeruierūt magis felicit̄ mori
untur. pſ. Precioſa in cõſpectu dñi mors ſā
ctoꝝ eius. O Uñ exēplū legitur ꝙ q̄daꝫ
paup vir degebat in quadā villa qui cū ege
ret ſtipendia quotidiana per laborē et mēdi
citatē ſibi acquirebat: ⁊ tñ ſanctam dei geni
tricē mariā ꝓut poterat honorabat. et q̄nq;
de elemoſinis q̄ ei dabātur ꝓ amore dei geni
tricis alijs pauperibꝰ cõdiuidebat. Hic cum
moreretur cepit ſanctam dei genitricē roga
re vt eius miſereri dignaret̄: et precibꝰ ſuis
ei amenitatē paradiſi largiret̄. tunc ipſa ſan
cta maria mater miē ei aſſiſtens dixit. Ueni
et ſicut petiſti perfruaris requie paradiſi.
Hanc vero vocem audierunt plures qui in



illa domo erāt: qꝺ et mox effectꝰ oñdit. Cūq;
eiꝰ aīa eſſet a corpe egreſſa ſtatim ꝑducta eſt
ab angelis in paradiſum. et ſicut ꝓmiſerat
btā virgo letat̄ cū iuſtis ſine fine. Quintꝰ fru
ctus q̄ ſeq̄t̄ ex hoc q̄ñ quis a iuuētute ſeruit
deo eſt ꝙ purgatoriū eius minuet̄. nā ſi ta
les itrabūt purgatoriū tūc ibi ꝑuo tpe ꝑma
nebūt reſpectu illoꝝ q̄ hic multa pctā cõmiſe
rūt ⁊ tarde penituerūt: nec cõdignā pniaꝫ ege
runt. Uñ ſcribit btūs Greg. in dyalo. ꝙ que
dam aīa in ꝟmbra vna punita fuit ꝓpt̄ mo
dicitatē pene quā habuit exoluere. Nā ſi q̄s
haberet ſolū vnū pctm̄ veniale cū illo nõ poſ
ſet deū videre niſi ꝓ eo ſatiſfaceret: vel hic in
mūdo vel in purgatorio. Uñ Hūber. Nunq̄ꝫ
em̄ a quoq̄ꝫ dei facies videbitur donec ꝑ pe
nā venialiū ⁊ peccatorū quadrans minimus
pſoluat̄. De pena purgatorij quere īfra ſer.
clvi. D. Exemplū ibidem. P Sextus fru
ctus ꝙ p̄miū maius in celo habebunt. qui a
iuuētute ſeruiūt deo. Habet em̄ deus vñ re
munerat illos qui tarde ad ipm̄ conuertunt̄
⁊ illos q̄ a iuuētute ſibi ſuiūt. Uñ Job. xiiij.
Jn domo patris mei multe māſiones ſunt.
Nā valde diſſimiles ſunt in remuneratione
ille q̄ vno anno ante mortem ſuā ſolū ſuiuit
deo: ⁊ ille q̄ a iuuētute ſuiuit ei. Apſus. Ro.
ij. Reddet vnicuiq; iuxta opa ſua. Naꝫ ſi q̄s
cognoſceret diſtantiā glie que ē inter p̄mū
et ſecūdum choros angeloꝝ: ille libent̄ debe
ret centū annis durā vitam ducere. imo qꝺ
plus eſt centū martyria et centū mortes pa
ti vt de p̄mo choro angeloꝝ ad ſcꝺm poſſet ꝑ
uenire. et iterum tantū pati vt de ſecūdo in
tertiū: ⁊ ſic de alijs. Minus em̄ adhuc dixi.
Uñ apſ. Nõ ſunt cõdigne paſſiones huius
tpis ad futurā gloriā que reuelabit̄ ī nobis.
Uñ rephēdit̄ deſidia noſtra. q: vno āno poſ
ſumꝰ mereri vt vſq; ad q̄rtū vel q̄ntū vel ad
ſextū choꝝ āgeloꝝ poſſemꝰ ꝑuenire. ſꝫ hoc ne
gligimꝰ ꝓpt̄ nr̄am pigritiā ⁊ cecitatē. Unde
Hiero. Nullꝰ labor durꝰ nullū tps lõgū vide
ri dꝫ quo glia eternitatꝭ acq̄rit̄. Silr̄ ⁊ libent̄
debemꝰ carere oībꝰ delectationibꝰ ⁊ gaudijs
⁊ honoribꝰ huiꝰ mūdi vt ad tale gaudiū ꝑue
nire poſſemꝰ. Uñ Aug. Tanta eſt pulcritudo
iuſticie tanta ē iocūditas lucis eterne vt eti
am nõ liceret ī ea ampliꝰ manere ꝙ̄ vniꝰ diei
horā ꝓpt̄ hoc ſolū innūerabiles āni huiꝰ vite
pleni delicijs ⁊ oī affluētia tpaliū bonoꝝ re
cte meritoq; ꝯtēnerent̄. Q Ultio notādū
ē exēplū de quodā puero innocēti q̄ īnocētiā
baptiſmalē ſuauit. Et legit̄ ī li. de api. ꝙ q̄
dā puer ānoꝝ quinq; de honeſtis valde pen
tibus fuit ortꝰ. q̄ p̄mo viſis fratribꝰ ordinis
minoꝝ a pentibꝰ ſuis petiuit vt ipoꝝ hitu ve
ſtiret̄. Sꝫ cū illi q̄ſi puerile dictū eſtimarent
poſtmodū aduerterūt cū diligētia q: puer ce
pit cõſuetudies ordis minoꝝ ſuare. incedere
nudis pedibꝰ ⁊ dura chorda pcīgi. argētuꝫ ⁊
aurū ſūmope vitabat attingere. ⁊ in hoc articu
lo caūs accidit rarꝰ ⁊ mirꝰ valde. Uñ negocia
tores q̄dā ad hoſpitiū pris eiꝰ venerūt: q̄ vi
dētes ī tali puero hitū talē mirati ſūt. et cū in
tellexiſſent pueꝝ oēm vitare pecuniā ꝟniū nū
mū ī ꝓfundū vaſis q̄ bibebāt latēter iniece
rūt ⁊ cū modico vino puero poculū porrexe
rūt. q̄ vt exhauſto vino nūmū vidit exclamāſ
horrifice vas ꝓiecit: tētiſq; ī celū oclīs ⁊ ma
nibꝰ dixit. tu noſti deꝰ oīps ꝙ inſciꝰ meū or
dinē violaui. Hic tremebūdꝰ expalluit et q̄ſi
ad mortē tēdēs nigredo faciē eiꝰ occupauit.
qꝺ vidēs pr̄ eiꝰ expauit: ⁊ currēs ꝓ ſacerdo
te adduxit eū. q̄ puero abſoluto manū impo
nēſ eū a dolore ⁊ pena mitigauit. ī platea pu
er ſedēs pueros vicinoꝝ diebꝰ ſolēnibꝰ con
uocabat vt eos ſi diſtorti eēnt ī moribꝰ. ſi ſu
perbi. ſi ornatꝭ veſtibꝰ icederēt argueret. hõis
ꝟo pueris celoꝝ gliam ꝓmittebat. Jnterdū
eos docebat orõnē dñicā. ſ. pr̄ nr̄. ⁊ q̄ꝫ bonuꝫ
eēt mr̄i xp̄i ī āgelica ſalutatõe ⁊ genuflexio
nibꝰ ſuire. ad has pueri ꝯuocatões ⁊ exhor
tatões ſenes ipi cū minoribꝰ ꝯcurrebāt: ⁊ mi
ro mõ delectabātur ī prudētia et riſis eius.
Patrē ꝓpriū iurātē vl̄ leuē ī geſtibꝰ vl̄ ebrio
ſuꝫ ſi q̄ñ videbat ei cõpatiēdo ⁊ q̄ſi cū lachry
mis arguebat dicēs. pr̄ kariſſime nūq̄d pſbyt̄ no
ſter ī ecclia dic̄ ꝙ q̄ talia agūt regnū dei non
poſſidebūt. Matrē q̄q; q̄ cū ī ſolēnitate q̄dā
optimis ſcarlatꝭ ⁊ rubicūdis veſtibꝰ vteretur
cū ḡui merore corripuit in ecclia corā ꝯſedē
tibꝰ dicēs digitoq; demõſtrās imaginē cru
cifixi. Jntuere mat̄ intuere: ⁊ vide dñm nr̄m
ieſuꝫ xp̄m nudū ī cruce pēdētē ſanguine ru
bricatū: ⁊ tu te in ꝯtumeliā ipiꝰ veſtibꝰ ſcar
latꝭ adornaſti. Caue mr̄ caue kariſſima ne ꝓ
rubore veſtiū penas eternaleſ incurras. Nec
mora: mater verba filij nõ modicū abhorre
ſcens veſtes tales depoſuit: et talibꝰ ampliꝰ
vti penitꝰ denegauit. Mores ꝟo et geſtꝰ ip
ſius pueri ꝑfectionē ꝟtutū ⁊ grām dei in eo
oñdebāt. Nodū puer etatē ſeptēnē impleue
rat ⁊ mortuꝰ eſt. Appropinquās ḡ morti cõ
feſſus ſacerdoti et ſacramētum corporis xp̄i
poſtulauit: ſed ſacerdos ꝓpter puerilē etatē
ſibi denegauit. Puer aūt cū mira orõnis gra

tia extēſis manibꝰ in celū dixit. Tu noſti dñe
ieſu xp̄e ꝙ ſummū deſideriū meū ē te hr̄e. pe
tiui te: feciq̄ꝫ qđ debui: ⁊ ſpero ꝯfidēterꝰ ꝙ tui
p̄ſentia nō fruſtrabor. His dict̄ꝗ pentes circū
ſedētes ⁊ flētes ꝯſolatꝰ eſt eos puer ille: ⁊ ad
meliora ꝓuocās int̄ v̄ba exhortatōis oratio
nis et laudis ſp̄m deo reddidit īpollutuꝫ. et
ſtatim hitꝰ ordis fratrū minoꝝ tunica cū aſſu
to caputio q̄ ſup eū extēſa iacebat repēte diſ
paruit: ⁊ nūq̄ poſtmodū viſa fuit. Igit̄ poſt
mortē eiꝰ cū ad ſepulcrū illiꝰ vbi ſepeliendꝰ
erat ſtātes q̄dā ex fratribꝰ iuniorbꝰ ps. ſcilꝫ.
De ꝓfundis dicere voluiſſent nullo conatu
⁊ nulla reiteratiōe hunc pſalmū dicere potu
erunt. Vñ p hoc dabat̄ intelligi illā ſanctaꝫ
aīam nullis orōnibꝰ indigere. Parētes vero
poſt mortē pueri intrīn exēplo filij ꝓfecerunt
vt oīa oblectamēta ſeculi deſerentes pat̄ or
dinē p̄dicatoꝝ: mr̄ aūt ciſterſienſiū ordinem
eiſdem tp̄ibꝰ intrauerūt: ⁊ dō felicit̄ ſeruierūt.

¶ In epiphania dñi. Sermo. xxi.

## Ecce magi venerūt ab ori

ente hieroſolimaꝫ dicētes. Vbi ē
q̄ natꝰ eſt rex iudeorū? Math. ij.
Hodierna diei feſtiuitas magna
eſt. Vñ merito dr̄ apparitio. Vñ canit̄ Dies ſā
ctificatꝰ illuxit nobis venite gētes ⁊ adora⸗
te deū. Et in ſignuꝫ huiꝰ dr̄ in v̄bis p̄miſſis.
Ecce magi ab oriente venerūt ⁊c̄. Conſuetu⸗
do eſt ꝙ quādo aliq̄s rex vadit ſibi accipere
regnū tunc veniūt milites curie ſue: vt d̄ ſua
ſolēnitate ip̄i regi cōgaudeāt ⁊ gratias deo
referāt. Veniūt et populares vt eoꝝ dñꝫ reco
gnoſcāt. Veniūt tādem p̄ncipes et barones
vt ei munera deferant: et fidelitatē faciant.
Xp̄s hꝫ duo regna ſcꝫ celeſte et terreſtre. re⸗
gnū celeſte pacifice obtinebat: regnū aūt ter
reſtre dyabolꝰ vſurpauerat. Et ideo xp̄s vēit
in mūdū vt dyabolū de regno ſuo eijceret: et
ipſe regnū ſuū recuparet. vnde Iohā. xij. dr̄.
Nūc iudiciū eſt mūdi. Venerunt igit̄ p̄io ip
ſum viſitātes milites ſue curie celeſtis d̄ ſua
ſublimatione in regnū grās deo referentes
et dicētes. Glia in altiſſimis deo. Venerunt
populares. ſ. paſtores: ⁊ ip̄m dñm recogno⸗
ſcētes viſitauerūt: ⁊ ſilr̄ de ſua ſublimitate
deo gratiaſ egerūt. vñ dr̄ Reuerſi ſunt paſto
res glorificātes deū. Hodie venerūt p̄ncipes
et barones vt fidelitatē ſibi facerent. ⁊ ideo
ꝓcidētes adorauerūt eū. et apertis theſauris
ſuis obtulerūt ei munera. Vñ in p̄nti ſermo
ne tria ſunt dicēda. P̄io de ſapiā illoꝝ triuꝫ
regū. Sc̄do de eoꝝ inq̄ſitōe ⁊ oblatōe. Tertō
quare paupes reuerētiꝰ cōiter ſe hn̄t ad deū
q̄ diuites. ℞ Quantū ad p̄mū notāduꝫ
ꝙ iſti tres reges cōmēdātur in ſapie magni
tudie. g̃ dicūtur magi. i. ſapiētes q2 in ſydere
xp̄m cognouerūt quē iudei a lege et ꝓphet̄ e⸗
docti agnoſcere ꝯtēpſerūt. Nā ex hoc cōfun⸗
dit̄ pigritia et infidelitas et malicia iudeo⸗
rū. Nā magi vni ꝓphete crediderūt. iudei v̄o
pluribꝰ credere noluerūt. Illi q̄ſierūt regem
alienū. iſti v̄o nō q̄ſierūt ꝓpriū. Illi venerūt
ex longinq̄: iſti v̄o nō venerunt ex ꝓpinquo.
Hec Remigiꝰ. Vñ Grego. in omel̄. hodierna
Oīa elemēta auctorē ſuū veniſſe teſtata ſūt
vt de his quodāmō vſu hūano loquar. Celi
hūc cognouerūt q2 ꝓtinꝰ ſtellā miſerūt. Ma
re cognouit: q2 ſe calcabile ſub plātis eiꝰ pre
buit. Terra cognouit: q2 eo moriēte cōtremu
it. Sol cognouit: q2 lucis ſue radiū in morte
ip̄ius abſcondit. Saxa cognouerūt: q2 tēpo⸗
re mortis ſue ſciſſa ſunt. Infernꝰ cognouit:
q2 q̄s captiuos tenebat reddidit. Iudeorum
v̄o corda ſaxis duriora eū ꝯfiteri nolūt queꝫ
elemēta teſtātur. Sciēdū ꝙ nos xp̄iani exē⸗
plo illoꝝ triū regū debemꝰ deū in v̄a fide v̄a
citer cognoſcere. Unde Hiero. Abſq̄ꝫ noticia
creatoris oīs hō pccꝰ eſt. S Pro q̄ ſcien
dū ꝙ illi xp̄iani nō in v̄a fide cognoſcūt deū
q̄ fatū tenēt. q̄ fundant ſe ſup cōſtellatōnes
planetarū. q̄s btūs Greg. in omel̄. hodierna
reprobat et probat eē hereticos et puſillani⸗
mes qui dicunt fatū ſeu conſtellatōes ſub q̄
bus naſcūtur hoīes regere et dirigere quēli⸗
bet ad officia peragēda q̄ eis influunt. vt po⸗
te q̄ ſub libra cāpſores efficiāt̄. ſub aquario
piſcatores. ⁊ ſic de alijs. Et ibi btūs Grego.
ponit reprobationis huiꝰ euidens exemplū.
ꝙ multe ſunt terre q̄ cāpſores nō habēt. Aq̄
q̄ piſcatores neſciūt. vt getulia. et tñ ibi ſūt
et oriūtur ꝯſtellatiōes recte ſicut alijs locis.
Et ſubdit. b. Greg. Abſit inq̄t a fidelibus vt
eē aliq̄d fatū dicāt. vitā em̄ hoīm ſolus hanc
cōditor q̄ creauit adminiſtrat. nō em̄ ꝓpter
ſtellas hō: ſ3 ſtelle ꝓpt̄ hoīes facte ſunt. Hec
ille. Si q̄s em̄ nō furaret̄ nō ſuſpēderet̄: ⁊ ſic
eſt etiā de alijs. Contra tales q̄ dicunt ſua
vicia aut virtutes ſe hr̄e cōſtellationibꝰ. Cri
ſo. ſup Math. arguit ⁊ improbat hoc modo.
Primo ſi aliq̄s adulter vl̄ homicida fieret p
ſtellā magna eēt iniq̄tas ſtellarū. nā cū p̄ſciꝰ
futuroꝝ ſit deꝰ ex quo tanta iniq̄tas per ſtel⸗
las fit. ſi noluerit emēdare nō eēt bonꝰ. ſi au
tē voluerit ⁊ nō poterit non eſſet oīpotēs: ſ3



impotēs: q̄ ambo manifeſte ſūt ꝯ fidē xp̄ia⸗
nam. P̄io ex eo q2 deꝰ eſt ſumme bonꝰ. ps.
Cōfitemini dño q̄m bonꝰ. vñ etiā Ariſto. xi.
meth. Deꝰ ē optimū ⁊ ſempiternū. Itē ſc̄do
ex fide ⁊ ſacra ſcriptura habemꝰ ꝙ deus eſt
omp̄s. ps. Oīa q̄cūq̄ꝫ voluit deꝰ fecit in celo
⁊ in terra. Vñ dicimꝰ in ſymbolo fidei catho
lice. Credo in deū p̄rem oīpotentē. Sc̄do ſic
improbat. ſi ſtelle h̄ faciūt ꝙ ſumꝰ boni aut
mali: nec bonū nr̄m laudādū eſt: q2 in nobis
nō eſt volūtariꝰ actus. vñ Hugo de ſc̄tō vic.
Nemo inuitꝰ bñ agit: etiā ſi bonū ē qđ agat.
vñ dr̄ in decre. Nullū bonū niſi volūtariū. xx
q. iij. Preſens. ⁊ xxiij. q. v. Ad fidē. ⁊. q. vi. ca
pl̄i. i. Vñ etiā Ariſto. v. ethi. Sine volūtate
nō pōt q̄s bonū opari. Itē nec malū noſtruꝫ
vituperādū ē: q2 in nobis nō eſt volūtarius
actus. vt q̄d em̄ mali mei penā ſuſciperē qđ
nō volūtate ſ3 neceſſitate cōmiſi. vñ Bern. ꝯ
hoc loq̄tur in q̄dā ſmone dicens. Quid odit
aut q̄d punit deꝰ p̄ter ꝓpriā voluntatē. Ceſ⸗
ſet ei ꝓp̄a voluntas ⁊ infernꝰ nō erit. In q̄d
em̄ ille ignis deſeruiet niſi ī ꝓpriā volūtatē.
Tertio hāc inſipientiā ⁊ errorē deſtruūt mā
data dei q̄ data ſunt hoībꝰ ne peccēt. Itē ſilr̄
ps. ⁊ ſacre ſcripture q̄ exhortant̄ hoīes vt fa
ciant bonū. hanc inſipientiā ⁊ hūc errorē de
ſtruūt. Quis em̄ ꝓhiberet aliquē ne faceret
malū qđ non poſſet declinare. aut ꝙ faceret
bonū ad qđ nō poſſet puenire: mō in p̄ceptiſ
p̄cipitur. Nō mechaberis. Nō furtuꝫ facies
Non aſſumes nomē dei inuanū. Nec iurādo
nec blaſphemādo: ⁊ ſic de alijs p̄cept̄ꝗ. Mo⸗
do ſi dicis ꝙ deꝰ p̄cepit tibi qđ nō potes im
plere: tūc tu mētiris: ⁊ incurris maledictōeꝫ
dei. Ber. Maledictus q̄ dicit deū p̄cepiſſe
impoſſibile. Itē xp̄s dic̄ Math. xi. Iugū em̄
meū ſuaue eſt ⁊ onus meū leue. Quarto im⸗
probat̄: q2 p hoc tolleretur liberum arbitriū
qđ tñ neceſſariū eſt in nobis cū quo nos de⸗
us priuilegiauit: q2 ante hoīem ſunt ignis ⁊
aqua: ⁊ ad quodcū q̄ꝫ voluerit porriget ma⸗
nū. Sciendū ꝙ Augu. d. ꝙ bñ noſtra aīalis
ſenſualitas inclinatur plus ad vnū vicium
in vna cōſtellatiōe q̄ꝫ in alia. ⁊ ſic etiā intel⸗
ligitur de virtutibus. vtpote natus ſub ve⸗
nere ad luxuriā. ſub Marte ad bellū ſub vir
gine ad caſtitatem. vñ Ariſto. iij. ethi. In de
ſiderijs naturalibus pauci peccant. Item te
ſte Ptholomeo. Sapiens dñabitur aſtris.
Et Aug. in regula ſua ad frēs in heremo di⸗
cit. Qm̄ diabolus ſcrutatur nos pronos ad vi
cia per tales noſtras naturales inclinatōes
per ea vicia nos ſolet ſepius tēptare ad que
nos ſentit magis īclinatos fore. vnde Gen̄
iij. dixit deꝰ ad Cayn iratū volentē fratrē ſu
um occidere. ſubtus te erit appetitus tuꝰ et
tu dñaberis eiꝰ. Nō em̄ cōſtellatiōes regere
p̄nt noſtras volūtates. ergo peccāt q̄ tenent
fatū ⁊ dicunt ꝙ de neceſſitate oportuit eos
hoc malū facere: q2 deus voluit ⁊ ordinauit
ſic fieri. ⁊ ſic retorquent culpas ſuas in deū
q̄ eſt innocēs. vñ Amb. Malū ē peccare: pe⸗
ius eſt in pct̄is ꝑſeuerare: peſſimū ⁊ ꝑnicio⸗
ſuꝫ ē ſe defendēdo in deū culpā ſuā refūdere
T Quantuꝫ ad ſc̄dm. ſ. quō iſti tres reges
cōmendant̄ ex feruore inq̄ſitionis ⁊ oblatio
nis. nam ſtatim viſa ſtella iter arripuerūt: ⁊
ieſuꝫ puerū diligenter inq̄ſierunt cū dixerūt.
Vbi eſt q̄ natꝰ eſt rex iudeoꝝ. vidimꝰ em̄ ſtel
lam eiꝰ in oriēte ⁊ venimꝰ adorare eū. Unde
ſciendum ꝙ ſicut hr̄ in lōga legēda colonie.
Iſti tres reges fuerūt ſectatores ꝓphete Ba
laam: q̄ ꝓphetauit vt hr̄ Nume. xxiij. Orie̅t
ſtella ex iacob ⁊ v̄go pariet ſaluatorē. De quo
etiā dicit Criſo. ſup Math. ꝙ q̄dā ppl̄i ele⸗
gerūt duodecim ex eis: ita vt vno decedente
aliꝰ in locū eiꝰ ſubrogaret̄. Qui aſcēdētes ſu
per mōtē excelſum illo tp̄e orauerūt ad deū
vt oñderet eis ſtellā quā balaā p̄dixerat. Ad
ueniente aūt tp̄e natiuitat̄ꝗ xp̄i in ipſa hora
noctis medie apparuit ſup ipſos in aere ſtella
ꝑfulgida ⁊ pulcherrima. In cuius ſummita
te erat imago pueri puuli ſecū ferētis imagi
nē crucis. Ex cuiꝰ aſpectu valde fuerūt gaui
ſi: eo ꝙ ſuis tp̄ibꝰ meruerūt illud videre. Et
vox audita eſt. Ite in iudeā ⁊ regē quē q̄rit̄ꝗ
natū inuenietiſ. Tūc ſtatī iſti tres reges Caſ
ſpar Balthaſar ⁊ Melchior cū ſuis iter arri
puerūt ⁊ hieroſolimā venerūt. ¶ Queri
tur q̄re hieroſolimā venerūt: cū tñ ibi natus
nō fuit rex quē q̄ſierūt. Rñdet̄ ſm̄ Remigiū
ꝙ magi tp̄s natiuitat̄ꝗ xp̄i in ſtella cognoue⸗
rūt: ſ3 natiuitat̄ꝗ locū ignorauerūt. Cū autem
hieruſalē erat ciuitas regalis ⁊ ciuitas obla
tionis ⁊ ſacrificij: opinati ſunt ꝙ tā egregiꝰ
puer q̄ erat rex iudeoꝝ: cui ⁊ ipſi munera of⸗
ferre volebāt ſolū in ciuitate regali ⁊ oblatō
ne congrua naſci deberet. Sꝫ diceres. Quo⸗
modo in tredeciꝫ diebus hieroſolimā ab ori
ente venire potuerūt: cū tñ hieruſalem eſt in
medio terre. Reſpōdeo ſm̄ Remigiū ꝙ pu⸗
er qui tunc natus eſt in tam breui ſpacio de
vltimis finibus terre ad ſe magos perduce
re potuit. Unde ſm̄ Hieronimū. Iſti tres re
ges venerūt in dromedarijs: qui ſunt anima

lia velociſſimi curſus q̄ tantū vno die currūt
quantū equus valid⁹ in trib⁹ diebus poſſet
currere. Sꝫ in p̄dicta legēda hr̄ ꝙ lux ibi cō⸗
tinue lucebat. vbi eq̄tabāt: nec ipſi nec iumē
ta eſuriebāt: nec comedebāt: ſ; die noctuqꝫ eq̄
tabant. Et notandū ꝙ magis hieroſolimā i⸗
trātib⁹ ipſa ſtella diſparuit: qd̓ diuina diſpo
ſitiōe factū eſt vt ſic de loco natiuitatꝭ iterro
gare cogerent̄ ⁊ ſic certificarent̄ nō ſolū per
ſtellā: ſ; etiā p ꝓphetie dictū. Uñ cū veniſſēt
hieroſolimā ſtatim acceſſerūt ad herodē di⸗
cētes. Ubi eſt. i. in q̄ ciuitate vl' in q̄ loco ē q̄
nat⁹ eſt rex iudeoꝝ. i. q̄ dꝫ eē rex iudeoꝝ. No⸗
ta xp̄s nat⁹ ſpālr̄ dict⁹ eſt rex iudeoꝝ. q̄ꝫq̄ꝫ
ſit rex celi ⁊ terre ⁊ dn̄s angeloꝝ ⁊ hoīm tri⸗
plici rōne. Primo iō qꝛ fuit ſpālr̄ iudeis ꝓmiſ
ſus ſm̄ illud Malach. vlti. Uobis timētib⁹
nomē meū orief ſol iuſticie. Scd̓o qꝛ ipē p̄n
cipalr̄ miſſus ē eis ſicut ipē ſaluator p ſeipꝫ
teſtat̄ in euāge. Math. xv. Nō ſum miſſus
niſi ad oues q̄ ꝑierūt dom⁹ iſrael. Tertio qꝛ
cū eis nutritus ⁊ cōuerſat⁹ eſt. ſ. in nazareth
vt hr̄ Lu. iiij. Si aliq̄s ipſis magis dixiſſet.
vñ ſcitis regē iudeoꝝ natū. dixiſſēt. Nos exi
ſtentes in oriēte vidimus ſtellā eius. Unde
⁊ Fulgēti⁹. Puer nat⁹ nouā ſtellā fabricauit
Uñ btūs Aug. in ſermone hui⁹ feſti. Ipē no
uā ſtellā creauit natus: qui antiquū ſoleꝫ ob
ſcurauit occiſus. Sciendū ꝙ ſtella q̄ appa⸗
ruit in trib⁹ diſtabat ab alijs ſtellis. Primo
in ſitu: qꝛ nō i celo ſita erat: ſ; in aere ꝓpe ter
ram. Scd̓o in lumīe. qꝛ tāte claritatis fuit ꝙ
de die ⁊ nocte ſplēduit ſic ꝙ ſol nō potuit p̄
occupare ſplēdorē eius. Tertio in creatione.
qꝛ alie ſtelle in p̄ncipio vniuerſi ſunt create.
iſta vero naſcēte xp̄o apparuit. ⁊ cōpleto cur
ſu ſuo redijt in materiā p̄exiſtentē. Tñ q̄daꝫ
dicūt illam ſtellā angelū fuiſſe q̄ paſtoribus
nūciauit natiuitatē xp̄i. Sꝫ ſciendū ꝙ Criſ.
hic q̄rit. Nunq̄d ſciebāt magi ꝙ in hieruſa⸗
lem regnabat herodes. nunq̄d nō intellige⸗
bant magi legꝭ iuſticiā ⁊ p̄ſcriptionē: vt q̄cū
qꝫ viuēte rege aliū regē p̄nunciaret aut ado⸗
raret ꝙ q̄ſi tyrannus puniret̄ in ſanguine.
Et r̄ndet Criſo. Xp̄s firmauerat quos attra⸗
hebat: ⁊ iō nō timebant. qꝛ dū conſiderabāt
regē futurū nō timebāt p̄ñtem. nā ſi de mor⸗
te timuiſſent: nunq̄ ad herodem auſi venire
fuiſſent. ⁊ cū adhuc nō viderāt xp̄m: parati tñ
erant mori p xp̄o. Herodes aūt rex audiens
hoc turbatus eſt valde: ex eo ꝙ fuit alienige
na timens ne regno ad iudeos reuoluto ipſe
cū oī ſemine ſuo expelleret̄ a regno. Et ideo
ſm̄ Criſo. Herodes libros in q̄bus genealo⸗
gia regū iude texebatur cremauerat vt obli⸗
uioni tradi deberet regū ordo. Exeūtes autē
magi hieroſolimā: ecce ſtella quā viderāt in
oriente antecedebat eos vſqꝫ dum veniens
ſtaret ſup̄ domū ⁊ locū vbi erat puer. Legit̄
eñi in legenda p̄dicta ꝙ reges poſtq̄ exierūt
de hieruſalē videntes ſtellā gauiſi ſunt gau
dio magno valde: ⁊ ad paſtores venerunt: q̄
paſtores claritatē ſtelle videntes occurrerūt
⁊ interrogauerūt q̄dnam hoc eſſet. Audien⸗
tes ꝙ puerū natū q̄rerent: dixerūt eis paſto
res q̄liter angelus apparuit eis in nocte na⸗
tiuitatꝭ xp̄i cū magna claritate dicēs. Annū
cio vobis gaudiū magnū qd̓ erit oī pp̄lo: qꝛ
hodie nat⁹ eſt ſaluator q̄ dr̄ xp̄us in ciuitate
dauid. ⁊ quō in ciuitate īgreſſi īuenerūt pue
rū iacentē in p̄ſepio ⁊ pānis inuolutuꝫ. His
auditis tres reges gauiſi ſunt valde. Et ecce
ſtella antecedebat eos vſqꝫ dū veniens ſta⸗
ret ſupra domū vbi erat puer. Et intrantes
domū. i. diuerſoriū vbi puer nat⁹ erat: inue⸗
nerūt puerū aſpectu pulchrū pānis vilibus
inuolutū. Si ḡ magi regē terrenū q̄rere vēiſ
ſent magꝭ fuiſſent ꝯfuſi q̄ gauiſi: qꝛ tāti iti⸗
neris laborē ſine cā ſuſcepiſſent. Nūc aūt ce⸗
leſtē regē q̄rebāt: ⁊ ſic nihil regale videbāt in
eo ſoli⁹ tñ ſtelle teſtificatiōe ꝯtēti gaudebāt
oculis coꝝ ꝯtentibilē puerū. ſ. in bonis tēpo
ralibus ꝯſpicere. qꝛ ſpūſictūs in cordib⁹ coꝝ
terribileꝫ eū monſtrabat: quē puerū inuene
runt cū maria matre ei⁹. vñ Criſo. Nō diade
mate coronatū aut in lecto aureo recūbentē
ſed vix vnā tunicā hñtem nō ad ornamentū
corporis: ſ; ad tegumentū nuditatꝭ. q̄lem habe
re poterat vxor carpētarij pegre ꝯſtituta. Diſ
poſitione aūt diuina factū eſt vt dicit Raba
nus ꝙ tunc Joſeph aberat. ne aliqua male
ſuperſtitionis eo p̄ñte gentibus daretur oc⸗
caſio. Item inuenerūt puerū cum maria ma
tre eius: qꝛ dum virgo beata magnū videret
ante diuerſoriū comitatū recepit puerū ſuū
de preſepio in gremiū ſuū ⁊ in virginea bra
chia ſua: vt ſic ipſa ſe pueri matrem oñderet
eſſe. Unde Criſo. Magi viſo puero lumine
vere fidei illuminati crediderūt eum mundi
eſſe ſaluatorem: ac eundē quē tāta ſollicitu⸗
dine q̄ſierūt: ⁊ quē ſtella annūciauerat. Nec
ab hac fide matris paupertas nec pueri im
becillitas retraxerat. Ideo dicit euangeliuꝫ.
Procidentes: ſcꝫ ſup terram ⁊ ſup facies ſu
as adorauerūt cū adoratiōe latrie vt verum
deū. Ubi dicit gloſa. Hoiem viderunt ⁊ deū
eſſe crediderūt et cognouerūt: et iō adoraue⸗
runt ſic vt q̄lꝫ eoꝝ depoſita corona ſua flexis
genib⁹ ⁊ capite in terra demiſſo cum magna
cordis deuotione ⁊ oris ꝓlata ōrone ipꝫ vna
nimiter laudauerūt: et mūdi ſaluatorē eum
eē dixerūt. ⁊ de bñficio ꝙ ſtella eos ad ipſuꝫ
ꝑduxerat gr̄as egerūt. Hec glo. Ac demū ap
tis theſauris ſuis obtulerūt ei mūera. Aurū
Th⁹ et Mirrhā. Remigi⁹. Unuſquiſqꝫ tñ h̄
tria mūera obtulit: vt vnuſq̄ſqꝫ eum cū ſuis
munerib⁹ verū deū et hominē mortaleꝫ pre⸗
dicaret. Uñ Bern̄. ꝙ magi obtulerunt auruꝫ
hoc fuit ad pauperis pueri cū matre ſuſten⸗
tationē. Th⁹ ꝓpter ſtabuli fetorē. Mirrhā
ꝓpter mēbroruꝫ debiliū pueri ꝯfortationē.
Legit̄ eñi in legēda p̄dicta ꝙ poſt oblationē
puero factā iſti tres reges ceperūt eſurire: et
etiā familia ⁊ iumēta coꝝ tūc comederunt ⁊
dormierūt. Et tūc r̄nſo accepto in ſomnis ne
redirēt ad herodē p aliā viā reuerſi ſunt i re⸗
gionē ſuā. Poſtq̄ aūt reuerſi fuerunt in regi
onē ſuā ⁊ ꝓpria attigerūt māſerūt ī fide ma
gis deū q̄ꝫ añ colētes: ⁊ qd̓ viderūt alijs p̄di
cauerūt: ⁊ multos erudierūt ⁊ ad fidem xp̄tū
in eis fuit diſpoſuerūt. Deīde cū btūs Tho.
ap̄ls veniſſet ad illā ꝓuinciā ab eo baptiza⸗
ti ſunt: et cū eo facti ſunt adiutores ⁊ p̄dica⸗
tores xp̄i. Itē habet̄ in legēda ꝙ poſt receſſū
regū tumult⁹ pp̄li fact⁹ eſt ad mariā et pueꝝ
ei⁹ ꝓpter miraculū. Et maria timēs occaſio⸗
nē pueri latēter ad domū cuiuſdā pauperis
ꝯfugit q̄ eā cū puero occulte in cellario rece⸗
pit: vbi maria ſup lapidē ſedit ⁊ puerū lacta
uit: et cecidit lac ſup lapidē. qd̓ vſqꝫ hodie ī⸗
q̄ꝫtum plus tāgitur: intantū clari⁹ et candi⸗
di⁹ efficit̄. et vſqꝫ hodie q̄ñqꝫ oſtenditur pro
reliquijs. Maria etiā camiſiā et pannos ali
quos ſimul inuoluit: quoꝝ et oblita eſt in di
uerſorio. ⁊ tādiu ibi permāſerunt vſqꝫ ad tē⸗
pus helene ſine veneratiōe: qꝛ loc⁹ vbi xp̄us
nat⁹ eſt abominabilis a iudeis habit⁹ ē: vt
nullū hoīeꝫ neqꝫ bruta aīalia intrare ꝑmitte
rēt ſ; obſtruxerāt locū cū lapidib⁹. Sꝫ helena
poſtmodū illuc veniēs locū apuit: et illa īue
nit. Silr̄ ⁊ fenū ī p̄ſepe in quo xp̄s iacuit ſe
cū detulit: qd̓ fenū adhuc in roma habet̄. Et
hoc q̄ꝫtū ad ſecūdam p̄tem iſtius ſermonis.
℞ Quantū ad tertium ſciendū ꝙ iſti tres
reges docēt nos humiliari corā xp̄o. Nā ipſi
ꝓcidētes in facies ſuaſ adorauerāt cū hūili
ter ⁊ deuote. Uñ Hēric⁹ de haſſia ſup Ben̄.
q̄rit q̄re paupes ⁊ p̄ui ſtat⁹ hoīes reuerētius
ſe hr̄e ſolēt ad deū. vtpote orare flexiſ genib⁹
ꝓſtratis corpibus: eleuatis manib⁹: ꝑcuſſis
pectorib⁹. Alij aūt magni et diuites nō ſic: ſ;
ſtātes orāt: et erectis ceruicib⁹. Ad hoc r̄ndet
Henric⁹ de haſſia dicēs ꝙ ꝓpter quiqꝫ cau⸗
ſas. Pria cauſa eſt ſupbia: qꝛ ꝓſperitas ⁊ fe
licitas tpaliū ceruicē erigit ſupbire faciēs ⁊
hūiliari erubeſcēs. Augu. Difficile ē ꝙ nō ſit
ſupbus q̄ diues eſt: tolle ſupbiā ⁊ diuitie nō
nocebūt. Sꝫ paupes vt in plurimū ſunt hu⸗
miles. Greg. Pauptas mentib⁹ bonis eē ſo⸗
let cuſtos humilitatis. Secūda cauſa ne ge⸗
nibus terrā tāgētes veſtimēta precioſa ma⸗
culent q̄b⁹ induunt̄. et ſic p̄ponūt dilectionē
veſtiū ne maculētur honori quē exhibere de
berent creatori ſuo q̄ nō pepcit filio ſuo vni
genito: ſed ꝓ nobis oībus tradidit illū. Ter
tia cauſa eſt ne nimis fatigēt corpora deli⸗
cata que gerūt. Nā delicate nutrierūt ſeruuꝫ
apl̄s. Ro. viij. Quis nos ſeparabit a charita
te chꝛiſti: tribulatio an anguſtia ⁊c̄. Si enim
carnalis amoꝛ tribulationes ⁊ doloꝛes alle-
uiat quos q̄s ſuſtinet pꝛo dilecto multo am



plius amoꝛ dei. Un̄ Aug. Que dura ſunt la-
boꝛantib⁹ leuia ſunt amantib⁹. Et ex hoc ſen
ſu dr̄ Mat. xi. Tollite iugũ meũ ſup vos ⁊c̄.
Et ſubiũgit. Jugũ em̄ meũ ſuaue eſt ⁊c̄. Hic
Joh. dicit. Mandata dei grauia nõ ſunt. De
quo Ber. Libet admirari ꝙ leue ſit iugũ dn̄i
qđ nõ ſolũ nõ onerat: ſʒ ⁊ poꝛtat. Quintuʒ ſi
gnũ eſt ſi libenter munuſcula dirigit dilecto
ſuo ⁊ h̄ ſit cũ elemoſine tribuunt pauperib⁹.
Mat. xxv. Qđ vni ex minimis meis ⁊c̄. ℭ
Circa quartũ ſciẽdũ ꝙ amoꝛ dei caret ſeptu-
plici timoꝛe ſollicitudine ⁊ defectu quē habʒ
amoꝛ carnalis. Pꝛio q̄ diligit deũ ſemp pōt
eũ hr̄e p̄ntem. p̄s. Si aſcẽdero in celũ tu illic
es: ſi deſcendero in infernũ ades ⁊c̄. Sec⁹ eſt
de amoꝛe carnali. Scđo ꝙ non dubito ſi ego
eũ diligo ip̄e me diliget: ⁊ mlto pl⁹ q̃ ego eũ
Jp̄e em̄ dicit Pꝛouerb. viij. Ego diligentes
me diligo. Secus eſt de carnali amoꝛe. Ter-
tio ꝙ certus ſum ip̄m nõ ignoꝛare ꝙ eũ dili
go: q̃rum etiaʒ ⁊ cũ quo affectu. Et ſic nõ oʒ
me ſollicitari nec verecũdari quō ei exponaʒ
hoc ꝙ ego diligã eũ: nec etiã timere ꝙ ip̄e h̄
ſiniſtre accipiat qđ carnalis amoꝛ non habʒ
Quarto ꝙ nõ doleo ꝙ ali⁹ ſecũ loquit: et ꝓ
ei⁹ amicitia laboꝛat. imo vellē ꝙ om̄s hoĩes
hoc facerēt. Scio em̄ ꝙ ꝑ hoc nihil mihi dee
rit: ſʒ magis accreſcit. Nõ em̄ mihi ſit alien⁹.
eo ꝙ alijs ſit familiaris. Hoc etiã amoꝛ car-
nalis nõ hʒ. Quinto q̃uis eũ diligã ſup om
nes: imo ſup oĩa: tn̄ non doleo nec pꝛo malo
habere poſſum ꝙ ipſe aliquē vel aliquã pl⁹
diligat q̃ me. Ratio: qꝛ ſcio ꝙ ipſe eſt iuſt⁹
et ſapiens: ⁊ oĩa iuſte facit. hoc etiã carnalis
amoꝛ nõ facit. Sexto ꝙ ipſe tãt⁹ eſt et ego tã
modicus ꝙ mihi ſufficit vt etiam int̄ extre-
mos me ponat. dũ tamē etiam ſim de nume
ro amicoꝝ ſuoꝝ. Hoc etiã carnalis amoꝛ nõ
habet. Septimo ꝙ certus ſuʒ ꝙ eius amici-
tiam perdere non poſſum: niſi ex meo vicio.
Jpſe enĩʒ in ſe immutabilis ē. ⁊ ꝙ moꝛs nec
me ei. nec ip̄m mihi auferre poteſt. Hoc etiã
carnalis amoꝛ non habet. Si igitur vultum
turbulētũ tibi exhibet: de hoc nõ doleas im-
mo de hoc poti⁹ gaudeas quia ip̄e dicit. Ego
quos amo arguo et caſtigo.

¶ Jn eadem dn̄ica. Sermo. cxx. De dilecti
one pꝛoximi.

D Iliges pꝛoximum tuũ ſi
cut teipſum. Expedito vno ſmo-
ne charitatis q̄ deo debetur nũc
dicẽdũ ē de charitate q̄ ꝓximo de

bet. Ad quã charitatē admonemur ꝑ vba p̄-
dicta. ſ. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teip̄m. Un̄ i
iſto ſmone tria ſunt dicenda. Pꝛimo q̄ ſunt
illa q̄ icitãt nos ad dilectionē ꝓximi. Scđo
quō tenemur ꝓximũ diligere. Tertio ſigna
dilectōis ꝓximi. ℭ Circa pꝛimũ ſciẽduʒ
ꝙ ꝓximũ diligere debem⁹ ꝓpter tria. Pꝛio
ꝓpt̄ attinētiã naturalē ſiue ꝓpter parētelã.
qꝛ oēs ſum⁹ fratres ex vno pr̄e ⁊ vna mr̄e. ſ.
ex adã ⁊ eua ꝓgeniti quo ad naturalē frater
nitatē. Sʒ quo ad ſpũalē fraternitateʒ om̄s
nati ſum⁹ ab vno pr̄e. ſ. deo. ⁊ ab vna matre
. ſ. eccl̄a. Et oēs habem⁹ vnũ baptiſma: vnaʒ
fidē: et vnã hereditatē in celo poſſidēdã. Un̄
Aug. Oēs fr̄es ſum⁹ ſm̄ ꝙ hoies ſum⁹ q̃to
magis ſm̄ ꝙ xp̄iani ſumus. Hinc iterꝝ dicit
aug. Uoluit de⁹ vnicũ hoiem foꝛmare in pꝛin-
cipio a quo oēs hoies ꝓcederēt: vt tãq̃ fr̄es
oēs ſe amarēt. nec ſic factũ legim⁹ in ãgelis
vel aĩalib⁹ brutꝭ. Secũdo ꝓpter ſimilitudieʒ
Eccl̄ia. xiij. Omne animal diligit ſibi ſimile.
Hoc patet. Nã oēs creature eiuſdē ſpeciei ſe
~~ciei~~ ſe mutuo diligũt. Un̄ ſi vrſus: lup⁹: leo:
⁊ ſpēs crudelioꝛa alijs aĩalib⁹ nõ exercēt ma
liciam in eis q̄ ſunt ſue ſpeciei: multomagis
homo nõ debet exercere malicia in alios ho-
mines q̄ ſunt ſue ſpēi. Un̄ ſi natura docet a-
nimalia bꝛuta ſeruare amoꝛē ⁊ mãſuetudieʒ
ad ſibi ſil̄ia: quã excuſationē hēbũt q̄ ꝑ ratio
nē quã habent talia nõ faciũt. Tertio diligē
dus ē ꝓximus ꝓpter p̄ceptum dei. Joh. xv.
Hoc eſt pꝛeceptũ meum vt diligatꝭ inuiceʒ ſi
cut dilexi vos. Unde ſciendũ ꝙ amand⁹ eſt
ꝓximus ſiue credatur bonus ſiue mal⁹. Si
enĩ credatur vel ſciatur eſſe bonus ſatis ap-
paret ꝙ amand⁹ eſt ab his q̄ deũ amãt cum
talē deus filium ſuũ reputet. Et inſup xp̄us
reputat eum ſibi attinere oĩ genere attinen-
tie. Mat. xij. Quicũq̃ facit volũtatē patris
mei qui in celis eſt ipſe meus frater ſoꝛoꝛ et
mr̄ eſt. ℬ Si aũt mal⁹ ſit ꝓximus adhuc
tn̄ diligēdus ē. ⁊ ꝓpt̄ deũ: ⁊ ꝓpter te: et pꝛo-
pter ſeip̄m. Pꝛio ꝓpt̄ deũ. qꝛ ſi deũ diligis ⁊
ei⁹ filiũ amabis dũ ſane mētis erat: ſic ꝓpt̄
deũ debes etiã amare eũ duʒ inſane mentis
factus ſit. Scũdo ꝓpter ip̄mmet ꝓximũ de-
bes amare eũ. Si enĩ fratrē tuũ amabas ſa-
num: nihilomin⁹ debes amare eũ egrotũ. Jn
tali em̄ ſtatu magis indiget amoꝛe tuo q̃ in
alio. Tertio ꝓpter teip̄m debes eum amare.
Magis em̄ amando eũ lucraris euʒ tibi no
cet q̃ ſi tibi bn̄ficus eſſʒ. Nã ex hoc efficimur
filij dei. Unde Mat. v. Diligite inimicos ve-

ſtros bñfacite his q̄ oderūt vos et orate pro
perſequētibus ⁊ calūniantibus vos: vt ſitis
filij patris veſtri q̄ in celis eſt ⁊c̄. ℭ Cir
ca ſecūdū ſciēdū ꝙ xp̄iani debēt ſeinuicē di⸗
ligere ſicut mēbra eiuſdē corpis. Hec autem
mēbroꝝ dilectio inter ſe q̄ntuplex eſt ad quā
q̄lꝫ tenet̄. Pr̄ia ꝓprietas mēbroꝝ eſt ꝙ nul⸗
lū mēbrū etſi ſit magiſ nobile deſpicit aliud
minus nobile: vt oculi ⁊ caput nō deſpiciunt
pedes. Sic ēt in celo nec archāgel᷒ deſpicit
angelū: nec btā virgo maria petrū vel alium
nec ſol lunā: vl' mercuriū ſibi inferiores. Nul
lus tā pulchros hꝫ oculos q̄ videre deſpiciat
pedes ſuos etiā in luto ābulātes. Sic nec q̄ſ
ꝙ ſuperior: nobilior: potētior: vel ditior: ī ec
cleſia deſpiciat īferiorē: ſ; poti᷒ honoret. De᷒
enī nō fecit hoīes ex diuerſis materijs. ſ; ho⸗
minē formauit de limo terre. Vn̄ rex ⁊ mēdi
cus de vna materia ſunt. Silr dn̄s et ſuus.
ancilla ⁊ dn̄a. deformis et pulcher. diues et
pauper. miles ⁊ ruſtic᷒. p̄lat᷒ et ſubdit᷒. ipa⸗
tor ⁊ leproſus: ⁊ ſic de alijs. Ideo inferiores
nō ſunt cōtēnendi. vn̄ Malach. ij. Nūq̄d nō
de᷒ vnus creauit nos. Quare ergo vnuſq̄ſq;
nr̄m deſpicit fratrē ſuū ⁊c̄. Et ħ deſpiciēdi n̄
ſunt inferiores: ſ; poti᷒ honorādi. q2 ſepe ī cō
ſpectu dei ſunt reges ⁊ p̄ncipes q̄ ħ apud ho
mines ſunt ruſtici vel paupes et deſpecti. et
ſunt futuri ſocij angeloꝝ in celo. Ideo inferi
ores nō ſunt cōtēnendi. q2 q̄ inferiores ſunt
corā hoīb᷒: ſepe ſunt corā deo ſupiores. Vn̄
de apl's. i. Coꝛ. xij. Que putam᷒ ignobiliora
eē corpis mēbra: his abūdātiorē honorē cir⸗
cūdamus. Meli᷒ enī veſtim᷒ pedes q̄ ocu⸗
los ꝙ os: ꝙ naſuꝫ: ꝙ faciē. Ita dn̄s q̄nq; in
celo melius honorat inferiores q̄ ſupiores.
Et ſic erūt nouiſſimi primi ⁊ p̄mi nouiſſimi.
Q2 qui hic hn̄t honores: dignitates: et diui⸗
tias: pre ceteris q̄nq; erunt poſteriores. ℌ
Scd̄a ꝓpetas ē ꝙ quodlꝫ mēbrū alij non in
uidet: ſed ex corde ſibi cōgaudet ⁊ condolet.
nō īuidet etiā ſi hēat idē officiū quod aliud
hꝫ. Nō enī inuidet ocul᷒ oculo. Vel etiā ſi ha⸗
beat indignius officiū: nō inuidet pes ī pul⸗
uere et luto ābulans capiti vel oculo quē nū
q̄ tangit puluis et multo eo pulchrior eſt. i⸗
mo potius vellet ip̄m adhuc eſſe multo pul⸗
chriorē. Non inuidet pes cordi: q2 eſt ſapien
tius. Non cerebro: q2 eſt meli᷒ cuſtoditū vel
locatū alti᷒. Non ori: q2 iſti datur vinū. cū ſi
bi dat̄ aq̄ et huiuſmodi. Sic neq̄ꝙ debet q̄s
alteri inuidere ꝓ bono quod dn̄s ei contulit
vel q2 ditior vel nobilior vel altior vel acce⸗
ptior ſit: et huiuſmodi. Dn̄s enim ordinauit
mēbra corpis et eccl'e vt voluit. Nec oēs poſ
ſumus vnū officiū habere. i. Coꝛ. xij. Oīa mē
bra non eundem actū habēt. Nūc autē ſicut
poſuit de᷒ mēbra vnūquodq; eorū vel mai᷒
vel min᷒ in corpore ſicut voluit: ita ⁊ in eccle
ſia vniuerſas pſonas. Vn̄ et licet oculi nō la
borent vt pedes: circūſpiciūt tn̄ et preuident
ne pedes deuient vel ſe impingāt aut in fo⸗
ueā cadāt. Qđ ſi in luto cū pedib᷒ ambularēt
excecarent̄: ⁊ ita quaſi totuꝫ corpus periret.
Iđ oīmode dilige ꝓximū tuū ſicut teip̄m: et
quieſce ab inuidia. Mare diuine largitatis
inuidendo ſiccare non poteſ ſicut nec ſolē ob
ſcurare. vel celū in infernū cōmutare. Mul
to facilius totū mare in dulcedinē mellis cō
uerteres. de celo īfernū faceres: de aqua ignē
q̄ fontem diuine largitatis exiccares. Quie
ſce ergo: fruſtra laboras ⁊ aīam tuā perdis.
nihil cū īuidia ꝓficis niſi ꝙ te tribulas ⁊ bo
na que facis mortificas. i. Ioħ. iij. Qui non
diligit fratrē ſuū manet ī morte. Et ideo po⸗
tius ꝓximo cōpatere et congaude vt mēbrū
mēbro. ⁊ bonū cupias ei alioquin nō es mē⸗
brum corporis xp̄i. Quia vt dicit̄. i. Coꝛ. xij.
Siquid patitur vnuꝫ mēbrum cōpatiuntur
oīa mēbra. Quia cuꝫ pes vel oculus capitur
aliqua egritudine: totū corpus cōdolet. Ita
et nos debemus condolere fratribus ſi quid
aduerſitatis eis emerſerit: et letari ſi bn̄ eis
acciderit. Vn̄ apl'us. i. Corint. xij. Dum glori
atur vnū membrū congaudent omia mēbra.
Et ſciendum ꝙ multis ſic expedit ꝙ ſint hic
de inferioribus. Ergo fac de neceſſitate vir⸗
tutem: ⁊ de bono et gloria alteri᷒ mēbri con
gaude. Quia cum coronatur caput congau⸗
dent omnia membra. Quod et ſi tu ſimiliter
feceris: multū glorie per hoc mereberis. Nū
q̄ enim aliquis hominū tantam gloriā vel
tantū cōmodum de aliquo hic habuit null᷒
vnq̄ pater vel mater de filio. nullus de fra⸗
tre vel amico: vt tu in celo habebis de quoli⸗
bet proximo ſaluando. i. Theſſa. ij. Que enī
eſt noſtra ſpes aut gaudium aut corona glo
rie: nonne vos ante dominū noſtrum ieſum
xp̄m in aduentu eius. Vos enim eſtis gloria
noſtra et gaudiū. ℭ Tertia proprietas ē
ꝙ quodlibet membrū corporiſ alteri pro ſua
poſſibilitate ſubuenit. Membra enī ſibiip⸗
ſis q̄ habēt inuicē p̄cipāt. Nullū enim mē
bruꝫ ſibi ſoli retine aut appropriat officium
ſuū vel bonū qđ hꝫ. Oculus ſibi ſoli non vi⸗
det. man᷒ ſibi ſoli nō laborat: et huiuſmodi:



Sed man᷒ dat ori cibū q̄ ſibi dat̄: os ſtomo⸗
cho: ſtomachus epati: ⁊ epar alijs membris
Deut̄. xv. Precipio tibi vt apias manū tuaꝫ
fratri tuo egeno ⁊ paupi. Vn̄ ſic vis ꝙ de᷒ in
neceſſitate ſubueniat tibi: ſic etiā tu ꝓximo.
Hāc etiā doctrinā naturalē ſumere poſſum᷒
de arborib᷒ cui᷒ truncus bn̄ ſimat̄ ⁊ ſuccū ſibi
de terra attrahit: diuidit illū ſuccū oībus ra
mis: ⁊ ſic fruct᷒ ex hoc multiplicant̄. Si trū
cus ſuccū ſibi ſoli retineret: ⁊ ramis nō cōdi⸗
uideret: arbor ſine fructu remaneret. Sil'e ēt
videm᷒ in celeſtibus. Cū enī ſtelle ꝟtutes ſu
as a deo ſibi datas cōicant cū terra. terra nō
ſolū ſibi retinet: ſ; diuidit cū terre naſcētib᷒:
ſcꝫ arborib᷒: florib᷒: herbis: ſegetib᷒: ⁊ hmōi
terre adherētib᷒: ꝓut idigēt. q2 ſi terra q̄ ſibi
deſup dant̄ intra ſe ſibi ſoli retineret: arbo⸗
res ſegetes ⁊ hmōi fructus non ꝓduceret.
ℱ Quarta ꝓprietas eſt ꝙ mēbrū leſuꝫ ab
alio ſe non vindicat. Sic etiā dꝫ eſſe in mem
bris eccl'ie. Ro. xij. Nulli malū ꝓ malo red⸗
dentes. Si os comedit vel bibit hoc qđ poſt
modū oculos ledit. vel ſi pes cadit vn̄ caput
leditur vel vulnerat̄ nō ſe vindicāt: nec ⁊ alia
membra vindictā exercēt. Si man᷒ ſecat di⸗
gitū alteri᷒ man᷒ illa nō reſecat. Si cuꝫ pa⸗
nē incidit vulnerat: nō reuulnerat: q2 ex hoc
dolor multiplicaret̄. Vn̄ ſtultū eſt ꝙ hō vult
ſeip̄m vindicare in ſuo ꝓximo. ſi enī deo cō⸗
miſiſſes ipe te vindicaſſet aliū grauius puniē
do q̄ tu. ⁊ ꝓ illo honore ꝙ ius ſuū tibi non
vſurpaſſes te vindicando multipl'r ⁊ glorio
ſe te remuneraſſet. Deut̄. xxxij. Mea ē vltio
⁊ ego retribuā: iđ indulgēdū eſt ꝓximis pro
pter xp̄m ⁊ ꝓpt̄ ſalutē ꝓpriā. Quinta ꝓprie
tas mēbroꝝ eſt ꝙ vnū mēbrū ex multa dile⸗
ctiōe ſibi fieri reputat qđ alteri fit ſiue ſit bo
nū ſiue malū. Vn̄ ſi pes ledit̄: os dicit cur me
leſiſti. Si manui aliq̄d dat̄ os dicit: bn̄ mihi
feciſti. Sic corp᷒ cōprimit̄ os dicit cur me cō
primis: ſic etiā dꝫ eē in eccl'ia dei. Vn̄ ⁊ caput
nr̄m. i. xp̄s dic̄ Act̄. ix. Saule ſaule q̄d me ꝑ⸗
ſeq̄ris. ⁊ etiā dicet in iudicio. Mat. xxv. Qđ
vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.
Et q̄to q̄s magis ſuū reputat alienū maluꝫ
vel alienū bonū: tātđ ſanctior eſt ⁊ deo ſimi
lior. vn̄ Gre. in moral'. In tāto q̄ſq; pfectior
eſt: i q̄to pfecti᷒ ſentit dolores alienos. ℌ
Quantū ad tertiū ſciendū ꝙ tria ſunt ſigna
ꝑ q̄ poſſum᷒ hr̄e ꝯiecturā ſi habeam᷒ charita
tē ad ꝓximū. Primū eſt ſi ꝓximis nr̄is ī cor
de bonū fauem᷒ ꝯgratulātes ſincero affectu
ꝓpoꝝ bonis tāq̄ nob. Scd̄m eſt vt ſup mala
eoꝝ eis ſilī affectu cōpatiamur q̄ duo tāgit
Apl's ad Ro. xij. Gaudere cū gaudētib᷒: fle⸗
re cū flentib᷒. Tertiū ſignū eſt ſi legē natura
lem ꝓximis nr̄is ꝑ oīa tenemus. q̄ ꝯſiſtit in
duob᷒. Quoꝝ primū hr̄ Thoħ. iiij. vbi dicit̄.
Qđ tibi ab alio oderis fieri vide ne tu aliq̄n
alteri facies. Scd̄m ponitur Mat. vij. Que
cūq; vultis vt faciāt vobis hoīes: ⁊ vos faci
te illis. Hec enī duo an̄ tp̄a legis hoīes īfor⸗
mabāt quō ſe deberēt circa ſuos ꝓximos ex⸗
ercere. Vn̄ lex naturalis docet vt ꝓximo ſub
uenias ſicut tibi velles fieri: ſi in tali ſtatu ex
neceſſitate eſſes. vn̄ Hiero. in epl'a. Vult enī
de᷒ vnūquēq; alteri᷒ anguſtias vt ꝓpas ſen
tire. ⁊ quō ſibi in tali tribulatiōe ſi eēt ſubue
niri cuperet: ita ipe alteri ꝓpter deū ſubueni⸗
re nō poſtponat. Ergo q̄ nō cōpatit̄ ꝓximis
nec eis ſubuenit in ſuis neceſſitatib᷒: talis
hꝫ ſignū ꝙ nō ē ī charitate: nec in gr̄a dei. vn̄
i. Ioħ. iij. Qui habuerit ſubām hui᷒ mūdi ⁊
viderit frēm ſuū neceſſe hr̄e ⁊ clauſerit viſce
ra ſua ab eo: quō charitas dei manet in eo.
vn̄ Gre. Minus ꝓximū amare cōuincit̄ qui
nō cū eo in neceſſitate illi᷒ ea q̄ ſibi ſunt ne⸗
ceſſaria impt̄it̄. Vn̄ legim᷒ exēplū de fideli⸗
tate amicoꝝ. Petr᷒ alfunti᷒ dicit ꝙ erāt duo  Ex̄l de duob amicis
mercatores vn᷒ in egypto: alter in baldach.
qui ſe ſolo noīe nouerūt ⁊ diligebāt. Ille de
baldach venit in egyptū quē egypti᷒ gaudēſ
ſuſcepit: ⁊ oīa ſua ei oñdit. Trāſact̄ octo die
bus ille de baldach grauit̄ infirmabat̄. Req̄
ritur medic᷒. pulſus tangit̄. vrina inſpicit̄:
ſ; morbus nō reperit̄. Tādē cor ſuū aperiens
dixit ſe ob amorē vni᷒ puelle quā ille egypti
us in domo ſua nutriebat vt eēt vxor ſua lā
guere. Quo audito puellā ⁊ oīa q̄ cū ea rece⸗
ptur᷒ erat illi dedit. Qui vxorē ⁊ oīa p̄dicta
ſuſcipiēs ad patriā ſuā redijt. Cōtigit poſt⸗
modū egyptiū oīb᷒ bonis ſuis amiſſis egere
⁊ nudum ⁊ famelicū ad baldach in noctis ſi
lentio venire. Et quoddā tēplū eo intrāte ec
ce multi q̄rentes homicidā quēdā: illūq; in⸗
uenientes dixerūt cū illud homicidiū ꝑpetraſ
ſe qđ ille ſtatiꝫ cōceſſit volēs vel ſaltē ꝑ mor
tē paupertatē ſuā finire. Capit̄ ⁊ incarcerat̄ ⁊
de mane ad ſuſpēdiū ducit̄. Amico aūt ſuo
cū multis alijs ad ſpectaculū currēte depre⸗
hēſo atq; cognito ꝙ amicus ſuus eſſet: voce
magna clamauit. Innocentē iſtū ꝯdēnatis.
Ego enī illū occidi nō iſte. Capitur igitur il⸗
le ⁊ alius abſoluitur. Homicida q̄ inter ali⸗
os erat hoc vidēs remordente conſciētia ex⸗
clamauit, nec ille nec iſte fecit: ſ; ego, Alt̄ ℌ

dimittit͛ ⁊ h capit͛. Judices ꝗ admirãtes ad
regē duos abſolutos ⁊ tertiũ ligatũ duxerũt
Qui cognita v̾itate oēm ei penã cõdonauit.
Ciuis autē de baldach amico ſuo de egypto
medietatē oĩꝫ bonoꝝ ſuoꝝ dedit. Que ille re
cipiēs cũ grãꝝ actiõe ad patriã ſuã reuerſus ē.

❡ Alius ſermo de eodem.

i N his duob⁹ mãdatis vniuerſa lex
pēdet ⁊ ꝓphete. Math. xxij. Om̃ia
diuina ꝑcepta in his duobus prece
ptis pendent. ſ. in dilectiõe dei ⁊ ꝓximi. Ipa
eñ decē ꝑcepta tabulis duab⁹ moyſi fuerũt
ſcripta. Et in ꝑma tabula fuerũt tria prima
ſcripta q̃ ꝑtinēt ad dilectionē dei. In ſecũda
tabula fuerũt ſcripta alia ſeptē q̃ ꝑtinēt ad
dilectionẽ ꝓximi. Et de iſtis. x. ꝑceptis q̄re
infra ſer. cxlij. ⁊ ſer. cxliij. per totum.

❡ In dñica. xix. Sermo. cxxi. de religioſis.

a Scendens ieſus in naui
culam tranſfretauit ⁊ venit in ci
uitatē ſuã. ⁊ ecce offerebãt ei pa-
raliticũ iacentē in lecto. Mat. ix
Marci. ij. Lu. v. De⁹ oĩa elemēta creauerat
mũda: ſꝫ ex vſu inhabitantiũ facta ſunt im̃ũ
da. Sꝫ xp̃s ea mũdauit. Terra q̄dē facta eſt
immũda ex effuſione ſanguis innocētis: ſed
xp̃s hãc mũdauit qñ. xxxiij. annis ſuꝑ eã am
bulauit. Aer q̄dē fact⁹ eſt im̃ũd⁹ ex fumo in-
cenſoꝝ imolatoꝝ ydolis: ſꝫ xp̃s hũc mũdauit
qñ nõ ſub tecto: ſꝫ in aere pati voluit: ⁊ qñ ꝑ
aera in celũ aſcēdit. Ignis fact⁹ eſt im̃ũd⁹ ex
ydoloꝝ hoſtijs ꝯcremat͛: ſꝫ xp̃s hũc mũdauit
qñ ſp̃mſctm̃ in ſpecie ignis miſit. Aqua fctã
eſt im̃ũda ex nephandis hoſtijs ablutis: ſed
xp̃s hãc mũdauit qñ in iordane baptizatus
fuit ⁊ ſuꝑ mare ambulauit: ſicut hodie legit͛
cũ dr̃. Aſcendēs ieſus in nauiculam ⁊c̃. h
Vñ ſciendũ ꝙ ꝑ hãc nauē religio intelligit͛.
Vñ in p̄nti ſ̾mone de religioſa vita eſt dicē-
dum q̃ eſt optima vita: qꝛ cõꝑatur vite cele-
ſti: ⁊ hoc in ſeptē. Nã ſicut ſancti ⁊ angeli vi
uunt in celo: ſic religioſi debēt ſimul viuere ĩ
monaſterio. Primo cõꝑat͛ vita religioſa vite
celeſti ꝓpter vnanimitatē. qꝛ ſicut ſancti et
angeli in celo ſunt ſimul in vnũ cõgregati in
cõcordia ⁊ charitate: ſic ⁊ religioſi dñt cē vni
ti ⁊ ꝯcordes in deo. Hec aũt vnanimitas dꝫ
eſſe in corde: ore: ⁊ oꝑe. i. in volũtate: locutio
ne: ⁊ oꝑatiõe. ſic ꝙ oĩa oꝑa in vnũ fiãt. ⁊ illa
vnanimitas valet ad tria. Primo ad impe-
trandũ a deo in orõne q̄cq̄d pecierit. obtinet
eñ multitudo qđ non obtinet ſol⁹ ſ̾m illud.
Impoſſibile eſt m̃ltoꝝ ꝑces nõ exaudiri. vñ
Math. xviij. Si duo ex vobis ꝯſenſerint ſu
ꝑ terrã de oĩ re ꝙcũqꝫ petierĩt fiet illis a pa
tre meo q̃ in celis eſt. Quãto magis vbi non
duo vel tres: ſꝫ magna multitudo ꝯuenit ad
rogandũ aliq̄d obtinebit. Scđm ad qđ valet
illa vnanimitas eſt p̄ñtia dei. qꝛ xp̃s morat͛
cum talibus q̃ ſic ꝯcordes ſunt in bono ⁊ vna
nimiter viuũt. vnde Math. xviij. Ubi eñ ſt
duo vel tres congregati in noĩe meo ibi ſum
in medio eoꝝ. Quãto magis vbi. xxx. vel. xl.
in noĩe xp̃i cõgregati ſunt. Tertiũ eſt diuine
vltionis indulgentia. vñ Gene. xviij. dixit de
us ad abrahã. Si inuenero in ſodomis decē
iuſtos: dimittã oĩ loco ꝓpter eos. Si aũt rõe
ſocietatis bone tam modice ꝑatus fuit ꝑce-
re tante multitudini ⁊ in tantis ſcelerib⁹ mĩ
quid nõ ꝑcet paucis ⁊ in culpis modicis ꝓ
pter ſocietatē bonoꝝ. Secũdo cõꝑatur vita
religioſa vite celeſti. qꝛ ſicut angeli ĩ celo pa-
ſcuntur a ſuauitate diuina: ſic ⁊ religioſi ĩ re
ligione paſcunt͛ a deo corꝑalit͛ ꝑ elemoſynã
quã comedũt: ⁊ ſp̃ũalit͛ ꝑ grãꝫ. Nã cõiter de
us maiorē grãm facit ⁊ maiorē dulcedinem
tribuit religioſis q̃ regularit͛ viuũt q̃ꝫ ſecula
ribus. Quia religioſi carēt carnali delectatõ
ne. ꝗ digni ſunt vt de⁹ ſp̃ũalem dulcedinem
eis infundat. Exēplũ de filijs iſrael qñ nõ ha
buerunt plus de farina quã de egypto ſecũ
tulerãt: tũc de⁹ pluit eis mãna in deſerto. Si
militer mariã magdalenã ſegregatã ab hoi-
bus: ⁊ ab oĩb⁹ corꝑis voluptatib⁹ dñs ꝑ. xxx.
annos pauit ꝑ dulcedinē diuinã ⁊ ꝑ ꝯſolatõ
nem angeloꝝ. vñ Ber. Cibus aĩe eſt grã dei
dulciſſim⁹: ⁊ oēm hñs in ſe ſuauitatem ⁊ de-
lectationē ſaporis ⁊ nõ tantũmodo delectat
ſꝫ reficit ⁊ medet͛. Vñ Baſili⁹ loquēs de dul
cedine ſp̃ũali dicit. O dulcedo melliflua dul
cedo mirãda: q̃ꝫ dulcis es ĩ meditatõe: ſꝫ dul
cior in orõne: dulciſſima in cõtemplatione: ſꝫ
ſuꝑdulciſſima in beatitudine. Tertio cõꝑat͛
vita monaſtica vite celeſti: qꝛ ſicut ĩ celo oĩa
ſunt cõia: ⁊ vn⁹ ꝯdiuidit cũ alio. Vñ Grego.
Ibi apl̃i ⁊ angeli gaudent de merito oim in
feriorũ. ibi oēs inferiores letabunt͛ de glĩa ſ
corona ſuꝑioꝝ. Ex illi⁹ eñ ſctē ⁊ ꝑfecte chari
tatis vnione fiet vt q̃ſqꝫ habitur⁹ ſit in alio
qđ nõ hꝫ in ꝓprio merito. Vñ Anſel. Unuſ
quiſqꝫ intm̃ gaudet de alteri⁹ gaudio: q̃ꝫtũ
de ſuo ꝓprio. ſic ĩ religione oĩa debēt eē cõia
Ex hoc pꝫ ꝙ ſtatus religionis ⁊ cõitatis ſit
magĩm Humber. eſt optim⁹ ſtatus ⁊ valde
laudabilis. Qđ ꝓbat͛: qꝛ nõ eſt melior eum ſta



tum accipere in ſtatu nature q̃ꝫ ante pctm̃. ⁊
in tali ſtatu. ſ. in ſtatu nature ante peccatuꝫ
erant oĩa cõia. vñ Iſiđ. Jus nature eſt cõis
oim poſſeſſio. Nec tp̃e grẽ meliorem ſtatũ in
uenire poteris q̃ꝫ ꝑmitiuũ ſtatũ eccl̃ie. ſ. tp̃e
aploꝝ. Et in tali ſtatu ꝑmitiuo oĩa erãt ipis
aplis ⁊ oib⁹ xp̃ianis ꝓ tũc credētibus cõia.
Actu. iiij. Erãt illis oĩa cõia. ſeq̄tur. Diuide-
batur autē ſingulis ꝓut cuiqꝫ opus erat. Et
videt͛ hoc duraſſe vſqꝫ ad tp̃a. Cõſtantini i-
peratoris. ſicut habetur. xij. q. i. Futurũ. Itē
in ſtatu future glorie oĩa erũt cõia: vt iaꝫ di-
ctum eſt. O q̃ꝫ felix eſt ille ſtat⁹ religionis q̃
tales ſtatus. ſ. nature grẽ ⁊ glorie imitatur.
I Circa qđ q̄rit͛ vtrũ p̄lat⁹ poſſit diſpenſa
re cũ ſuo ſubdito religioſo ad habendũ ꝓpri
uꝫ. Rñdetur ſ̾m Hũber. ꝙ nõ quãtecũqꝫ au
ctoritatis ſit: nec etiã papa. vt pꝫ extra de ſta
tu mona. Cũ ad monaſteriũ vbi dr̃ ſic. Non
exiſtimet abbas ꝙ ſuꝑ habenda proprietate
poſſit cũ aliquo monacho diſpēſare. qꝛ abdi
catio ꝓprietatis ſicut cuſtodia caſtitat͛ adeo
eſt annexa regule monachali vt ꝯ eã ſumm⁹
pontifex non poſſit indulgere licentiã. Ergo
caueat monach⁹ ne habeat ꝓprietatē volēs
ſe excuſare falſa gloſa ſicut iam in plurib⁹ ꝑ
ſonis appet. Itē q̄rit͛ vtrũ religioſus vl̾ reli
gioſa mortal̾r peccet dicēdo me⁹ liber vl̾ mea
cappa: ⁊ ſic de alijs. Rñdet͛ ſ̾m Hũber. ſuꝑ
regulã btĩ Aug. Si dicit ex lapſu lingue non
peccat mortal̾r. Si aũt ex ꝓpoſito ⁊ aĩo aſſer
tiuo qđ ꝓprie eſt dicere peccat mortal̾r. Vñ
Aug. Nõ dicatis aliqđ ꝓprium: ſꝫ ſint vobis
oĩa cõia ⁊c̃. Ergo religioſi nũq̃ꝫ debēt dicere
me⁹ liber vel mea cappa: ſed debēt dicere no
ſter liber: noſtra cappa ⁊c̃. Et hoc tractuꝫ eſt
a ſtatu primitiue eccl̃ie. vt hr̃ Actu. iiij. Nec
quiſq̃ eoꝝ que poſſidebat aliq̄d ſuũ eſſe di-
cebat. Et quotquot in ꝑmitiua eccl̃ia vendi
derũt agros vel domos ponebãt precia eorũ
in cõi vel ante pedes aploꝝ. k Itē q̄rit͛
an cũ religioſo poſſit diſpenſari circa haben
dũ vſum alicui⁹ rei: ⁊ ſi nõ circa ꝓprietatem
rei hñdaꝫ. Rñſio ſ̾m Humber. ꝙ duplex eſt
vſus. ſ. cert⁹ ⁊ incertus. Cert⁹ vſus eſt q̃ au-
ferri nõ põt. Incert⁹ eſt q̃ eſt in volũtate alte
rius ſuꝑioris. ſ. vt auferatur cũ ei placuerit.
Et circa illũ incertũ vſum põt p̄lat⁹ diſpē
ſare ex cã rõnabili ⁊ neceſſaria: ſꝫ circa certuꝫ
vſum nõ põt diſpenſare. Sꝑ eñ volũtas re-
ligioſi dꝫ eſſe ſubiecta prelato: vt reſignet qñ
voluerit. Quia oĩs religioſus ſꝑ dꝫ eſſe para
tus oĩa reſignare: alias eſt filius ꝑditionis ⁊
ſꝑ in ſtatu damnationis: qꝛ oĩs religioſus q̃
hꝫ animũ nõ reſignandi: nec ad cõmunitatē
dandi qñ prelatus hoc exiget ab eo: talis re-
ligioſus eſt ꝓprietarius ⁊ ſꝑ in pctõ morta-
li: ⁊ nullus põt eũ abſoluere a pctĩs ſuis q̃ꝫ-
diu ſtat in tali propoſito libere nõ reſignan-
di ⁊ ad cõe vitam dandi. Et talis religioſus
quotiens miſſaꝫ celebrat: vel cõfeſſiones au
dit vel alia ſacramēta porrigit: totiēſ peccat
mortal̾r. Quia quicũqꝫ ĩ pctõ mortali ſacra-
menta adminiſtrat peccat mortaliter. Et ta
lis religioſus vel religioſa peiores ſunt in-
ferno: ſi ſic decedunt impenitētes. Quia mo
riente xp̃o infern⁹ reſtituit aliena: ſꝫ iſti nec
volunt reſtituere nec regnare. Item talis po
teſt dici ydolatra: qꝛ fiduciam in pecuniam
hꝫ que in ſolum deũ qui iuuare perfecte põt
eſt habenda. Immo talis interdum flagiciũ
inde traditoris ſuperat: qꝛ ꝓprietarius qñ-
qꝫ vno ſolido ſe condēnat. Judas autē ven-
diturus dñꝫ. xxx. denarios pro eo accipiebat
Judas inſuper. xxx. denarios reſtituit: quod
iſte ꝓprietarius nõ vult facere. O q̃ꝫ iniuſte
hic ꝓprietari⁹ res põderat qui poſtponēduꝫ
pro paucis denarijs xp̃m putat: ⁊ precioſuꝫ
pignus: ſcꝫ aiam ꝓpriam pro talibus rebus
damnat: ⁊ ſe gaudijs celi priuat. Et talis re-
ligioſus proprietarius indignus eſt mĩa dei
Unde Ber. Monacho habenti ꝓprium ne-
gabit deus ſuũ ꝓprium qđ eſt miſereri ⁊ par
cere. Ergo quicũqꝫ religioſus vult conſequi
miam dei opꝫ ꝙ habeat animũ oĩa reſignã-
di ſine omni ꝯtradictiõe qñ prelatus hoc re-
quirit. Et prelatus tenetur vni ꝓuidere ſicut
alteri: nõ ꝙ vnus bibat vinũ ⁊ comedat pul
los ⁊ alter bibat aquã ⁊ comedat larduꝫ. qđ
etiam vix hr̃e põt. Ex quo pꝫ ꝙ omnis prela
tus dꝫ habere ꝑtãtem inducēdi ſubditos ſu
os ad cõem vitaꝫ ſeruandã: ⁊ ſubditi in hoc
nullo mõ debent ei contradicere: nec ſe oppo
nere verbo vel facto. Ergo oĩa pctã que ſub-
diti ⁊ proprietarij cõmittunt redundant in
prelatuꝫ q̃ hꝫ poteſtatē compellendi eos ad
cõem vitaꝫ cũ hoc facere poſſet ⁊ ſic diſſimu
lat. Ergo prelatus vna cũ ſubditis ꝓprieta-
rijs dãnabitur. Unde de hoc dicit q̄dam do-
ctor de ordine carthu. ꝙ prelatus q̃ ad hoc
omni poſſe ſuo non laborat vt ſubditi in cõi
viuant: ſeipſuꝫ ⁊ ſuos ſubditos decipit ⁊ dã
nat. Unde dicitur in decre. Reſiſtere poſſe ꝑ
uerſis ⁊ nõ facere eſt eis ꝯſentire. xxiij. q. iij.
Qui poteſt. Iterũ dr̃ in decre. Facientē ⁊ cõ-
ſentientem par pena conſtringit. xvij. q. iiij.

Omnes.Unde etiam Apl's Romano.i.Di⸗
gni ſunt morte non ſolum qui faciunt:ſ; eti⸗
am qui conſentiunt facientibus.Unde Sa⸗
pien.vi.Judicium duriſſimū fiet his qui p̄⸗
ſunt. L Item ſciendum ꝙ quicūqꝫ hʒ fi
lium vel filiam in monaſterio quem vel quā
ſcit non velle ſponte oīa ad iuſſioneʒ ſui pre
lati reſignare:⁊ ad cōem vitam ſua bona da
re illi filio vel huic filie amplius nihil dare
debet.Et ſi ei aliquid dederit preter extremā
neceſſitatem confortando eum vel eā in ſua
proprietate ⁊ malicia ⁊ pertinacia ipſo facto
peccat mortalr̄.Ergo nulla elemoſyna nec
aliquod beneficium eſt talibus exhibenduʒ
propꝛ̄tarijs:niſi in extrema neceſſitate.Im⸗
mo tales proprietarij a ſuis prelatis graui⸗
ter ſunt puniendi ⁊ perſequendi exēplo ſan⸗
ctorum patrum qui fuerunt in religionibus
Unde Grego.In ſterquilinio ſepeliri fecit ꝓ
prietarium monachum cum tribus argente
is quos repertus ē habuiſſe.⁊ fecit illos ar⸗
genteos ſecum iactari in ſepulchrum dicēdo
Pecunia tua ſit tecum in ꝑditionem.Item
ſciendum ꝙ religioſi in monaſterijs quādo
incipiunt deficere.tunc peiores cōiter ſunt
ceteris hoībus.Unde Aug.⁊ ponit in decre
tis.Difficile expertus ſum meliores q̄ʒ q̄ in
monaſterijs ꝓfecerunt:nec peiores expertuſ
ſum q̄ʒ qui in monaſterijs defecerunt. diſti.
xlvij.Quantūlibet.Quarto vita religioſa cō
paratur vite celeſti ꝓpter caſtitateʒ:qꝛ ſicut
angeli in celo:ſic ⁊ religioſi caſte viuere dn̄t.
Et vita caſta nō eſt vita humana:ſed angeli
ca.vnde Hiero.In carne viuere preter carnē
plus eſt angelicum q̄ humanū.vnde Amb.
Qui non nubent ⁊ vxores non ducunt ſunt
ſicut angeli in terris.Immo virginitas ho⸗
minū ſupergredit̄ caſtitatē angelorum. Un̄
Ambro.in li.de officijs.Maior eſt victoria
virginum q̄ʒ angelorum.Angeli em̄ ſine carne
viuunt.virgines vero in carne triumphant
Unde etiaʒ Cyprian' in li.de virginitate lo
quens de dignitate virginum dicit.Virgini
tas eſt ſoror angelorum:victoria libidinū: regi
na virginū:poſſeſſio oīm bonorum.Quinto cō
paratur vita religioſa vite celeſti. quia ſicut
ſancti ⁊ angeli in celo ꝯtinue laudāt deū ſm
illud ps̄.Beati q̄ habitāt in domo tua dn̄e:
in ſecula ſeculorum laudabunt te.Sic religioſi
ſingulis dieb' ⁊ ſingulis noctib' perſoluunt
ſeptem horas canonicas ad laudandū deuʒ
ps̄.Media nocte ſurgebā ad confitendū ti⸗
bi ⁊c̄.Aug.in li.confeſſio.Vere felix eſſʒ qui
poſſet diuine laudi ſemꝑ inſiſtere:imo in p̄⸗
ſenti libenter laudare debem' deū.Anſelm'
Qui hic deum non vult laudare in tranſitu
huius ſeculi obmuteſcet cum venerit in ſecu
lum ſeculi.vnde etiam Gre. Mirū eſt ꝙ hō
deum ſemper non laudat cum oīs creatura
ad deum laudandum ſꝑ inuitat.Sexto com
paratur vita religioſa vite celeſti.quia in ce⸗
lo exiſtentes dant ſe deo ex toto.ſic in religio
ne exiſtētes offerūt deo holocauſtū maximū
id eſt totuʒ quod habent. M Habet au
tem homo triplex bonū.Primū bonum exte
riorum reruʒ quas offert religioſus deo per
votum volūtarie paupertatis.Secundū bo
num ꝓprij corporis quod offert per votum
continentie quo abrenunciat delectatiōi cor
poris.Tertiū bonuʒ aīe qđ aliquis totaliter
offert deo per obedientiā per quam quis of⸗
fert deo ꝓpriam voluntatem quod eſt maxi
mum ſacrificium.Unde dicitur in decre.vo⸗
luntatem alteri ſubijcere ꝓpter deuʒ eſt pre⸗
cipuū ſacrificium.viij.q.i.Sciendus. Unde
Grego. Per obedientiam ꝓpria voluntas
mactatur.i.Regum.xv.Melior eſt obedien
tia q̄ victima.Septimo vita religioſa com⸗
paratur vite celeſti.qꝛ ſicut iſti in celo volun
tatē dei adimplent ꝑ obedientiā.q̄cq̄d enim
cognoſcunt deū velle hoc faciunt ſponte:le⸗
te ⁊ ꝑſeuerant̄:ſic ⁊ religioſi in religione fa
cere dn̄t obediendo ſuis prelatis loco dei.
N Sed diceres qualis debet eſſe obedien⸗
tia.Reſpondeo primo ꝙ obedientia dʒ eſſe
volūtaria.Multū eſt em̄ laudabilis obediē
tia q̄ preceptū ſeruat:laudabilior q̄ cōſilijs ⁊
admonitionib' obtemperat:ſed omni laude
digniſſima q̄ precipientis aīo ſe conformat
Sed nōnulli ſunt q̄ poti' a maiorib' ſuis vo
lunt audire q̄ eis placent q̄ʒ vt ipſi placeant
Qui prelatū ſibi cupiūt obedire.Iſti non vo
lunt imitari aplʒ Paulū qui dixit. Dn̄e quid
me vis facere:ſ; cecū cui dixit dn̄s.Quid vis
vt faciā tibi.Iteʒ alij obediūt ſ; cū murmure
exequunt̄ mādatū:⁊ in hoc ſiles ſunt obedi
entie demonū qui ad mādatū dn̄i exibāt de
corporib' ſ; clamātes.Contra qđ dicit Bene
dictus in regula ſua.Obediētia tūc accepta
bilis eſt deo ⁊ dulcis hoībus ſi qđ iubet̄ non
cū murmure efficiatur.Scđo obedientia dʒ
eſſe iocūda ſic ꝙ nō ex triſticia aut neceſſitu
te faciat qđ ſibi iniunctū eſt.Iocunda ei obe
dientia prelatuʒ iubentē letificat:obediēntia
laboreʒ alleuiat:ſecuritatē ꝯſcie preſtat.Cū
qs meſtus obtēperat cuʒ ſymone cyreneo in



angaria crucē portat.Currus nō inunct' ſub
onere murmurat et is q̄ cū triſticia obedien⸗
tiā exeq̄tur:carere vnctione ſpūſſancti ſe de⸗
clarat.At vo gaudēs cū andrea crucem ſuſci
pit q̄ſq̄s on' qđ imponit̄: nec corde renuit
nec ſigno quodlʒ contradicit. Un̄ de hoc eſt
vbū cuiuſdā ſenis q̄ cuidā volenti intrare re
ligionē et querenti quō ſe deberet habere di
xit.Tu ⁊ aſin' vnū eſtote.Sicut aſin' quod⸗
libet on' indifferēter recipit ⁊ pacifice:ita dʒ
vir religioſus in religione ſe habere. Tertio
obediētia dʒ eē ꝑſeuerās.Cū enim profeſſio
nē facit̄ vſqꝫ ad mortē in poſterū vos obliga
tis.Qui em̄ ſm xp̄i ſniam ꝑſeuerauerit vſqꝫ
in finē h ſalu' erit.vn̄ Ber. Memētote frēs
xp̄s ne ꝑderet obediētiā ꝑdidit vitā.Sic q̄lʒ
religioſus poti' deberet mori q̄ ꝑtinaciter ⁊
ex cōtēptu inobediēs ſuo prelato exiſtere. Un̄
iſta obedientia quā quis ſuo prelato exhibʒ
deo exhibet̄.Bern̄. Obediētia q̄ maiorib' p̄⸗
betur deo exhibet̄.Luc̄.x.Qui vos audit me
audit:et qui vos ſpernit me ſpernit.Ergo q̄⸗
libet ſubdit' in omībus licitis debet obedire
ſuo p̄lato tāq̄ʒ ipi xp̄o.vn̄ Bern̄.Quicquid vi
ce dei ꝑcipit hō qđ non ſit certum diſplicere
deo hoc oīno eſt accipiēdū q̄ſi ꝑcipiat deus.
O Circa quod querit̄ vtrū inobedientia ſit
pctm̄ mortale. Rn̄r ſm ſctm̄ Tho.ij.ij.q.cv.
ꝙ ſic. Nā ⁊ inobediētia ꝯtratur charitati dei
que exigit vt ei' ꝑceptis obediat̄. In ꝑcept̄
aūt diuinis ꝯtinet̄ ꝙ ſuꝑiorib' obediat̄. vn̄
Roma.xiij.Qui poteſtati reſiſtit:dei ordina
tioni reſiſtit. Itē cōtrariat̄ dilectioni ꝓximi
inq̄tū ſuꝑiori ꝓximo ſubtrahit obedientiā
quā ei dʒ. Ergo religioſi libere et gaudēter ⁊
prompte debēt obedire p̄latis ſuis qꝛ obedi
entia hoīem virtutib' replet.vn̄ Greg.Obe⸗
diētia ſola eſt virt' q̄ ceteras virtutes mēti
inſerit inſertaſqꝫ cuſtodit et perfectas facit.
Item obedientia ē clauis paradiſi ⁊ via celi
qꝛ ꝓpt̄ inobedientiā eiecti ſum':et ꝓpt̄ obedi
entiā intrabim'. Un̄ tres magi reuerſi ſunt
ꝑ aliā viā in regionē ſuā.Aug. Obedientia ē
origo oīs boni atqꝫ ꝑfectio. Idem Aug. Non
eſt lepra peior in leproſo q̄ propria volūtas
in religioſo. P Ultimo queritur vtrum
ꝑ ingreſſum religionis cōſequat̄ q̄s remiſſio
nem oīm pctōrum. Rn̄detur ſm ſctm̄ Tho.
ij.ij.q.vlt. Rōnabilit̄ pōt dici ꝙ ſic.ſicꝫ ꝑ aſſū
ptionē crucis.Si em̄ aliq̄b' elemoſynis factis
homo poteſt ſtatim ſatiſfacere de peccatis ſu
is.ſm illud Daniel̄.iiij. Peccata tua elemo⸗
ſynis redime. Multo magis in ſatiſfactiōe
ꝓ oībus pctīs ſufficit ꝙ aliquis totaliter ſe
diuinis officijs mancipet ꝑ religioniſ ingreſ
ſum ⁊ ei' ꝓfeſſionē que excedit oē gen' ſatiſ
factionis ⁊ publice pnie. vt habet̄.xxxiij.q.ij.
Admonere.Unde in vitaſpatrū legitur ꝙ eā
dem gratiā cōſequūtur ingrediētes et profi
cientes religionē quā cōſequūtur baptiʒati.
Si tamē per ingreſſum religionis nō abſol⸗
uerentur ab omi reatu pene nihilominus in
greſſus religionis vtilior eſſet: q̄ʒ peregrina⸗
tio terre ſancte quo ad ꝓmotionē in bonum
qđ preponderat abſolutionem a pena. Q
Exēplū de religioſo ꝑuerſo.Quidā frater ad
religionē ſeu ad cōuerſionē venit et deuote
ſuſceptus eſt:ſ; ipe deuotius cōuerſat'. Huc
ad monaſteriū frater ſuus neceſſitate magis
q̄ voluntate ſecutus eſt.Cui nimis graue e⸗
rat ſi q̄s ꝓ ſalute ſua ſibi aliquid loqueretur
Bona aūt nō ſolū facere:ſ; etiā audire nō po
terat.Qui poſtea graui infirmitate a deo ꝑ⸗
cuſſus eſt.Cūqꝫ extremū ſpm̄ ageret cōuene⸗
rūt fratres vt egreſſum illi' orando ꝓtegerēt
Tunc repente cepit fratrib' aſtantib' clama⸗
re atqꝫ cū magnis vocibus orationes eorum
interrumpere dicens.Diſcedite diſcedite.Ec
ce draconi ad deuorandum datus ſum qui
propter veſtram preſentiam me deuorare nō
poteſt.Caput meum iam in ore ſuo abſorbu
it: date locum vt me amplius non cruciet ſ;
faciat quod facturus eſt. Si ei ad deuoran⸗
dum datus ſum.quare ꝓpter vos moras pa
tior.Tunc fratres ceperunt ei dicere quid lo
queris frater ſignū ſancte crucis tibi impri⸗
me. Reſpondit ille. Volo me ſignare ſed nō
poſſum:quia ſquamis huius draconis pre⸗
mor.Cūqꝫ hoc fratres audirent proſtrati in
terrā cū lachrymis ceperūt ꝓ ereptione illi'
vehemēti' orare: ⁊ ecce ſubito cepit eger cuʒ
magnis vocib' clamare dicēs. Grās ago.ec⸗
ce draco q̄ me ad deuorādū ceꝑat vr̄is orōib'
expulſus ē. Pro pctīs meis mō intercedite:
qꝛ cōuerti parat' ſum:et ſecularem vitā et ꝑ
uerſam fundit' relinq̄re. Et poſtq̄ mutat' ē
mēte tūc eius aīa a corpore ſoluta eſt.

¶ De eadem dn̄ica.Sermo.cxxij.De q̄dru⸗
plici confidentia.

C Onfide fili remittūtur tibi pctā tua. Math.ix. In vbis cōmiſſis dn̄s vult nos īducere ad bonā confidentiā quā debem' ha bere ad ipʒ.q̄ dic̄ Cōfide fili ⁊c̄. R Un̄ ſci endū ꝙ q̄druplicē ꝯfidētiā de' req̄rit a quoli

bet hoĩe. Pꝛĩa eſt ꝯfidentia de tp̃ali ſuſtẽta-
tione. Sap̃. vi. Eq̃lr̃ ẽ ei cura de omibꝰ. p̃s.
Qui dat iumẽtis eſcã ipoꝝ ⁊c̃. Si em̃ deꝰ vo
lucres in aere. piſces in aq̃: ⁊ aĩalia in fluuis
nutrit: quibꝰ nihil ꝓmiſit cõfidere debemꝰ ꝙ
nob̃ ꝓuideat q̃bus ꝓmiſit. Math. vi. Nolite
ſolliciti eſſe dicentes: quid mãducabimꝰ aut
q̃d bibemꝰ aut quo opiemur. ſ. e. p. v. c. qꝛ hiſ
oibꝰ indiget. Querite ḡ pꝛimũ regnũ dei: ⁊ h̃
oĩa adiicient̃ vobis. Hanc cõfidentiã nõ h̃nt
illi q̃ iniuſtas res lucrant̃ et poſſident quia
ſi veracit̃ ꝯfiderẽt deo ꝙ eos b̃n de iuſtis bo
nis nutriret neq̃ ꝑ iniuſta ſciẽter poſſiderẽt
Sꝫ qꝛ deo nõ cõfidũt: ideo iniuſtas res acq̃-
rũt. vt ſunt vſurarij: luſores et mercatores q̃
cũ fraude et dolo ⁊ mẽdacio decipiũt ꝓrios:
et vniuerſaliter oẽs qui iniuſtas res ſciẽter
h̃nt et poſſident. Itẽ hanc confidẽtiã nõ ha-
bent illi auari: q̃ ꝗuis iniuſtas res non vel-
lent hr̃e: tñ cũ ſollicitudine cordis ꝯgregant
temporalia q̃ſi vſq; ad. ccc. vel. cccc. annos vi
uere deberẽt: et aliq̃n vix viuũt. xl. dies. Luc̃.
xij. Stulte hac nocte repetẽt a te aiam tuam
⁊ ea q̃ cõgregaſti cuiꝰ erũt: ſi cũ tanta ꝓuidẽ
tia ſibi ꝓuidiſſent in ſpũalibꝰ ⁊ eternis bo-
nis magni ⁊ diuites iã eẽnt corã deo. Vñ q̃li
bet tãto plus deberet eſſe ſollicitus de aĩa et
de ſpũalibꝰ q̃to meliores ſunt. vñ Ber. ĩ ſer.
de aduẽtu dñi. Vere diuitie nõ opes ſunt: ſ;
virtutes q̃s ſecũ cõſciẽtia portat: vt impꝑpe-
tuũ diues fiat. ſ; oppoſitũ ſepius ꝯtingit ꝙ
plures ad tp̃alia anhelãt ⁊ ſpũalia negligũt
⁊ tp̃alibꝰ ſolũmõ intẽdũt. S Querit̃ h̃
an nimia ſollicitudo tp̃aliũ ſit pctm̃. Reſpõ
det̃ ꝙ ſic: qꝛ tanta poſſet eſſe ꝙ totũ coꝛ quiſ
apponeret ⁊ obliuiſceret̃ dei et ꝓpꝛe ſalutꝭ ſi-
cut aliq̃ q̃nq; in. iiij. hebdomadis nunq̃ ex
corde cogitant ad deũ et ad ſalutẽ ꝓpꝛiam. et
ad futurã vitã. ſ. quomodo ſm̃ apoſtolũ hic
nõ habemꝰ ciuitatẽ manentẽ: ſ; futurã inq̃ri
mus. vñ Gre. in moral̃. Sollicitudo tp̃aliũ
mors eſt ⁊ excecatio ſpiritualium. vñ labor
eſt exercendꝰ. ſ; nimia ſollicitudo eſt tollẽda
Itẽ q̃rit̃ cũ q̃s nimiũ triſtat̃ de ĩfortunio an
ſit pctm̃. Rñdetur ꝙ ſic: qꝛ eſt ſignũ ꝙ talia
q̃s nimio amore dilexit. vñ Greg. xxxi. li. mo-
ral̃. Sine dolore amittit̃ q̃cquid ſine amore
poſſidet̃: que vo ardent̃ diligimꝰ habita gra
uiter ſuſpiramꝰ ablata. Sꝫ nos confidere de
bemꝰ in deo ꝙ nos nutriat de iuſtis bonis.
p̃s. Iacta cogitatũ tuũ in dño: ⁊ ip̃e te enu-
triet. Hoc pꝫ in ſctis martyribꝰ quos nunq̃
fame mori ꝑmiſit. p̃s. Nunq̃ vidi iuſtũ dere
lictũ ⁊c̃. Immo potiꝰ angelꝰ deſcẽderet de ce
lo ⁊ hoi cibũ admiſtraret. Hoc patuit ĩ He
lia cui angelꝰ in deſerto panẽ portauit. L
Secũda ꝯfidẽtia eſt remiſſio pctõꝝ. ḡ ĩ ver-
bis ꝓmiſſis dicit xp̃s cuilibet pctõri. Cõfide
fili remittũtur tibi pctã tua. i. Ioh. ij. Si q̃s
peccauerit aduocatũ habemꝰ apud patrẽ ie
ſum xp̃m et ip̃e ẽ ꝓpitiatio ꝓ peccatꝭ noſtris
Hãc ꝯfidẽtiã ⁊ ſpem nõ h̃nt hi q̃ nõ cõfidũt
diuine bonitati ⁊ eius mĩe ꝙ ipis indulgere
velit pctã ſua: ſ; deſperant cum cayn q̃ dixit.
Maioꝛ eſt iniq̃tas mea q̃ȝ vt veniã merear.
⁊ cũ iuda q̃ ſeipm̃ ſuſpẽdit. Tales q̃ volũt ſe
q̃ cayn et iudã deſperando deberẽt aduer-
tere q̃ dñs dixit ꝑ ꝓphetã Ezechielẽ. In q̃-
cũq; hora pctõꝛ ingemuerit ⁊c̃. Sciendũ ꝙ
nullꝰ deſperare dꝫ de dei mĩa. Pꝛĩo qꝛ infe-
lix eſt q̃ deſperat: ſicut q̃ ſperat btũs eſt. p̃s.
Btũs vir q̃ ſpat ĩ dño ⁊c̃. Sic ecõuerſo. Se-
cũdo qꝛ deſpatio valde diſplicet deo. qꝛ maxi
mũ pctm̃ ẽ. vñ Iſid. de ſum. bo. Deſpatio pe-
ioꝛ eſt oĩ pctõ. vñ Hieron. dicit. Iudas plus
offendit xp̃m deſpando q̃ ip̃m tradẽdo. Ter
tio qꝛ deſpantes ſunt maledicti. Eccli. ij. Ve
diſſolutis cordibꝰ qꝛ nõ credũt deo: ideo non
ꝓtegent̃ ab eo. vñ Aug. ſup Iob. Solũ enim
deſpatiõis crimẽ eſt q̃ mederi nõ põt. Vnd
vniuſq̃ſq; debꝫ de deo cõfidere et ſpare: ꝙ ſi
dolet de pctis: ⁊ ãplꝰ ꝓponit ſibi cauere d̃ fu
turis pctis. ⁊ ea q̃ iam fecit intẽdit cõfiteri
⁊ ꝓ eiſdẽ ſatiſfacere ſm̃ ſuũ poſſe q̃ deꝰ ex
ſua mĩa ſibi oĩa pctã ſua ĩdulgeat. vñ Bern̄.
Corrige teip̃m ⁊ ſpera indulgentiã. Nulla ei
ẽ culpa q̃ nõ habeat veniã. Quã miſericordit̃
aũt deꝰ vere ꝯtritis ⁊ penitẽtibꝰ pctã indul-
geat oñdit Bern̄. dicẽs. Sic indulſit mihi ex
toto deꝰ ⁊ tam liberalit̃ oẽm donauit iniuri
am: vt nec dãnaret vlciſcẽdo. nec ꝯfunderet
ĩpꝛoperãdo: nec minꝰ etiã diligat imputãdo.
Itẽ ad ꝯfidẽtiã ⁊ ad ſpem h̃ndam inducere
nos dꝫ diſpoſitio xp̃i in cruce. Nã ĩ ſignũ mi-
ſericordie h̃uit caput ĩclinatũ ad oſculandũ.
brachia extẽſa ad ãplexãdũ: pedeſ affixos ad
nobiſcũ ꝑmanẽdũ. Itẽ ſciẽdũ ꝙ q̃cũq; non
hꝫ firmã ſpem ⁊ bonã ꝯfidentiã ad deũ q̃ ve
lit ſibi pcta indulgere illiꝰ cõfeſſio ⁊ pnĩa ni
hil valet. Aug. Penitẽtia q̃ ex fiducia nõ ꝓ-
cedit inutilis eſt ⁊ ſterilis manet et ſine mĩa
Rõ eſt qꝛ deꝰ nunq̃ vult alicui miſereri qui
nõ habet bonã ſpẽ et fiduciã in eũ ſperando
indulgentiã ⁊ remiſſionẽ pctõꝝ. Ambroſius
Nõ poteſt agere penitẽtiã q̃ nõ ſperat indul
gentiam et remiſſionem peccatorum. M



Tertia ꝯfidentia eſt ꝙ ſperare debemus ꝙ
nos velit exaudire in om̃i ſalubꝛi petitione.
Marci. xi. Omnia quecũq; orantes petitis
credite: qꝛ accipietis. Item Ioh. xvi. Petite
⁊ accipietis. Itẽ Mat. vij. Querite ⁊ iuenie
tis: pulſate ⁊ aperietur vobis. Sed ſi diceres
Sepius oraui nec tñ exauditꝰ ſum. quõ ḡ de
beo orare vt deus me exaudiat. Rñdetur ꝙ
pꝛimo debes orare cũ ꝯtritiõe ⁊ deuotiõe: qꝛ
vnũ pater nr̃ cum cõtrito corde ⁊ attẽtione
dictum plus valet q̃ȝ centũ milia Pater nr̃ ſi
ne attentione. vñ Iſido. Quid prodeſt ſtrepi
tus labioꝝ vbi coꝛ eſt mutũ. oratio em̃ ſine d̃
notione eſt quaſi mugitꝰ boum. Hoc intelli-
gendũ eſt q̃n hõ cum ꝓpoſitõ indeuote ⁊ ſi-
ne attentione orat. Sꝫ q̃n hõ ea intentione
incipit orare ꝙ libenter vellet deuote ⁊ cum
attentiõe illam orationem inceptã perficere
Et ſi infra orationẽ diſtrahitur cõtra volun-
tatẽ ſuam adhuc tñ illa oratio efficax ⁊ ſalu
bris eſt ꝓpter p̃mã intentionẽ. Scd̃o ſic orã
dum eſt vt petas ea q̃ ſunt ſalutis q̃ expedit
tibi recipere: ⁊ que lꝫ deo dare. Nã ſpũalia ⁊
eterna ſine cõditione ſunt petenda. qꝛ ſunt
ſimpliciter bona et ſalutifera: ſ; tp̃alia ſunt
cum cõditione petenda. qꝛ deus nouit vtrũ
expediant tibi vel nõ. Ergo cũ petimꝰ libera-
ri a tribulationibꝰ vel ab infirmitatibus: ſꝑ
debemꝰ deo cõmittere ⁊ ſub conditione pete
re vt dicendo: ſi expedit ſaluti noſtre. Tertio
hõ debet orare ⁊ petere cõfidenter vt dicere
poſſit cũ p̃s. Miſerere mei dñe q̃m in te cõ
fidit aĩa mea. Qui em̃ petit cum heſitatione
nihil impetrat a deo. Ergo firmã confiden-
tiam debemus habere ad deum ꝙ velit nos
exaudire in oratiõibus noſtris. X Quar
ta confidẽtia eſt ꝙ deꝰ velit nobis dare poſt
hanc vitam regnũ celeſte. Luc̃. xij. Nolite ti-
mere puſillus grex: qꝛ complacuit patri vr̃o
dare vobis regnum. Hebꝛe. x. Nolite amitte
re confidentiã veſtram que magnã hꝫ remu
nerationem. hanc fiduciam nõ habemus ex
noſtris meritis: ſed ex meritis ieſu xp̃i q̃ eſt
redemptoꝛ noſter: quẽ pater dedit nobis vt
nos redimeret ꝑ ſuam amarã paſſionẽ. In
ſignũ huiꝰ habuit latus apertum in cruce: qꝛ
per cũ ⁊ eius meritũ intrabimꝰ regnũ celoꝝ
Nam ꝑ ſuam paſſionẽ aperuit nobis ianuã
paradiſi. Contra hanc fiduciã faciunt iſti q̃
q̃n aliquid de diuina iuſticia audiunt dicũt:
ego nunq̃ ſaluaboꝛ. Et ſic diffidere de ſalu-
te eſt diabolicũ. Diabolus em̃ eſt oĩ ſpe ſalu
tis puatus: ſꝫ firmiter ſperare ⁊ credere de
bes ꝙ ip̃e eſt. q̃ vult oẽs homies ſaluos fieri
q̃ oñdit in vita: in morte ⁊ poſt mortem. In
vita xp̃s oſtendit ꝙ vult oẽs homies ſaluos
fieri cum dixit. vt hr̃ Lu. xix. Venit filius ho
minis q̃rere ⁊ ſaluum facere q̃ perierat. In
ſignũ huius pctõres recepit ⁊ cum illis mã-
ducauit. Vñ ipſi phariſei ſcandalizati ſũt di
centes. Hic pctõres recipit ⁊ manducat cũ
illis. Et dixerunt. Voratoꝛ ⁊ amicus publica
noꝝ eſt. Etiam dixerunt ad diſcipulos xp̃i.
Quare cum publicanis ⁊ pctõꝛibus mandu
cat magiſter veſter. Et xp̃s. Non eſt opus va
lentibus medicus: ſed male habẽtibus. Nõ
em̃ veni vocare iuſtos: ſed pctõres ad peni-
tentiam. Item oñdit hoc in morte q̃n in cru
ce pendẽs pro crucifixoꝛibus orauit dicens.
Pater ignoſce illis qꝛ neſciunt q̃d faciũt. Si
inimicos voluit ſaluari ex eo ꝙ pro eis ora-
uit in hoc oſtendit ꝙ vult ceteros homines
etiam ſaluos fieri. Et poſt plures ſunt cõuer
ſi ex iudeis ꝓpter orõnem xp̃i. vt hr̃ in acti-
bus apl̃oꝝ ꝙ petrus q̃ſi tria milia hoĩm in
vno ſermone cõuertit. Itẽ oñdit h̃ poſt mor
tem: qꝛ iam oibꝰ ſua b̃nficia impendit: tã bo
nis q̃ȝ malis. Mat. v. Solem ſuũ oriri facit
ſuꝑ bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ in-
iuſtos. Xp̃s em̃ nõ ſolũ ſua b̃nficia bonis et
amicis impendit: ſ; etiã malis hoĩbus ⁊ per
uerſis benefacit. In quo oñdit ꝙ q̃tũ in eo
eſt vult oẽs hoĩes ſaluos fieri. Inſuꝑ dãt p̃-
mia cõia penitẽtibus. ſ. q̃ male vixerũt ⁊ poſt
modum ꝑ penitentiã redierũt cum innocẽti
bus qui ſꝑ bene vixerunt: ⁊ nunq̃ cũ aliquo
pctõ mortali offenderunt. Mat. xx. Accepe-
runt ſingulos denarios. glo. i. eternitatẽ. Li
cet differant in merito ⁊ gaudio. tñ oẽs h̃nt
eandem eternitatẽ in celo. Ioh. xiiij. In do-
mo pa. m. mã. multe ſunt: qꝛ ſm̃ apl̃m Ro.
ij. Reddet vnicuiq; iuxta opa ſua. Y
Exemplũ ꝙ deus dat penitẽtibus q̃ diu ma
le vixerunt ⁊ poſtmodũ ꝑ pnĩam redierũt cũ
innocentibꝰ vitam eternã. Legit̃ in dyalogo
Ceſarij ꝙ quidã vir magnus potẽs ⁊ diues
vitijs ⁊ malicijs plenꝰ ſemel in vno ſermone
cõpunctus malicioſam vitã poſtpoſuit ⁊ ha
bitum religionis ſuſcepit: vbi adeo in ſctã re
ligione ꝓfecit ꝙ aĩa illius deo erat placita.
Vnde xp̃s q̃ vocauerat eũ ad ſeruitiũ ſuum
non ſolũ dedit ei veniã delictoꝝ: ſ; ⁊ ei fecit
pꝛecognitũ finem ſuũ. Expletꝭ vo iam tribus
annis in ſancta cõuerſatione febꝛe coꝛreptꝰ
eſt viſitatuſq; ab amicꝭ dixit ſe tertia die mo
riturum: q̃ ⁊ factũ eſt. Eodem tp̃e quedam

mulier obſeſſa in quadā villa ī hora mortis
eius liberata eſt. Et venit ad ſacerdotē ſuuꝫ
dicens demonē ab ea exiſſe. Poſtpaululū ve-
ro rediēs diabolus grauiꝰ miſerā vexare ce-
pit. Adducta eſt igr̄ ad ſacerdotē: q quaſi rō-
cinando cū diabolo cepit cū interrogare ⁊ di-
cere. Miſer tu exieras. Ita eſt inqt. ⁊ vbi fui-
ſti infidelis. Rn̄dit. in clauſtro Hememocd
Et qd ibi feciſti. Rn̄dit: vir qdam iacebat ibi
agonizans: ad cuiꝰ trāſitū pene qndecim mi-
lia ſocioꝝ meoꝝ cū maximo tripudio illuc ve-
niebant: ⁊ videbat̄ mihi nunꝙ me gaudiuꝫ
aliqḋ habiturū: niſi ego iuiſſem cū eis. Sci-
ens aūt iſtud vas mihi traditū me amittere
nō poſſe reliqui illud ad tp̄s ⁊ iui cū eis. Di-
xitqꝫ ſacerdos. qd actū eſt ibi. Rn̄dit diabo-
lus. Superuenerūt ibi maledicti tonſurati. et
circūſtantes cadauer ita valide ſabulare ce-
perūt ꝙ nullus noſtrū ꝓpius accedere au-
ſus fuit. Dixit iterū ſacerdos. Et q deuenit
aīa. Rn̄dit ad pedes altiſſimi. Et dixit dia-
bolꝰ. Uidete boni hoīes q̄ꝫta nobis iniuria
ſit ibi illata. Hō em̄ ille fuerat nobis pluſ-
q̄ꝫ. xl. annis ad oēm voluntatē nr̄am nocte ⁊
die paratiſſimꝰ: ⁊ mō tribꝰ annis tm̄ ſerui-
uit alteri dn̄o: ⁊ ꝓpt̄ h̄ ille abſtulit nob̄ eum
Cū igr̄ aīa eius nobis auferebat̄ furore cō-
moti inuicē tota debachatiōe graſſati ſumꝰ
Et ego mō nō habeo vbi me vindicē: niſi in
hoc vaſculo qḋ eſt mihi traditum.

¶ De eodem euangelio. Sermo. cxxiij. de
blaſphemia.

Ic blaſphemat. Math.
h ix. Sciendū ꝙ blaſphemia ē qn̄
aliquis aliqd attribuit deo qḋ n̄
eſt ei attribuendū. vel qn̄ aliquis
deo abſtrahit qḋ ſibi cōuenit: vel qn̄ aliquis
ſibi ꝓpꝛ attribuit ſiue vſurpat qḋ dei eſt. Ergo
ſcribe ⁊ phariſei dixerūt intra ſe ꝙ xp̄s blaſ-
phemaret in hoc ꝙ dixit palitico. Cōfide fi-
li remittunt̄ tibi pctā tua: qꝛ ſolꝰ deꝰ pctā p̄t
remittere: ⁊ ipi ſcribe ⁊ phariſei tenuerunt
xp̄m eē ſolū purū hoīem: ⁊ nō deū: ⁊ ꝫ nō poſ-
ſet pctā dimittere. Quare dixerūt v̄ba p̄miſ-
ſa. Hic blaſphemat. Un̄ in p̄nti ſmone loqn-
do ō blaſphemia tria ſūt dicēda. Pꝛio quot
modis fit blaſphemia. Scḋo oñdit̄ blaſphe-
mos homīes eſſe peſſimos. Tertio dicet̄ de
pena blaſphemantiū. A Circa p̄mū ſci-
endū ꝙ blaſphemia ſm ꝙ hic intelligimus
eſt v̄bū in ꝯtumeliā dei ꝓlatū. vt cū aliquis
iratus vindicare ſe volēs de deo dicit aliqua
ſibi in ꝯtumeliam: qḋ tripl̄r ꝯtingit. Primo
irreuerent̄ iurādo ꝑ caput. vel ꝑ capillos: vl̄
ꝑ naſum: vel ꝑ oculos: vel ꝑ aliqḋ aliud mē-
brū xp̄i. Uel etiā q iurat ꝑ inteſtina dei: vt ꝑ
pulmonē: coꝛ: iecur: ⁊ ſic de alijs. Et talis ſic
iurans ſi clericꝰ eſt dꝫ deponi. ſi laicꝰ anathe-
matizari. xxij. q. i. Si qs ꝑ capillū. Un̄ legit̄
de paulo apl̄o ꝙ quoſdā blaſphemos excō-
cauit ⁊ ſathane tradidit. i. Thimo. i. De qbꝰ
eſt hymeneus ⁊ alexander quos tradidit ſa-
thane vt diſcant nō blaſphemare. Scḋo cō-
tingit qn̄ fit abomīabilis execratio ⁊ iuratio
ſicut ꝑ lutum vel pudibūda: vel aliud ſimile
Tertio qn̄ qs iurat per qnqꝫ vulnera xp̄i: vel
per mortē: vel paſſionē ipius: vel ꝑ p̄cioſum
ſanguinē eiꝰ. B Hec eñ iuramēta ab ꝑi-
bus diligent̄ ſunt vitāda ⁊ ꝓhibenda. qꝛ ſo-
nāt in blaſphemiā ⁊ irreuerentiā dei p̄cioſa
ſua vulnera inuanū aſſumere. vn̄ nobis tota
ſalus effluxit. Criſo. ſup Math. Oīs ſalꝰ ho-
minū in xp̄i morte poſita eſt. Nulla ei res ē
q magis ad ſalutē hoīm ꝑtineat ꝙ mors ip-
ſiꝰ. Un̄ ſi talia iuramēta ex deliberatōe fiant
ſunt mortalia pctā totiēs quotiēs qs ſic iu-
rat. Etiā ſi centies vna die ſic iuraret centūꝫ
pctā mortalia faceret. Propt̄ qḋ etiā in aliq-
bus terris ciuitatibꝰ ⁊ villis talia iuramēta
ſic ſunt reſtricta ꝙ qcūqꝫ talit̄ iurat aurē vel
linguā vel digitū ꝑdat. Un̄ legit̄ ꝙ ſctūs Lu-
douicꝰ rex francie quēdā ciuē pariſiꝰ q blaſ-
phemauit in penā ſui pcti ⁊ in terrorē alioꝝ
ferro caudenti in labijs ſuis cautherizari p̄-
cepit. Et cū aliq p̄ncipes ⁊ nobiles ipiꝰ indi-
gnati ex hoc ſanctū ludouicū ꝓpt̄ factū iſtō
arguerent. Rn̄dit eis dicēs. Uellem ego ta-
lem penā ⁊ indecētiā ſuſtinere libenter in la-
bijs meis q̄ꝫdiu vixero: vt hoc viciū de regno
meo tolleret̄: vt ampliꝰ dn̄s meꝰ ieſus xp̄s ꝑ
nullū hoīem ſic ꝑ blaſphemiā offenderetur.
C Querit̄ an blaſphemia ſine deliberatōe
ſit pctm̄ mortale. Rn̄det̄ ſm ſctm̄ Tho. ij. ij.
q. xiij. Blaſphemia abſqꝫ deliberatione p̄ōt
cōtingi triplicit̄. Uno mō ꝙ aliqs nō aduer-
tit hoc qḋ dixit eē blaſphemiā. Ut cū aliqs
ſubito ex aliq̄ motione ⁊ paſſiōe in v̄ba ima-
ginaria ꝓrūpit quoꝝ ſignificatōeꝫ nō ꝯſide-
rat nec aduertit: tunc eſt pctm̄ veniale. Alio
mō qn̄ aduertit eſſe blaſphemiā: cōſiderans
ſignificata v̄boꝝ: ⁊ tūc nō excuſat̄ a pcō mor-
tali: ſicut nec ille q ex ſubito motu ire occidit
aliquē iuxta ſe ſedentē. Ex iſto poſſumꝰ elice-
re q̄ꝫ ꝑiculoſe iurant ⁊ blaſphemant iſti q ex
mala ꝯſuetudine ſic iurant: nō habētes inte-



tionē ſe emendandi et illud dimittēdi. qꝛ ta-
les blaſphematores totiēs peccant mortali-
ter qtiens ſic iurāt ⁊ blaſphemāt. Sꝫ aliq ꝑ-
uerſi inimici dei dicūt. ſi non iurarē tūc nul-
lus me timeret: nec aliquis reputaret me ali-
qd eē. vt ꝫ timeant̄ et magni reputent̄ iurāt
ꝑ creatorē et redēptorē ſuū blaſphemant. O
miſerrimi ⁊ infeliciſſimi pctōres: ibi qrit̄ ho-
norē vbi eternam inuenictis cōfuſionē et dā-
nationē. Tales blaſphemi ⁊ iracūdi nō ſunt
filij dei. ſ; dyaboli. qꝛ ſicut pr̄ eoꝝ viuit in in-
ferno: ſic ipi filij dyaboli viuūt in mūdo: ira-
ſcēdo: litigādo ⁊ blaſphemādo. D Item
ſciēdū ꝙ aliq ſunt q lꝫ nō ꝑtinacit̄ blaſphe-
mēt: tn̄ paſſionē ⁊ ſanguineꝫ ⁊ mortē xp̄i fre-
quent̄ vane noīant ⁊ ſine cā. in illis et ſilibꝰ
dn̄t ſe etiā tales hoīes emēdare. quia paſſio
⁊ mors xp̄i ⁊ p̄cioſus eiꝰ ſanguis nūꝙ ſunt
a nob̄ noīanda: niſi cū magna deuotiōe ⁊ re-
uerentia. qꝛ ibi eſt ſalꝰ ⁊ vita nr̄a. E Eti-
am aliq iurāt et nō nomināt deū ſed creatu-
ras. Contra quos dicit Augu. de verbis apl̄i
ſer. ij. Ecce dico charitati veſtre ꝙ q falſe iu-
rat ꝑ lapidē ꝑiurꝰ eſt. Quis nō audit: tn̄ eiꝰ
creatorē in teſtē accipit. Itē ꝯ tales dicit be-
atus Iac. v. c. Nolite iurare neqꝫ ꝑ celū neqꝫ
ꝑ terrā ⁊c̄. Ergo talia iuramēta que ſic fiunt
nominādo creaturas a q̄lꝫ xp̄iano oīno ſunt
vitāda. Un̄ xp̄s dicit in euangelio vt habet̄
Mat. v. Ego aūt dico vob̄ nō iurare oīno ne-
qꝫ ꝑ celū: qꝛ thronꝰ dei eſt. neqꝫ per terrā. qa
ſca. ē pe. eiꝰ. ⁊ poſt ſubdit. Neqꝫ ꝑ caput tuū
iuraueris. Itē ſunt aliq q totiēs et ſine cā iu-
rant: ſic dicēdo. Per deū viuū: per deū ſctm̄:
vel ꝑ oēs ſanctos ſine oī cauſa et neceſſitate
et ex mala conſuetudine. Contra quos dicit
xp̄s in euāgelio Math. v. Sit aūt ſermo ve-
ſter eſt eſt: nō nō. qḋ aūt his abūdātius eſt a
malo ē. F Circa qḋ qrit̄ an iſta iuramē-
ta. ſ. dicēdo ꝑ deū ⁊ ꝑ oēs ſctōs ſint pctā mor-
talia. Rn̄ſio ꝙ talia iuramēta ꝯtingūt tripli-
citer. Pꝛio qn̄ qs ſcient̄ falſum ⁊ mēdacit̄ iu-
rat ſiue in ioco: ſiue in ſerio: ⁊ tūc ſꝫ ſctm̄ Tho.
ij. ij. q. xcviij. Talis nō excuſat̄ a pctō morta-
li: etiā ſi ioco ſe peierat: qꝛ nō deuitat diuinā
irreuerentiā: imo q̄ꝫtuꝫ ad aliqd auget mag.
Item ſm eūdē Tho. vbi ſupra notat̄ ꝙ iſte
q ex lapſu lingue iurat ſiquidem aduertit ſe
iurare et falſum eſt qḋ iurat. nō excuſatur a
pctō mortali: ſicut neqꝫ a dei cōtēptu. Si au-
tem hoc nō aduertit nō videt̄ habere intēti-
onem iurandi: et ideo a crimīe periurij excu-
ſat̄. Ex iſtis iā dictis poſſumus elicere ꝙ illi
malefaciunt q in ioco ſcient̄ falſum iurant
truſando vel deridendo alios. Silr̄ illi parē-
tes grauiter peccant q iurant pueris ſuis ꝙ
velint eos diſciplinare cū delinquūt. et poſt-
modum illud iuramentū infringunt. qꝛ om-
ne iuramētū licitū eſt ſeruandū: niſi vergat
ꝯ ſalutē. Un̄ dicit̄ in decre. Omne iuramētum
eſt ſeruandū niſi vergat ꝯ ſalutem. xxij. q. iiij
ꝙ dauid. Item non eſt cautum nec bonū ali-
quibus mulieribus que pueris ſuis iurant
verbis. qḋ tn̄ factis nō intendūt: vt dicendo
per deū: vel ꝑ aīam meā ſi tu nō taces ad pla-
teā te ꝓijciā: et ſic de alijs. Secūdo qḋ graui-
us eſt ꝯtingunt talia iuramēta dicēdo: ꝑ de-
um vel ꝑ oēs ſctōs cum qs ſciēter doloſe vel
mendaciter iurat in damnū ꝓximi: vt in ꝯtri-
bus ꝓximos ſuos decipiēdo. verbigr̄a. Ut cū
quis aliquid vult vendere: et iurat per deuꝫ
ꝙ nō velit remiſſius dare q̄ꝫ ſic: et ſi tunc in-
tendit aliter dare et iurat ſic mentiēdo ꝯtra
mētem ſuā: qꝛ mentiri eſt contra mētē ire: ⁊
ſic affirmat hoc mēdaciū cum iuramēto pec-
cat mortaliter totiens quotiens ſic iurat. Et
ecōuerſo: ille qui debet rē emere ſi dicit ꝑ de-
um nō ā pliꝰ volo dare ꝓ iſta re q̄ꝫ intātū. ⁊ ſi
intēdit adhuc plus dare et loquit̄ cōtra mē-
tem ſuā: et iurat ſic mētiēdo etiā peccat mor-
talit̄ totiēs quotiēs. O qt talia pctā morta-
lia cōmittunt̄ a mult̄ q ꝯſueti ſunt nec eme-
re, nec vēdere: niſi iurādo ⁊ mētiēdo doloſe ⁊
fraudulēter. vt iurādo rē ſuā meliorē eſſe q̄ꝫ
ſit: vel etiam ſibi plus cōſtare q̄ꝫ verū ſit: vel
etiā ꝙ plus ſibi in illa ciuitate ſoluiſſet ⁊ ſic
de alijs. Itē q in ſuperiori ꝑte ponūt qḋ bonuꝫ
eſt: ⁊ in medio miſcent illud qḋ defectuoſuꝫ
eſt. ⁊ tūc iurāt ꝙ totū ſit ſic vt ſuꝑius appet
⁊ ſic ꝓximos decipiūt. Et oēs illi tenent̄ ad
reſtitutionē ⁊ recōpēſare dānū ꝓximi. et ta-
les etiam dupliciter peccāt. ſ. contra deum ⁊
etiā cōtra ꝓximum. Un̄ Iſido. de ſum. bono.
Qui doloſe iurat dupliciter reus fit. qꝛ ⁊ no-
men dei ſui inuanū aſſumit. et ꝓximū dolo
capit. Item etiā qnqꝫ aliq in paruis rebꝰ de-
ceptorie iurant. verbigr̄a. vt qui habent ven-
dere coclearia in ciuitatibꝰ vel poma: vel pi-
ra: vel cōſimiles fructꝰ: vel etiam panes: vel
aleca: vel aliqua alia victualia: vel etiam vil-
lani qui oues et vitulos vendūt in velleribꝰ
q multotiēs ꝑl̄a falſa iuramēta faciūt cuꝫ qui-
bus ꝓximos ſuos decipiunt: et qnqꝫ ꝑ talia
iuramenta modicū lucrātur cū tn̄ qlꝫ xp̄ianꝰ
pro toto regno vel pro toto mundo ſemel pe-
ierare non deberet. Item aliqui dicunt ꝙ

non poſſunt vendere vel emere niſi iurent:et
allegant ꝙ ſi ſemꝑ dicerent veritatē et non
iurarent oporteret eos mēdicare. qđ tñ ē fal
ſum.vt ptꝫ ꝑ prophetā dicentē. Nunꝙ̄ vidi
iuſtū derelictū. ergo ſi iuſtus eſſet et deū ve-
racit̄ pre oculis haberet nunꝙ̄ eū deꝰ deſere
ret. Hoc patꝫ per experientiā. qꝛ ſunt plures
boni viri q̄ emūt ⁊ vēdūt:⁊ tñ nullo mō iurāt
etiā in magnis et arduis emptionibꝰ ⁊ mer-
cantijs:ſꝫ ſimplici verbo affirmāt vel negant
ſm̄ dictū xp̄i q̄ dicit. Sit ſmo veſter ē eſt.nō
non. Tertio contingūt talia iuramēta dicen
do per deū et per oēs ſanctos: qñ quis iurat
hoc qđ verū eſt et licitū:tūc ſm̄ Ray. cū ſic iu
ratur in cōmuni locutione aliqđ licitū: ſicut
fit in iuramētis quotidianis q̄ fiunt ex cur-
ſu verboꝝ ex quadā leuitate et ꝯſuetudīe ma
la:vt dicendo ꝑ deū cras ibo ad eccleſiā vl̄ ie
iunabo:vel equitabo:vel hoc vel illud faciā:
⁊ ſic de alijs.hoc eſt pctm̄ veniale. Cōcordat
Innocen.et etiā Bern. Tamē ſciendū ꝙ non
eſt cautum ſic iurare:q̄uis licitū et verū ſit.
⁊ ex q̄dā leuitate et cōſuetudine fiat.Suꝑ q̄
dicit Criſoſto.ſuꝑ Math. Nemo eſt q̄ freq̄n
ter iurat q̄ nō aliq̄ñ peierat. Itē quō tales q̄
ita frequēter ſine omi cauſa ⁊ rōne dicūt per
deū ⁊ ꝑ oēs ſanctos nō aduertūt dictū xp̄i q̄
dicit in euāgelio. vt habet̄ Math. xij. De oi
v̄bo ocioſo qđ locuti fuerint hoīes reddent
rationē in die nouiſſimo. multo ſtrictiꝰ exi-
get̄ a nobis ratio de talibꝰ q̄tidianis iuramē
tis que ſine cauſa fiunt. Si autē ꝓponis te
emēdare et ampliꝰ non iurare : ſed ſimplicit̄
verba tua ꝓferre dicēdo:eſt eſt nō nō:⁊ poſt
modū ex lapſu lingue iuras:tūc īmediate cō
tere de hoc et dic vnū Aue maria beate v̄gini
tūc ipa īpetrabit tibi grām a filio ſuo vt am
pliꝰ eo melius tibi caueas ne recidiues. B
Circa ſecūdū ſciendū ꝙ blaſphemi ſunt peſ-
ſimi hoīes. qđ oñdit̄ q̄nqꝫ modis. Pmo in h
ꝙ peiores ſunt iudeis:qꝛ iudei tm̄ ſemel cru
cifixerūt xp̄m et occiderūt. ſꝫ xp̄ianꝰ blaſphe
mus totiēs xp̄m crucifigit quotiēs execrabi-
liter iurat. Un̄ apl̄s. Hebre.vi. Rurſum cru-
cifigentes filiū dei. Aug.ſuꝑ Ioh. Flagella-
tus ē xp̄s flagellis iudeoꝝ:flagellat̄ blaſphe
mijs falſoꝝ xp̄ianoꝝ. Et ſi eſſes reus in mor
te xp̄i ſicut pylatꝰ vel cayphas libēter velles
oībus diebꝰ vite tue pniam agere.q̄d tunc fa
ciendum eſt tibi cū ſile pctm̄ totiens ꝑpetra-
ſti blaſphemādo. vñ Gre.ſuꝑ illō Mat.xxvi.
Blaſphemauit ſic dicit. Non minꝰ peccāt q̄
xp̄m blaſphemāt regnantem in celis q̄ꝫ qui
crucifixerunt ābulātē in terris. Inſuꝑ iudei
ignorāter xp̄m crucifixerūt. Un̄ apl̄s.i.Cor.
ij. Si cognouiſſent nunꝙ̄ regē glīe crucifixiſ
ſent:q̄uis illa ignorantia nō excuſet iudeos
qꝛ xp̄s ſepiꝰ dixit eis ꝙ eſſet filius dei:ſed ip
ſi noluerūt credere. Sꝫ xp̄iani blaſphemi xp̄m
ſciunt et credūt filiū dei quem rurſum cruci-
figunt cum ſuis blaſphemijs.⁊ iō grauiꝰ pec
cāt eo ꝙ ſcient̄ peccāt. Un̄ glo.ſuꝑ ps.lxviij
dicit Grauius peccat cōtēnens ſedentē i ce-
lo:q̄ꝫ qui crucifixit ambulantē in terra. Et i
ſignū huius xp̄s nō poteſt orare ꝓ blaſphe-
mis ſicut orauit ꝓ ſuis crucifixoribꝰ dicens
Pater ignoſce illis qꝛ neſciūt q̄d faciunt. qꝛ
blaſphemi bñ ſciūt ꝙ male faciunt. ergo nō
peccant ex ignorātia ſicut iudei fecerūt: ſꝫ ex
certa malicia qđ eſt grauiꝰ:et ideo grauiꝰ pu
nientur in inferno blaſphemi q̄ꝫ iudei. Luce
xij. Seruus ſciens volūtatē dñi et nō faciēs
plagis vapulabit multis. Secundo qꝛ blaſ-
phemi ſunt deteriores canibꝰ: qꝛ canes non
mordent dñꝫ ſuū q̄ eis bñfacit: ſꝫ applaudūt
illi. Sꝫ blaſphemꝰ eodē ore quo bibit vinū ⁊
bñficia dei recipit deū blaſphemat. Un̄ ps.
Retribuebāt mihi mala ꝓ bonis ⁊c̄. Eccl.x
ix. Paſcet et potabit ingratos ⁊ adhuc amā
ra audiet. Mirū eſt ꝙ deꝰ vnꝙ̄ ꝑmittit cre-
ſcere vinū in abūdantia cū tot blaſphemie i
ferunt̄ ei a potatoribꝰ vini. Tertio tales blaſ
phemi peiores ſunt oībus creaturis. qꝛ om-
nis creatura laudat ſuū creatorē:imo omnis
creatura incitat ad laudādū deū: ſicut aqua
laudat deū i ꝯtinuo ſuo curſu: arbores ⁊ her
be ſe erigēdo ⁊ ſuꝑ ſe creſcēdo erga creatorē
ſuū:aues i cātādo:ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle i lucēdo
⁊ ſic de alijs:ſꝫ blaſphemꝰ cū illo mēbro deū
ihonorat in q̄ deꝰ eū p̄ ceteris creaturis ho-
norauit.ſ.in lingua. vñ Ariſ. Nullū aīal na-
turalr̄ hꝫ ſmonē niſi hō : ⁊ hāc liguā accepit
hō vt deū laudet p̄ ceteris creaturis irrōnali
bus. Quarto qꝛ pctm̄ blaſphemie ē pctm̄ dy
abolicū Apoc.xvi. Blaſphemauerūt deū celi ꝑ
doloribꝰ. h̄ itelligit̄ de ill̄ q̄ ſt̄ i iferno:q̄ ꝓpt̄
magnitudinē doloris ⁊ pene deum blaſphe-
māt ḡ blaſphemia ē loq̄la īfernal̄.⁊ blaſphe
mi diſcūt hic deū blaſphemare qđ ē opꝰ dāna
toꝝ:vt i futuro eo meliꝰ ſciāt:ſic boni h̄ aſſu
eſcūt ⁊ diſcūt deū laudare ⁊ bñdicere:vt i fu
turo i cel̄ meliꝰ ſciāt. vñ Ber. Diſcamꝰ i terris
q̄s facturi ſumꝰ laudes i cel̄. Un̄ blaſphemꝰ
hꝫ liguā dyabolicā.qꝛ dyabolꝰ loquit̄ ꝑ blaſ
phemū:ſicut ſpūſſctūs loq̄t ꝑ hoīes bonū et
deuotū. vñ Mat.x. Nō eñ vos eſtis qui lo-



quimini:ſꝫ ſpūs pr̄is vr̄i q̄ loq̄t̄ in vobis. Quī
to qꝛ pctm̄ blaſphemie vix remittit̄. iuxta il-
lud Math.xij. Spūs blaſphemie nō remit-
tet̄.i.vix remittet̄. Hoc facit enormis contē-
ptꝰ q̄ fit xp̄o i illo pctō. īmo tales mľtotiens
efficiūtur peſſimi hoīes ⁊ indurati et obſtia-
ti. Eccl.xxiij. Uir multū iurās īplebit̄ iniq̄ta-
te:⁊ nō diſcedet plaga a domo eiꝰ. Nec īme-
rito:qꝛ blaſphemꝰ infert deo cōtumeliā in ꝑ
ſona ꝓpa:cui alij pctōres cōtumeliā inferūt
in rebꝰ. Sic fur vel latro vel raptor cōtume-
liā īfert deo in rebꝰ ⁊ poſſeſſiōibꝰ ſuoꝝ ſuoꝝ
homicida in ſeruis ſuis. blaſphemꝰ aūt in ꝓ
pria pſona. Itē blaſphemi ex ꝓpria malicia
peccāt:ḡ grauit̄ deū offendūt. qđ ſic ꝓbat̄. qꝛ
in oībꝰ alijs pctīs videt̄ in hoīe eſſe aliq̄ dele
ctatio vel vtilitas ꝓpter quas homo induci
tur ad peccandū. vt in ſuꝑbia q̄dā extollētia
in auaricia cupiditas rerū ⁊ pecunie. ⁊ in lu-
xuria delectatō ꝯcupiſcētie. Sub pctō aūt blaſ
phemie nihil delectabile nec vtile inuenit̄ ꝓ
pter qđ hō inducat̄ ad blaſphemandū deū.
pctm̄ eñ tanto magiſ aggrauat̄:q̄to minus
hꝫ impulſiua. Un̄ ſenex plus peccat q̄ꝫ iuue-
nis in fornicādo:ꝓpt̄ minorē inclinationē
quā hꝫ ad pctm̄ luxurie. Cōmētator ſex prin-
cipioꝝ. Cōplexio iuuenū eſt calida ⁊ humida
ſenū aūt ſicca et frigida. D Circa tertiū
ſciēdū ꝙ blaſphemi grauiter punient̄ a deo
p̄mo in corꝑe. Et q̄nqꝫ blaſphemꝰ punitur in
eodē mēbro i quo deū blaſphemauit. Et iſu-
per pctm̄ blaſphemie legit̄ punitū grauit̄ in
veteri teſtō. Un̄ Leuit̄.xxiiij. Cū q̄dā blaſphe
maſſet ⁊ maledixiſſet nomē dñi adductꝰ eſt
ad Moyſen ⁊ Aaron qui miſerūt eū in car-
cerē donec noſcerēt q̄d iuberet dñs deꝰ de eo
fieri. q̄ locutꝰ eſt ad moyſen dicēs. Educ blaſ
phemū extra caſtra:et ponāt oēs q̄ audierūt
manꝰ ſuꝑ caput eiꝰ: et lapidet eū vniuerſus
ppl̄s. qđ ⁊ factū ē. Deinde ꝓmulgauit dñs
legē d̄ pena blaſphemoꝝ dicēs. Loquere ad
filios iſrael. Hō q̄ blaſphemat nomen domi
ni morte moriat̄. lapidibꝰ eū opprimet omnis
multitudo ppl̄i. O ſi iā oēs blaſphemi lapi
dari deberēt q̄ꝫ plures iā in mūdo cēnt. Itē
aliq̄ñ puniūtur a deo in p̄nti cum ſubitanea
morte. Un̄ refert Gre. in dya. ꝙ q̄dā ciuis ro
me tenere dilexit quēdā puerū q̄nqꝫ annorū
q̄ ꝯſuetꝰ erat blaſphemare nomē dñi ſtatim
qñ aīo eiꝰ aliq̄d obſtitiſſet. Quadā die cū pr̄
eiꝰ cū teneret i brachijs. clamauit puer. Ni-
gri hoīes veniūt qui me tollere volūt. Et pr̄
r̄ndit. Noli timere fili mi. Et puer. Nō vides
hoīes nigros me tollere volentes.⁊ ſic puer
cepit tremere. Et demones in nigroꝝ hoīm
ſpecie acceſſerūt:et puerū de brachijs patris
violēter receperūt et in fruſta corpus pueri
diſcerpſerūt. Si ḡ deꝰ in puero quinqꝫ ānoꝝ
pctm̄ blaſphemie ſic vindicauit:q̄d tunc faci
et in adultis. J Un̄ ſciēdū vltio ꝙ nō ſo
lū culpabiles ſunt apud deū ipi blaſphemi:
ſꝫ etiā iſti q̄ ꝑmittūt pctm̄ illud cum ꝓhibere
poſſent. vt pentes qui nō corrigūt pueros ſu
os cū nomē dei blaſphemāt. ⁊ talia pctā pu
eroꝝ redūdabūt in ipos pentes. Ergo q̄libꝫ
pat̄ ⁊ mr̄ cū audirent pueros ſuos blaſphe-
mie v̄ba ꝓferre deberent eos cuꝫ aſꝑa virga
bene diſciplinare ne amplius audirent talia
ab eis. et hoc eſſet acceptū deo et ipſis parē-
tibus meritoriū. Silr̄ illi culpabiles ſunt q̄
permittunt deo contumeliā in domibꝰ ſuis
inferre q̄ ꝓhibere poſſent. Nullus eñ libent̄
permitteret cōtumeliā fieri patri vel matri
vel alicui ſuo conſanguineo quē diligeret:ſi
hoc impedire poſſet. O q̄ꝫ infelices chriſtia-
ni ſunt illi q̄ ꝓpter tp̄ale lucrū ꝑmittunt in
domibus ſuis cōtumeliā inferri patri celeſti
vel beate virgini marie q̄ eſt mater noſtra:⁊
ſctīs dei qui ſunt frēs nr̄i. Item dñi et recto
res ciuitatū ⁊ villarū q̄ ꝑmittūt deū blaſphe
mari:pricipes ſunt illoꝝ pctōꝝ. Ro.i. Digni
ſunt morte non ſolū q̄ faciūt:ſꝫ etiā q̄ conſen
tiunt facientibꝰ. Magna eñ eſt ꝑuerſitas p̄n
cipū ⁊ rectorum terrarū qui bona ſubditorū
accipiūt ꝯ ꝓhibitionē dei et in diſpēdiū pro
prie ſalutiſ:⁊ qñ poſſent liciter ad honorē dei
recipe bona ſubditoꝝ tunc nolūt. qꝛ q̄lꝫ dñs
terrarū poſſet pecuniariā penā iponere blaſ-
phemātibꝰ ⁊ ſtricte ab eiſdē talē penā pecu-
niariā recipe:⁊ ad honorē dei expēdere.

¶ Alius ſermo de eodē.

V Et q̄d cogitatiſ mala in cordibꝰ ve-
ſtris. Iſtū ſermonē de cogitatōi
bus q̄re infra ſermo.cxxxviij.

¶ Dñica.xx.ſer.cxxiiij.de nuptijs ſpūalibus.

S **Imile factū eſt regnū ce**
lorū hoī regi q̄ fecit nuptias filio
ſuo. Mat.xxij. Sciēdū ꝙ nuptie
ſunt triplices.ſ. carnales que fi-
unt inter virū et mulierē. Spūales q̄ fiūt in
ter aīam ⁊ xp̄m:et celeſtes que fiunt in celo.
Un̄ de ſpūalibꝰ nuptijs ſpāliter in p̄ſenti ſer
mone tria ſunt dicēda. Pmo quō anima dici
tur ſpōſa xp̄i.⁊ q̄ xp̄s fecit ꝓ ea vt eā ſibi co-
pularet. Scđo que debet habere aīa vt deo

ſponſo ſuo placeat. Tertio exẽplū. ℞ Cir
ca primum ſciendū ꝙ aīa hoīs dicit̃ ſponſa
xp̄i q̃ ſibi copulata ē ī baptiſmo ꝑ fidē. Vn̄
dicit dn̄s ꝑ ꝓphetā Oſee. ij. ad quālꝫ animā
Spōſabo te mihi in fide. Et ſicut zelotes ter
renꝰ ꝓ puella quā ſibi copulare cupit int̃ ce-
tera q̄nqꝫ facit quibꝰ zelū ſuū illi apit: ſic ⁊
zelotes ille celeſtis facit. Primo zelotes ille
terrenꝰ portat ꝓ amore puelle quam diligit
ſertū: cirothecas depictas: ⁊ calceos exciſos
cingulū latū ⁊ depictū: veſtes curiales. Se-
cūdo ꝓ amore eius ip̄e cātat cātilenas ama-
torias. Tertio ei tribuit pulchra clinodia.
Quarto ꝓ illa laborat. Quinto aures puelle
pulſat rogās eā tā ꝑ litteras tā ꝑ ſeip̄m q̄ ꝑ
nūcios. Sic deꝰ feruētiꝰ oī zelote terreno la
borauit: vt aīam tuam ſibi attraheret ac tibi
placeret. Prio ſertū. i. ſpineā coronā ꝓ te pu-
blice portauit. cirothecas depictas: ⁊ calceos
exciſos. i. vulnera manuū cruētata: ac pedū
foramīa ꝓ te tulit. cingulū depictū. i. liuores
flagellorū. veſtes curiales. i. veſtē purpuream
pylati: ⁊ albā veſtē herodis tibi ad laudē ⁊
gloriā: ſibi vero in opprobrium et illuſionem.
Secūdo cātilenas amatorias in cruce altiſo
ne cātauit. nec vnā quidē: ſed ſeptē oī inſtr̄o
muſico dulciores. Ad quarū melodiam ſol in
celo obſcuratꝰ: latro in cruce conuerſus eſt.
Maria iux̃ crucē turbabat̃. terra cōtremuit.
petre ſciſſe ſunt. ⁊ velū tēpli diuiſū ē a ſum
mo vſqꝫ deorſum. De iſto cātico dicit̃ in ps.
Et nocte cāticū eiꝰ. ſ. cū ſol obſcuraret̃. De q̄-
libet ſupradictorū ⁊ infra dicēdorū dr̄ Eſa. ix.
Zelus dn̄i exercituū faciet hoc. Tertio dat et
dedit clinodia nobiliſſima ꝓ aīe tue dilectio
ne. nō aūt de burſa vt alij zelotes: ſꝫ de corde
ſuo ſanguinē ⁊ aquā: et clauicl'os pedū ⁊ ma
nuū eiꝰ. Quarto ꝓ ip̄a aīa multiplicit̃ labo-
rauit q̄ſi in tormēto more zelotū totꝰ clipeus
ſuꝰ ꝑforatus eſt. O nobilis dn̄a aīa tibi totū
ad laudē ⁊ honorē: nō ſibi ad vtilitatē ſuba-
lem. Eſaie. ij. Dn̄s ſicut fortis egrediet̃: ſicut
vir pugnator ſuſcitabit zelū. Tā fortit̃ ibi cō
tra hoſtes nr̄os dimicauit ꝙ cicatrices quas
ibi ꝑtulit vſqꝫ ad vltimū diē iudicij nō ob-
ducent̃ ſine dolore. tn̄ ea nūc ſeruauit. ſ. in ſi-
gnū amoris nr̄i. imo dubiū eſt an velit ip̄as
cicatrices etiā poſt iudiciū ſeruare. Quīto ro
gat myſterialit̃ litteris veteris ⁊ noui teſta-
mēti: ⁊ ꝑ ſeip̄m multiplicit̃ in euāgelio: ⁊ eti
am ꝑ nūcios. i. p̄dicatores. De p̄mo ps. De ſe
cūdo. Eccl'. xxxv. Bn̄placitū ē deo recedere ab
iniq̄tate: ⁊ dep̄catio recedere ab iniuſticia. Eſa.
lxv. Expādi manꝰ meas tōta die ad ppl'm in
credulū q̇ gradit̃ in vijs nō bonis. tn̄ de q̄buſ
dā cōquerit̃ Jere. xv. Laboraui rogās ⁊ tn̄ a
vijs ſuis nō ſunt reuerſi. Per tertiū rogat. ſ.
ꝑ p̄dicatores q̇ nūcij ſui ſunt et q̄ſi os ſuum.
Vn̄ q̄tiēs p̄dicatorē audiſti: totiens rogauit
te deꝰ cōuerti q̄ſi ore ſuo. Luc. x. Qui vos au
dit me audit. Exo. iiij. Perge ergo et ego ero
in ore tuo: doceboqꝫ te q̇d loq̄ris. Et non ſolū
dn̄s mādat hoī ꝑ predicatores: ſꝫ etiā ꝑ ſe ro
gat vt cōuertat̃ dicēs in canticis q̄ter. reuer
tere: reuertere: reuertere: reuertere. L Cir
ca ſecūdū ſciēdū ꝙ ſponſa xp̄i dꝫ q̄nqꝫ hr̄e q̄
docuerūt ſarā parētes eiꝰ vt ſpōſo ſuo. ſ. xp̄o
placeat. Primū eſt honorare ſoceros. Xp̄us
em̄ factꝰ eſt ſponſus in baptiſmo aīarū nr̄arū
ꝑ fidē: cuiꝰ pr̄ in celis eſt deꝰ: cuiꝰ mater i ter
ra eſt btā v̄go. Patrē em̄ eiꝰ in hoc honora-
re debemꝰ vt obediamꝰ ei in his q̄ p̄cepit: et
oīa opa nr̄a ad honorē ipſiꝰ ordinemꝰ. Ad h̄
hortat̃ apoſtolꝰ cū dicit. i. Cor. x. Oīa q̄cūqꝫ
facitis ī v̄bo vl' ope ī noīe dn̄i facite. Matrē
eiꝰ ſilr̄ honorare debemꝰ vt ip̄am diligamus
⁊ ei tāq̄ matri ſuiamꝰ ⁊ eā ſignant̃ in caſti-
tate ⁊ hūilitate ſeq̄mur. Scd̄m ē diligere ma
ritū. i. xp̄m. Et ip̄e vere digne diligit̃. fecit ei
ꝓ aīabus nr̄is qd̄ nūq̄ aliq̇ſ maritorū feciſſꝫ
pro ſua vxore. Quis em̄ ſanguinē ſuū ita co
pioſe effunderet vt vxori ſue balneū ex eo fa
ceret: vt ſic a lepra mundaret̃. Hoc fecit xp̄s
ꝓ ſponſa ſua. Item ſi quis haberet vxorē de
functā: nūquid ꝑmitteret ſe occidi vt ꝑ mor
tem ſuam vxor ſua viuificaret̃. Et hoc xp̄us
fecit: q̄ ꝓ aīa noſtra mortuꝰ eſt. Nec em̄ hoc
ſuffecit ſue incōparabili dilectioni. quin ip̄e
dat aīabus nr̄is quotidie corpus ſuū in cibū
⁊ ſanguinē ſuū ī potū. vn̄ Joh. vi. Caro mea
vere ē cibꝰ: ⁊ ſanguis meꝰ vere eſt potus ⁊c̄.
Tertiū ē ꝙ dꝫ regere domū ⁊ familiā. domū
id eſt cor et ꝯſciam vt oīa ibi ſint pulchra ni-
hil feditatꝭ vl' pulueris vel fumi ibi ꝑmittēs
⁊ oīa q̄ facit faciat pure ꝓpter deum. et ſi ali
quādo facit cōtrariū hoc ꝑ cōtritionē ⁊ ꝯfeſ
ſionē optīe purget̃. M Itē regere dꝫ fa
miliā. Hꝫ em̄ aīa. i. xp̄i ſponſa tres puellas
nobiles ſeruiētes ei interiꝰ: ⁊ quinqꝫ minus
nobiles exterius. Tres interiꝰ ſeruiētes ſunt
tres potentie aīe. ſ. memoria: intellectꝰ: ⁊ vo
luntas. illas ſuitrices ſpōſa chriſti ſic regat
vt ſcilicet memoria ſit camera patris in qua
habitet per cōtinuā recordationē. intellectꝰ
ſit camera filij in qua habitet per vere fidei
cognitionē, volūtas ſit camera ſpūſſancti in



qua habitet ꝑ amorē. Quinqꝫ puelle exterio
res ſunt q̄nqꝫ ſenſus corpis quos regere dꝫ
ſpōſa xp̄i: vt oculi nō videāt q̄ nō lꝫ videre.
vn̄ Greg. Non lꝫ videre qd̄ nō lꝫ cōcupiſcere
Silr̄ auditꝰ cuſtodiēdꝰ eſt ne q̄cq̄ indecens
aut malū libenter audiat. Silr̄ pedes q̄ ad
greſſum: manꝰ quo ad tactū cuſtodiēde ſunt
⁊ ſic de alijs. Quartū eſt ſeruire ad menſam
⁊ ad lectū: q̄ ſponſa xp̄i dꝫ xp̄o p̄parare lectū
id eſt ꝯſciam bonā purā ⁊ ſecurā. Vn̄ Canti. i.
Lectulus nr̄ floridꝰ. vn̄ Salo. Secura mens
quaſi iuge ꝯuiuiū. Ber. Magne diuitie ſunt
bona ꝯſcia ⁊ vera q̇d in rebꝰ melius q̇d in
corde dulcius: q̇d in terra q̇etius atqꝫ ſecuri
us bona ꝯſcia. Sic ecōuerſo ē de mala ꝯſcia
Iſid. de ſum. bo. Nulla pena eſt grauior ma
la ꝯſcia. Vis aūt nunq̄ eē triſtis. bn̄ viue. bo
na ꝯſcia ſp̄ gaudiū hꝫ. reus animꝰ nūq̄ eſt ſe
curus. Itē ſponſa xp̄i ſuire dꝫ ſponſo ſuo ad
menſam p̄pando ei bona cibaria. Sunt illa
cibaria bona opa q̄ q̇s facit in gr̄a. Vn̄ Joh.
iiij. Meus cibꝰ eſt vt faciā volūtatē eiꝰ qui
miſit me. Ergo q̄t bona opa facis: tot fercu-
la xp̄o ſpōſo tuo p̄paras. Et ſpōſa xp̄i dꝫ di-
ligenter opa ſua facere ⁊ nō vſqꝫ ad mortem
differre: nec de die in diē ꝓtrahere. vn̄ Joh.
ix. Operamini dū dies eſt: venit ei nox q̄n ne
mo opari pōt. Quintū eſt ſe irrep̄henſibilē
exhibere corā hoībꝰ ne vel exterius vel in do
mo interiꝰ aliq̇s ſcandalizet moribꝰ: verbis:
vita: vel exēplo. N Vn̄ ſciendū ꝙ ad ex-
teriorē diſciplinā inducūt nos tria. Primū
eſt ſi ꝯſideremꝰ q̄liter cū illa ſctōs angelos
letificamꝰ: q̄ angeli gaudēt cū vidēt bonos
geſtus in nobis. Scd̄m eſt ſi ꝯſideremꝰ ꝙ ꝓ
ximus noſter inde emēdatur. Tertium eſt ꝙ
ſpūalis diſciplina cōſeruat in nobis gr̄am.
Sꝫ diceres. ꝑ q̄ cognoſcat̃ aliq̇s eſſe ſpūalit̃
diſciplinatꝰ. Rn̄det̃ ꝑ tria ſigna. Primū ſi
hō hūiliat ſe in oībꝰ opibꝰ ⁊ geſtibꝰ. Scd̄m
eſt ſi hō ē dulcis in verbis. q̇ em̄ plane ⁊ dul-
citer loq̄tur ⁊ r̄n̄det p̄ximis: ille eſt deo ⁊ hoī
bus dilectꝰ. Tertiū eſt ſi ī oībꝰ opibꝰ: moribꝰ:
geſtibꝰ: ⁊ motibꝰ timet deū offendere ⁊ p̄xi-
mū ſcandalizare. Exēplum. Quedam puella
cuiꝰ nomē erat Alexādria ſeip̄am fecit inclu
di: ⁊ ꝑ foramē exiguū alimēta ſuſcepit: ⁊ nec
viros nec mulieres in decē annis vnq̄ vidit
nec vultū ſuū alicui oñdit: ⁊ cām ſue incluſio
nis referebat dicēs. Cuiuſdā inquit iuuenis
animꝰ in mea pulchritudine quondā fuit le
ſus: ⁊ ne viderer reū vel ꝯtriſtare vel p̄dere.
malui me q̄diu vixero potiꝰ includi: q̄ aīam
proximi mei ad ſilitudinē dei factā cum pul
chritudine mea a deo retrahere et occidere.
Itē cū q̄reret̃ ab ea quō ſic poſſet viuere: r̄n̄-
dit. A p̄ncipio diei paſſionem xp̄i meditor ⁊
orōni vaco: ⁊ opus ex lino facio: poſtea ꝑ ſan
ctos p̄triarchas: ꝓphas: apl'os: martyres: cō
feſſores: ⁊ v̄gines cogitatōe diſcurro meditā
do quō iā clare vidēt faciem dei in celo. ⁊ quō
ip̄is mille anni ſunt tāq̄ dies heſterna q̄ p̄-
terijt an̄ ꝯſpectū dei: ceteris horis cibum ca
pio. Appropinquāte nocte dn̄m meū cū ma
xima q̇ete glorifico ⁊ laudo: finēqꝫ vite mee
cū ſpe bona patienter expecto.

¶ De eadē dn̄ica ſer. cxxv. de penis inferni.

l Igatis manibus ⁊ pedi
bus mittite eum in tenebras exte-
riores. Math. xxij. In h̄ ꝙ dāna
ti habebūt ligatas manꝰ ⁊ pedes
dat̃ intelligi ꝙ nūqꝫ ab illa pena poterunt
exire. In hoc ꝙ ſunt miſſi in tenebras ext̃io-
res dat̃ intelligi ꝙ nūqꝫ ad dei miam pote-
runt ꝑuenire. Dicunt̃ ei tenebre iſernales ex
teriores: q̄ ſunt ex̃ ambitū diuine mie. Vn̄
Grego. li. ix. moral'. Quiſqꝫ ad inferni mala
tolerāda deſcēderit: nequaq̄ vlteriꝰ ad lucē
redibit: q̄ nequaq̄ vltra mia ꝑcētis liberat
quos ſemel in locis penalibꝰ iuſticia iudicā
tis dānat. ḡ dicit. Ligatis manibꝰ ⁊c̄. O
Vn̄ ſciendū ꝙ ſicut ſcti angeli hn̄t nouē cho
ros in celo: ſic dānati p̄ncipalr̄ hn̄t nouē pe-
nas in inferno. Prima pena dānatorū in in-
ferno eſt calor ignis. Vn̄ xp̄s dicet dānatis
in iudicio illud Math. xxv. Ite maledicti in
ignē eternum. Et iſte ignis p̄ns hꝫ ſe quo ad
calorē reſpectu ignis infernalis tāqꝫ ignis ī
pariete depictus ad ignē verū: q̄ ſicut ignis
depictꝰ hꝫ magnā differentiā reſpectu ignis
noſtri quo ad calorē: ſic ignis noſter hꝫ ſe re
ſpectu ignis inferni. Modo ſi q̇s digitum ꝑ
horam vnā tenere deberet in igne nr̄o mul-
tum affligeret̃: quō tūc affligēdi ſunt illi q̄
cū corpe ⁊ aīa in igne infernali ineternū cru-
ciādi ſunt vbi pene corū nūqꝫ finē habebunt
q̄ ſm̄ Ariſt. ij. de gn̄a. Impoſſibile eſt infini
ta ꝑtranſire. Vn̄ ſi alicui aīe dānate fieret ta
lis optio ſiue ꝯditio: vt deꝰ ad eā diceret hāc
gr̄am tibi facio aīa. volo ꝙ oīa frumēta q̄ vn
ꝙ creuerūt ab initio ſeculi ad vnū cumulum
cōgregent̃: ⁊ ſp̄ poſt mille annos vnū granū
de illo accipiat̃: ⁊ ſic ꝯſumpto cumulo tu ſal
ua fies. illa aīa diceret deo gr̄as. Inſuꝑ dice
ret. Benedictus dn̄s in donis ſuis: q̄ pena

mea q̄ꝫuis maria adhuc finē habebit: q̄uis adhuc ꝑ multa milia annoꝝ pati me opoꝛteat. Sꝫ nō ita erit. qꝛ in inferno nulla eſt redēptio. qꝛ pena τ ignis infernal' eſt infinita. vñ Eſa. vlti. Ignis coꝝ nō extinguef. Vñ etiaꝫ Ariſt. viij. phiſi. Finiti ad infinitū nulla eſt ꝓportio. Hoc q̇s cogitare deberet cū peccare ꝓponeret τ digitū ſuū ad ignē applicare et pꝛobare an p̄ſentē ignē poſſet ſuſtinere. qȯ ſi nō: quō tūc ignē infernalē eternaliter ſuſtinebit. Vñ legit̄ in vitaſpatrū φ q̇dā ſctūs vꝛ ꝓpter quandā mulierē marie eſt tēptat⁹. q̇ volēs ꝓbare an poſſet ſuſtiere penā infernalem q̄ illi pctō luxurie debef: cōbuſſit digitos ſuos τ ſic cōpeſcuit in ſe illā vehemēteꝫ carnis tēptationē. P Scd̄a pena ē frigus intolerabile. Nā dānati de maxīo caloꝛe ꝓȳciunf in maximū frig⁹ vt ex hac cōmutatiōe pene eoꝝ aggrauent̄. vñ Job. xxiiij. Trāſibūt ab aq̇s niuiū in caloꝛē nimiū τ ecōuerſo. vñ Fulgēti⁹ in quodā ſer. dic̄. Duo p̄ncipalia toꝛmēta ſunt in inferno. ſ. frig⁹ intolerabile. τ caloꝛ ignis inextinguibil'. Vñ legif̄ in euā. Ibi erit flet⁹ τ ſtridoꝛ dentiū. Flet⁹ nāqꝫ in liq̄factiōe oculoꝝ de caloꝛe naſcif̄: ſtridoꝛ v̄o dentiū ḋ frigoꝛe oꝛif̄. Tertia pena ē fetoꝛ maxim⁹. nec mirū vbi tot cadauera cremabūtur. qꝛ ſi h̄ vnū cadauer in ignē poſitū cremaref̄ fetoꝛē emitteret intolerabilē. q̇d tūc erit ibi vbi q̄ſi infinita cadauera ī igne τ ſulphure cōburēda ſt̄. vñ Apo. xxi. Pars illoꝝ erit ī ſtagno ardēti igne τ ſulphure. Johel'. ij. Aſcēdet fetoꝛ ei⁹ τc̄. O pctōꝛ ſi times fetoꝛem p̄ñtis ſeculi q̄re nō times fetoꝛē inferni. Nā ſic̄ odoꝛ ſuauiſſim⁹ eſt in celo q̇ ſupat oīa aromata hui⁹ mūdi: ſic ecōuerſo in inferno ille fetoꝛ maioꝛ eſt q̄ꝫ ſi oīa cadauera mūdi in pice ſulphure: τ igne cremaref̄. Et q̇lꝫ hō h̄ cogitare dꝫ q̄ñ aliq̇d fetet ī p̄ñti qȯ eū ledit. quō ſuſtinebit iſtū futurū fetoꝛeꝫ inferni ſi illud modicū qȯ h̄ fetet ſic te ledit. Sic etiā q̄ñ q̇s aliq̇d dulce guſtat: vel aliquā reꝫ pulchrā videt cogitare dꝫ de dulcedine celeſtiū τ claritate τ pulchꝛitudine electoꝝ. vñ Ber. Dulcedo oīm creaturaꝝ ſi q̇s debite aduertit nihil aliud eſt niſi φ ad illā eternā dulcedinē nos inuitat. Sic ſil'r intelligēdū eſt de penis.

Q Quarta pena īferni ē fames τ ſitis. vñ p̄s. Famē patienf̄ vt canes τc̄. Hāc penā guloſi cogitare deberēt q̇ hic in crapula die τ nocte viuūt: τ laute comedūt τ p̄cioſa pocula bibūt: τ ſic in voluptate carnis q̄tidie viuūt q̇b⁹ xp̄s in euā. maledicit dicēs. vt hr̄. Lu. vi. Ve vob̄ q̇ nūc ſaturati eſtis: τ ecōuerſo dr̄ de bonis q̇ in abſtinētia viuūt. Bti q̇ nūc eſurit̄ qꝛ ſaturabimini. Itē nō ſolū patienf̄ famē: ſꝫ etiā maximā ſitim: qꝛ ſt̄ in maximis caloꝛib⁹: ex q̇b⁹ gn̄af̄ maxia ſitis. vt h̄ pꝫ in euāge. Lu. xvi. de epulone q̇ petiuit vnā ſolā guttā aq̄ dicēs. Pr̄ abrahā mitte lazarū vt intīgat extremū digiti ſui in aquā. vt refrigeret linguā meā: qꝛ crucioꝛ in hac flāma. Silr̄ ꝯtiget illis q̇ hic in ebꝛeitate viuūt. qꝛ vt dicif̄ Sapie. xi. Per q̄ hō peccat ꝑ hec τ punicf̄. Vñ ſicut h̄ bibūt dulcia pocula. ſic ibi habebūt amara τ amariſſima pocula. De q̇b⁹ dicit p̄s. Ignis ſulphur ſpūs ꝓcellarū ꝑs caliç eoꝝ. Sicut eñ vinū in p̄ñti intrat in hoīem τ coꝛ letificat: ſic amaritudo pot⁹ infernal' totum hoīem in oīb⁹ mēbꝛis penetrat τ ꝯtriſtat. et de h̄ q̄re exēplū. ſ. xcix. P. R Quīta pena inferni eſt hoꝛrida viſio demonū. ſic eñ de⁹ τ ſcti delectabiliter ſunt vidēdi: ita ecōuerſo in inferno eſt hoꝛribilis viſio demonū τ dānatoꝝ: qꝛ ſi nullā penā aliam hr̄ent: iſta ſola eis ſufficeret. Vñ legif̄ φ q̇dā frat' iacēs in agone τ vidēs demonē hoꝛribil'r clamauit. τ poſtq̄ꝫ frēs ad ip̄m ꝯuenerāt τ cām clamoꝛis q̄rerēt r̄ñdit dicēs ſe vidiſſe hoꝛribilē viſiōes demonū: τ ſi daref̄ ei optio poti⁹ vellet intrare ſuccēſum clibanū, q̄ꝫ illā hoꝛribilē viſionē adhuc ſemel videre. hoc illi ꝑpēdere deberēt qui h̄ viſuꝫ ſuū ad vanitates mūdi ſpgūt vidēdo choꝛeas τ oꝛnatas mulieres in q̇ q̄ñqꝫ grauiter deū offendūt. Mat. v. Qui vident mulierē ad ꝯcupiſcēdū eā τc̄. Itē hoc illi delicati attēdere deberēt q̇ h̄ nō p̄ñt videre hominē lepꝛoſuꝫ vel alios infirmos hoīes abhoꝛrēt videre. quō tūc videre poterūt demones τ dānatos in inferno. S Sexta pena ſunt vīcula τ tenebꝛe. Vñ dr̄ in v̄bis p̄miſſis. Ligati manib⁹ τ pedib⁹ τc̄. Sciendū φ illi p̄ncipal'r ligant̄ manib⁹ τ pedib⁹ q̇ h̄ ī mūdo ꝑ illicitos tact⁹ τ greſſus deū offenderūt ſcꝫ amplexādo: oſculādo: τ alios τ ſeipos illicite tāgēdo. ſil'r choꝛiꝫādo τ ſaltādo τ ſupbe cū pedib⁹ īcedēdo τ tales tūc maledicēt ſibi τ mēbꝛis ſuis dicētes. Maledicte man⁹ mee q̄ ꝑ malū τ illicitū tactū p̄uaſtis me coꝛona glie: iā ꝓpt̄ vos ducoꝛ ad ignē ḋ q̄ nūq̄ꝫ egrediar ve vob̄ pedes mei maledicti q̇d mihi miſero imputaſtis φ ꝑ malū greſſuꝫ vr̄m mihi ianuā celi clauſiſtis. Ingredimī poꝛtas īferni q̄ vob̄ nūq̄ aplī⁹ apienf̄. O maledicti oculi q̇ nūq̄ ꝓ pctis meis v̄acif̄ vnā lachꝛymā fudiſtis. Iā incipit vr̄ flet⁹ intolerabilis. Et



iā ꝑ mille milia ānoꝝ meroꝛē habueritis nū q̄ inde ꝯſolatoꝛē hēbitis. O maledictuꝫ coꝛ meū iā incipit triſticia tua quā nūq̄ ſequef̄ aliq̄ leticia τ ꝯſolatio. T Querif̄ h̄ vtrū in inferno ſit aliq̄ lux. R̄ñr φ ibi eſt lux mixta fumo ad vidēdū ea q̄ cōtriſtāt dānatos. Vñ Iſiḋ. de ſum bo. li. iiij. Ignis gehēne τ lucebit miſeris ad augmētū pene vt videāt vñ doleāt. τ nō lucebit ad ꝯſolationē vt videāt vñ gaudeāt. Hoc pꝫ. Nā dānati hn̄t maxiam inuidiā ſicut iſti in celo hn̄t maximā charitatē τ cū vident btōs in celo ex hoc toꝛq̄būtur. qꝛ inuidēt illis de tāta glīa: et dolēt de ſeipſis qꝛ talē et tātā gl'iam peccādo amiſerunt. Vñ Ber. Dānati vidēt vñ doleāt. ſ. bonum qȯ amiſerūt. et iuſti videbūt et letabūtur ꝯſiderantef q̇d euaſerūt. Vñ etiā Gre. Ut pctōres in ſupplicio ampli⁹ puniant̄ eoꝝ vidēt glīaꝫ quos cōtēpſerunt. V Querif̄ an dānati recoꝛdent̄ de bonis q̄ hic in p̄ſenti mūdo habuerūt. R̄ñr φ ſic. et hoc ī augmētū pene eorum. vñ Hiero. in oꝛigīali ſup Eſa. In ꝯſummatione mūdi p̄teritarū delitiarū recoꝛdatio erit materia cruciatuū. Vñ qui hic diues fuit: et ibi paup erit. iſte recoꝛdabitur voluptatū τ delitiarū q̄s habuit in cibo τ potu τ veſtitu: vt eo ibi pl⁹ toꝛqueaf̄ ex recoꝛdatiōe p̄teritaꝝ delitiaꝝ. Silr̄ q̇ h̄ in honoꝛe fuit: et ibi deſpect⁹ erit. Sil'r q̇ hic ſe ſnp alios exaltauit τ ibi erit ſuppꝛeſſus in igne infernali. oēs tales recoꝛdant̄ p̄teritoꝝ bonoꝝ: et h̄ cedet eis in augmētū pene τ triſticie. vñ Boeti⁹ in de cōſolatōe phīe. Infeliciſſimū gen⁹ ī foꝛtunij ē recoꝛdare ſe fuiſſe felicē. h̄ ꝓbatur ſic. qꝛ cū q̇s de diuitijs ad magnā paupꝑtateꝫ τ penuriā ꝑuenerit. ita φ opꝫ eū poſt abūdātiā ſuſtinere miſeriā. tūc plus ledif̄ q̄ꝫ iſte q̇ ſp̄ in paupꝑtate vixit. qꝛ difficile ē ꝯſueta relinquere. vñ Ariſt. ij. rheto. Separi ab amicis τ cōſuet̄ miſerabile ē. Septīa pena ē miſerabilis clamoꝛ τ flet⁹ dānatoꝝ. τ inſup terribilis vlulat⁹ demonū. Nā ſic̄ delectabile eſt audire in celo cantū τ laudē angeloꝝ q̇ inceſſabili voce ꝓclamāt. Sctūs: ſctūs: ſctūs dn̄s de⁹ ſabaoth: pleni ſunt celi τ terra gloꝛia tua τc̄. Silr̄ dulce ē audire laudē btōꝝ q̇ cōtinue deum laudāt. Vñ p̄s. Beati q̇ habitāt in domo tua dn̄e: in ſecula ſec. lau. te. Sic econuerſo ē hoꝛribile τ terribl'e audire clamoꝛē dānatoꝝ et vlulatū demonū. Vñ de clamoꝛe dānatoꝝ dr̄ Zacha. xij. Plangit terra. ſ. infernalis familie τ familie ſeoꝛſum. nā ſeoꝛſum clamat τ plāgit familia ſupboꝝ: et ſeoꝛſum familia luxurioſoꝝ. et ſeoꝛſum familia auaroꝝ. et ſic de alijs. τ ſi triſte ē in p̄ñti audire clamoꝛem hoīs tribulati q̇ clamat in vulgari a larme. Quid tūc erit vbi oēſ dānati clamabūt. ve. ve ve. vt hr̄ Apoca. viij. Ve φ vnq̄ nati ſum⁹. ve φ ſm̄ carnē vixim⁹. ve φ vnq̄ illicite gauiſi ſum⁹. Et q̇ h̄ mag̃ lete cantauerūt τ illicite cū cachinnis riſerūt τ in muſiq̄ fiſtulis: et in cytharis maioꝛē cōplacētiā hūerūt: tl'es ī futuro triſtabili⁹ clamabūt τ flebūt. Luc̄. vi. Ve vob̄ q̇ nūc ridet̄ qꝛ lugebit̄ τ flebit̄. X Octaua pena ē moꝛs et̄na τ ꝑpetua triſticia ſine oī conſolatione. p̄. Moꝛs depaſcet eos. Et ſi p̄ñs τ tp̄alis moꝛs q̄ ſm̄ Ari. nihil aliȯ eſt q̄ receſſus aīe a coꝛpe. ita hoīeꝫ cruciat φ nec ſtare: nec ſedere: nec quicq̄ facere pōt p̄ doloꝛe. O q̇d tūc faciet ꝑpetua moꝛs in dampnatis. vñ Gre. i omel'. Erit eñ miſeris moꝛs ſine moꝛte defect⁹ ſine defectu. qꝛ moꝛs ibi ſp̄ īcipit. deficere neſcit. vtinā dānati moꝛi poſſent: ſꝫ heu neſciūt moꝛi. Apo. ix. In dieb⁹ ill' q̄rent hoīeſ moꝛtē τ nō inuenīēt. Si eñ dampnat⁹ hr̄et oīa regna mūdi libēter daret vt ſemel moꝛi poſſet. Vñ Aug. in ſer. Quare ī iferno moꝛs q̄ritur et nō inuenif̄: q̄m quib⁹ in h̄ ſeculo vita offerf̄ et nolūt accipe. in inferno q̄rēt moꝛtē τ nō poterūt inuenire. O q̄ꝫ ſtultum eſt in pctis viuere: τ in eiſdē gaudere qꝛ talis ꝑ tale gaudiū puiuabif̄ eterno gaudio. Greg. Nemo pōt hic gaudere cum hoc ſeculo et illic regnare cū deo. A Nona pena eſt ſepatio a deo τ a btā v̄gine maria et ab omībus ſctis τ āgelis. Et inſup iungi lucifero et oīb⁹ demonib⁹ ī īferno. τ iſta ſepatio a deo τ a ſctis ē amariſſima. vñ Criſoſto. ſup Mat. Due ſunt pene eternales. excidi: τ in ignem mitti. Multi gehēnā hoꝛrēt: ego v̄o caſum gl'e mlt̄o maioꝛē foꝛe dico. Etem decē milia meli⁹ eēt ſuſtinere fulmia q̄ xp̄i faciē māſuetiſſimā auerſam in iudicio videre τ ab ipſa ſepari. Qȯ eñ amariſſimū ſit excludi a deo τ a ſctis τ ab oīb⁹ elect̄ τ āgelis dei oñdit etiam Criſ. in q̇dā ſer. dicēs ſic. Excludi a bōis eternis τ alienū effici ab his q̄ ꝑpata ſt̄ ſanctis tm̄ cruciatū et tm̄ doloꝛē infert: vt ſi nulla extrīſec⁹ pena toꝛq̄ret. hec ſola ſufficeret. Vñ Hugo li. i. de aīa. Quiſputas tūc meroꝛ erit. que triſticia cū ſepabūtur impij a cōfoꝛtio ſctōꝝ et a viſione dei et traditi in ptāteꝫ demonū ibūt cum ipſis in ignē eternū. ibiqꝫ ſemp erunt ſine fine in luctu et gemitu. De diſpoſitiōe coꝛpoꝝ dānatoꝝ q̄re añ ſer. E. B. Pena īferni q̄ꝫ grauis ſit pꝫ ex dictis ſctōꝝ

doctoꝝ. Bern̄. dicit ꝙ vna ſcintilla gehenne
ignis pl' ledit pctōrē q̄ꝫ ſi vna mulier ī labo-
re ꝛ ptu pliś pſeuerādo duraret mille ānis.
Vn̄ etiā Anſel. dicit ꝙ ſi om̄s homines nati
ab adā vſqꝫ ad hodiernū diē viuerēt ꝛ oēs p̄
dicatores boni eſſent: ꝛ oēs de minutiſſima
pena inferni p̄dicarēt om̄s illi ꝓpalare non
poſſent minutiſſimā penā. Silr̄ dicit de gau
dijs et̄nis ꝙ ēt oēs illi eterna gaudia referā-
re non poſſent. Vn̄ etiā Aug. dic̄. Si om̄s ho
mines nati ab adā vſqꝫ ad hodiernū diē ꝛ q̄
āpli' vſqꝫ ad nouiſſimū diē naſcituri ſunt. ꝛ
oīa gramia q̄vnq̄ꝫ exorta fuerūt eſſent homi
nes ꝛ ſi vnā penā quā patit̄ aīa ꝓ vno pctō
mortali in inferno ſuſtinerēt: tūc q̄lꝫ pſona
ꝓ ſua pte hr̄et maiores penā q̄ꝫ oīa tormēta
q̄ oēs ſcti martyres ꝛ oēs raptores ꝛ oēs ma
leſici vnq̄ꝫ paſſi ſunt. Vn̄ ēt Grego. dic̄. Hoc
de penis excogitari nō poterit: qd̄ ibi crucia-
tib' deditū nō fuerit. ¶ Exemplū de pe-
nis īferni legit̄ ꝙ duo fratres quoꝝ vn' dn̄i
pape erat penitētiari'. alt' vo innocēs et pi'
diſcurrebant ad p̄dicādū. Tādē recepti ſunt
ſemel in q̄dā caſtro cuiuſdā nobilis matro-
ne vbi miſſam celebrauerūt. Vn̄ gauiſa dn̄a
iſta cogitauit dicēs. Neq̄ꝫ opꝫ te hos formi
dare nec vercūdari ſecure poteris his cōfi-
teri cū ſint pegrini ꝛ ignoti. Et ſic cū cōfite-
ret̄ vni eoꝝ ſeniori. ſ. vidit iunior ꝙ ad ſingū
la pctā de ore ei' bufo peſſim' egrediebat̄ eti
am ab eccl'a ſaltādo. Tandē enorme pctm̄ cū
cōfiteri voluit de ipi' ore ſilr̄ terribiliſſimus
draco caput ſuū emittere cepit: exire tn̄ non
valuit. q2 verecūdia deuicta illa crimē illd̄ ce
lauit. Jō bufones oēs antea expulſi cū terri
bili dracone redeūtes in os ei' intrauerunt.
Fratrib' vo recedētib' narrauit iunior peni-
tētiario iſti quō totā ſeriē dictā vidiſſet ī ſpi
ritu. Tūc frit' penitētiari' ad dictā dn̄aꝫ re-
dijt ad exhortādū eā. Quā defunctā inuenit.
Vn̄ ꝯtriſtati frēs ieiunijs ꝛ orōib' ſedule iſi
ſtūt donec die t'tia defuncta ill' apuit dꝛaco-
nē horribilē equitās. cui' collū duo crudeles
ſerpētes āplexādo cingebāt: ꝛ vbera eius ſu-
gēdo dētib' diripiebāt. Cui' etiā oculos duo
bufones horribilet poſſidebāt. ꝛ ex ipis ignis
ſulphure' fetidiſſim' emanabat. Cui' etiaꝫ
man' a duob' canib' magnis deuorabantur
Et aures ei' ſagittis igneis replebātur. Cuius
etiā caput lacerte veneniſſime corrodebāt
Vn̄ frēs territi corruerunt. Quib' illa. amici
oīpotētis dei ne timeatis. Nā ego ſuꝫ illa in
feliciſſima multoꝝ pctōꝝ vob p̄die ꝯfeſſa ſi
cte et non integre. Q2 vnū pctm̄ qd̄ cuꝫ ꝯſan
guineo meo cōmiſi verecūdata in cōfeſſione
celaui: iō ꝑpetue ſum dānata. Quā penitēti-
arius ex pte dei ꝛ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i adiurauit
vt ſibi cās illarū penaꝝ innueret. Rn̄dit illa
Capilli mei lacerte puniūt me ꝓpt̄ capit' mei
ſupflua ornamēta. Bufones oculorū puniūt
illicitos aſpect' meos. Silr̄ ſagitte puniunt
nepharios aurium audit'. Silr̄ igne ſulphu
reo punit̄ os meū ꝓpt̄ vba blaſphemie et ꝓ
pter detractōes ꝛ cātilenas ꝛ oſcula ꝛ turpia
vba ꝛ vaniloqa. Silr̄ ꝓpt̄ illicitos tactus et
āplex' ſerpētes vbera mea ſugūt ꝛ mordēt ꝛ
collū cingūt. Canes vo man' meas corrodūt
q̄s extēdi ad canes dādo eis ea q̄ paupib' da
re debui. ſ. carnes: offas: ꝛ alia. ꝛ etiaꝫ q2 eas
anulis ꝛ gēmis luxurioſe ornaui. Nūc etiam
crudeliſſimū dꝛaconē eqto ꝓpt̄ ſupbiā quaꝫ
habui in eqtādo ꝛ in currib' ꝛ in veſtib' pro
fis me ſup alios exaltādo. ꝛ ꝓpt̄ cōcubit' lu
xurioſos muliebria mea intolerabilit̄ cōbu-
runt̄ cū tibijs: genub': et femorib' meis. Cui
penitētiari' ait. Que ſunt pctā q̄bus p̄cipue
plures dānant̄. Rn̄dit illa. Hoīes maſculini
ſexus ꝓpt̄ diuerſa pctā mortalia dānantur.
Mulieres vo p̄ci pue propter q̄ttuor genera
pctōꝝ. ſ. ꝓpt̄ pctā lingue ꝛ ſupflui ornat': ſor
tilegij. ꝛ ficte ꝯfeſſiōis ꝓpt̄ nimiā verecūdiā
Reqſita vero an ſuffragijs poſſet iuuari. Rn̄
dit horribilit̄ clamādo nō. q2 eternalit̄ ſum
dānata. Et ſubito draco ille terribilit̄ eā cru-
cians ad infernū traxit ꝛ nuſq̄ꝫ cōparuit.

¶ In eadē dn̄ica, Sermo. cxxvi. Qd̄ multi
damnantur.

**M**ulti ſūt vocati pauci ve
ro electi. Mat. xxij. In verbis p̄-
miſſis fit mētio de paucoꝝ ſalua
tōe. Et h' ē etiā qd̄ dic̄ dn̄s. Mat.
vij. Arta ē via q̄ ducit ad vitā. ſ. eternā: ꝛ pau
ci ſunt q̄ inueniūt eā. ſi lata et ſpacioſa ē via
q̄ ducit ad p̄ditionē: ꝛ multi ſunt q̄ intrāt ꝑ
eā. ¶ Pro q̄ ſciēdū ꝙ ſi vn' ſolus hō tm̄ cre
deret̄ ex toto genere hūano ꝑitur' deberet q̄-
libet ꝓ ſe formidare ne ipe eēt ille vn'. Sic
cū xp̄s dicit in cena ſuis diſcipulis vt habet̄
Mat. xxvi. Vn' veſtrū me traditurus eſt. Ce
perūt ſinguli trepidare et dicere. Nunqd̄ ego
ſum dn̄e? Multo ḡ magis cū dixerit ille qui
oīa nouit. Multi ſr̄ vocati: pauci vo electi.
timere ꝛ tremere deberēt vniuerſi. Illa ei' vba
ſunt terribilia omib' hoīb' ea audientibus ꝛ
corde aduertētib'. Qd̄ autē multi dānant̄ et



pauci ſaluant̄ pꝫ in figura veteris teſtamen
ti. Sicut in diluuio aquarū in q̄ ſolū octo p̄-
ſone ſalue facte ſunt ꝑ archam noe. ꝛ multa
milia hoīꝫ tā viroꝝ q̄ꝫ mulierū pierūt ꝑ aq̄s
diluuij: ꝑ qd̄ nobis dat̄ intelligi ꝙ ſicut octo
hoīes ſaluati ḋ aq̄s diluuij pauci ſunt reſpe
ctu ppl'i tot' mūdi q̄ ſubmerſi pierūt: ita pau
ci ſunt ſaluādi reſpectu dānandoꝝ q̄ erūt q̄ſi
infiniti. Eccl'e. i. Stultoꝝ īfinit' eſt nūer'. i.
dānandoꝝ q̄ ſtulti ſunt. Jſta figurata ſunt
etiā in ingreſſu terre ꝓmiſſiōis vbi inter oēs
filios iſr'l q̄ egreſſi fuerūt de t'ra egypti a vi-
ginti annis ꝛ ſup̄ null' ingreſſus ē in terraꝫ
ꝓmiſſiōis niſi duo. ſ. Joſue ꝛ Caleph. Sed
alij oēs mortui ſunt in deſerto. Et pueri eoꝝ q̄
nati ſunt in deſerto: ꝛ q̄ exierūt de egypto in
troducti ſunt in terrā ꝓmiſſionis. Item etiā
pꝫ in nouo teſtamēto. vbi legit̄ ꝙ xp̄us. x. le-
proſos mūdauit. int' q̄s niſi ſol' vnus reuer
ſus eſt ad regratiandū ꝛ laudādū deū. vt hr̄
Lu. xvij. Itē ꝙ pauci ſaluant̄ pōt cognoſci ī
vita hoīm. q2 ſolūmō iuſti ꝛ boni ſaluāt̄. ps.
Hec ē porta dn̄i ꝛ iuſti intrabūt in eā. Itē. i.
Petri. iiij. Juſt' vix ſaluabit̄: impi' ꝛ pctōr
vbi appebūt. Sꝫ heu pl'es hoīes ſunt iniuſti
ꝛ mali. q2 ſm̄ Job. Tot' mūd' i maligno po
ſit' ē. Hoc etiā pꝫ q2 auaricia: ſupbia: luxuria
ꝛ plura alia vitia iam regnant in mundo. i.
Job. ij. Oē qd̄ eſt in mūdo aut ē ꝯcupiſcētia
carnis: aut ꝯcupiſcētia ocl'oꝝ: aut ſupbia vite
Hoc pꝫ. q2 plures ſunt luxurioſi q̄ꝫ caſti plu
res ſunt ſupbi q̄ꝫ hūiles. plures auari q̄ꝫ mi-
ſericordes: ꝛ pl'es deceptores ꝛ mendaces q̄ꝫ
veraces. ps. Diminute ſunt v'itates a filijs
hoīm. Ari. ij. thopi. Hoīes vt in plurimū ſūt
mali: in paucioꝛib' vo boni. Ex q̄ multi ſunt
vocati: pauci vo electi: ꝛ null' ſcit an ſit ḋ ſal
uandis an de dānandis. ſm̄ illd̄ Eccl'. ix. Ne
ſcit hō an odio vl' amore dign' ſit. Neſcit q̄dē
ſcia certitudinis: ſꝫ tn̄ ſcia cōiecture pōt ſcire
Et ſunt nouē ſigna ꝑ q̄ vnuſq̄ſqꝫ pōt cogno-
ſcere an ſit de electis ꝛ ſaluādis. Et q̄ꝫto pl'a
ſigna q̄ſq̄ꝫ de illis nouem ſignis in ſe inuene
rit: tāto maiorē ſpem hr̄e poterit. Etiā ſi iaꝫ
pctō: ſit: adhuc ſperare dꝫ ꝙ de' ordinabit ſe
cum ꝙ ſaluabit̄. ꝛ erit vnus de nūero ſaluā-
doꝝ ꝛ electorum q̄ a deo electi ſunt. De iſto q̄
re infra ſermo. cxlix. A.

¶ Dn̄ica. xxi. Ser. cxxvij. De nobilitate.

**E**rat quidam regulus cu
ius fili' infirmabat̄ capharnaū
Joh. iiij. Sicut dic̄ Theophilus.
Jſte rex interfuit miraculo facto in nuptijs
q̄n xp̄s aquā in vinū mutauit q2 tūc credidit
ſꝫ tn̄ xp̄i diuinitatē nō pfecte cognouit. Et ad
hoc innuendū illud miraculum rememorat
euāgeliſta dicens. Venit iterū ieſus in cha-
na galilee vbi fecit aquā vinū. ꝛ erat q̄daꝫ re
gulus cui' filius infirmabat̄ capharnaum.
Ex quo hic facit mentionē de regulo q̄ nobi-
lis fuit: tūc in p̄nti ſmone tria ſunt dicenda
Primo vn̄ nobilitas habeat ortū: ꝛ q̄ ſunt ſi
gna nobilitatis. Scd̄o q̄d tenent̄ nobiles ꝛ p̄-
lati ſuis ſubditis. Tertio q̄ ecōuerſo ſubditi
tenent̄ ſuis p̄latis. ¶ Circa pmū ē ſciē
dū ꝙ nobilitas habuit ortū ex virtutib'. vn̄
prim' rex ſup iſr'l. ſ. Saul elect' eſt a deo. q̄a
hūilis fuit ꝛ v'tuoſus. i. Reg. xv. Cum eſſes
puul' in oculis tuis cōſtitui te regē ſup oēm
ppl'm meū iſr'l. Secūdus rex fuit Dauid: qui
etiā ꝓpter ſuam ꝓbitatē elect' eſt a deo. Vn̄
dixit dn̄s de eo. Inueni virū ſm̄ cor meum.
Ex his hr̄ ꝙ nobiles ex v'tute cognoſcēdi ſ't
nō ex lōgis tunicis: vel ex magnis manicis:
vel in multis ſciſſuris q̄s gerūt in pallijs et
tunicis: q2 al's mechanici ꝛ ruſtici iā omnes
eſſent nobiles. q2 oēs volūt hr̄e ſciſſuras in
veſtibus. Qd̄ aūt nobiles dn̄t eſſe virtuoſi. ꝛ
ꝑ v'tutes cognoſci oñdit Ariſt. ij. poli. Virt'
ꝛ malicia determinant nobiles ꝛ ignobiles.
¶ Circa qd̄ querit̄ q̄ ſunt ille virtutes per
quas cognoſcunt̄ nobiles. Rn̄detur ꝙ prin-
cipaliter ſunt quinqꝫ. Prima virtus eſt largi
tas. Unde de' qui eſt nobiliſſimus eſt largiſ
ſimus. Hoc ſic pꝫ. quia non ſolum dat nobis
ſua beneficia: ſed etiam dat nobis ſeipſum
in ſacramento altaris: in preſenti ꝛ in futu-
ro vult ſeipſum nobis dare in premijꝫ. Vn-
de dixit ad Abraham: ꝛ dicit iam ad quēli-
bet virtuoſum hominē. Ego ero merces tua
magna nimis. Item apparet in hoc etiaꝫ ꝙ
ipſe ſolem ortri facit ſup bonos ꝛ malos: et
pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. ꝛ ex ſua largi-
tate bn̄facit ꝛ bn̄ficia ſua impēdit bonis et
malis: amicis ꝛ inimicis. Itē largitas chri-
ſti apparet in his q̄ fecit in hūanitate: q2 ad
abūdant iā illa fecit. Verbi grā. Sicut quan
do aquā in nuptijs cōuertit in optimū vinū
Et q̄n quattuor milia hominū pauit cum ſe
ptem panib' ꝛ paucis piſculis ita abundan
ter illos panes ꝛ illos piſciculos multiplica
uit ꝙ ſuſtulerunt ſeptē ſportas de fragmē
tis que ſuperauerant. Iteꝫ q̄n pauit quinqꝫ
milia hominum: vt habetur Johis. vi. cum
quinqꝫ panib' ordeaceis ꝛ duobus piſcibus

ita abundāter tribuit ⁊ augmētauit ꝙ diſcipuli collegerūt ⁊ impleuerūt duodeci cophinos fragmētoꝝ ex q̄nq; panib⁹ ordeaceis et duob⁹ piſcib⁹ q̄ ſupauerant his q̄ manducauerant ⁊c̄. Ergo q̄ largior eſt inter hoīes ille nobilior eſt. Hoc etiā naturaliter pꝫ in aq̄la q̄ eſt auis nobilior: q̄ ex ſua nobilitate nō ſola comedit predam ſuā: ſ; cōdiuidit alijs auibus. Sꝫ ꝑcitas ⁊ auaricia: rapina ⁊ exactiones in ſubditis ſunt ſigna ignobilitatis.

B Scd̄a v̄tus nobilitaꝫ ꝑ quā nobiles cognoſci dn̄t eſt gratitudo: q̄ eſt recognitio bn̄ficioꝝ dei ⁊ hoīm. ſ. qn̄ deo grati ſunt in h̄ ꝙ eos p̄ alijs hoībus honorauit ⁊ ſublimauit. Unde Aug. Qui bn̄ficia nō recognoſcit ingratus eſt. Un̄ ꝓpha. Obliti ſunt bn̄ficioꝝ eius. Immo natura ⁊ ratio hūana docēt gratuitatē habere erga bn̄factores. vn̄ Ariſt. ij. ethic̄. Opꝫ regratiari ei q̄ grām fecit. Ita nobiles nō ſolum dn̄t eſſe deo grati: ſed etiā ſubditis ſuis a q̄bus nutriunt̄ dn̄t regratiari: q2 ipſi nobiles nō agros colunt: nec ſerunt: nec metunt: nec triturāt: nec laborāt in vineis: nec panē: nec carnes: nec piſces: nec alia comeſtibilia p̄parant. ſ; alij ꝓ ipſis laborāt: ſicut ruſtici in agris: carnifices: piſcatores: ſartores ſutores: pānicide ipis ꝑpant neceſſaria corporis quo ad victū ⁊ veſtitū. Ergo oīb⁹ illis debent eſſe grati. ⁊ q̄to in maiori reuerētia tenent ſuos ſubditos: tāto nobiliores cognoſcuntur eſſe. Sꝫ illi ſunt ignobiles q̄ ſpernūt vel vilipendūt ſubditos. Immo tales ignobiliores ſunt brutis aīalib⁹. q2 bruta aīalia recognoſcūt illos q̄ eis bn̄faciūt: ⁊ in ſignuꝫ gratitudinis applaudūt ipis. D Q̄d autē bruta aīalia retribuūt q̄nq; bona ſuis bn̄factorib⁹ pꝫ ꝑ tale exēplū. Legit̄ in vita ſancti Macharij ꝙ cū quedā leena habuit ſpeluncā iux̄ cellaꝫ ſcti viri: dū vna vice inueniſſet catulos excecatos: dolens eos ei apportauit: ⁊ ad pedes ipſi⁹ eoſdem poſuit. Cūq; intelligeret vir dei ꝓ illuminatione beluaꝫ rogare catuloꝝ: eo orante illuminabant̄ ⁊ matrē ſeq̄bant̄ ad ſpeluncā. Nō tn̄ bn̄ficij illius ingrata fuit: q2 poſtmodū pelles ouiū cū pilis q̄s capiebat ſepi⁹ ⁊ pluries q̄ſi ꝓ gratitudine ⁊ mercede ante oſtiū celle portauit. Itē aliud exēplum de duob⁹ lupis q̄ aſportauerūt vnū puerū de villa ad ſiluam. Et ex negligētia matris puer nō bn̄ cuſtodit⁹ fuit. Tūc vnus lupoꝝ habuit os reuerſum in ore ſuo ⁊ cū portauit puerū in ore puer illō extraxit cū manu ſua. Et ſic ꝓ mercede duo lupi puerū reportauerūt ad villā: ⁊ liberū emiſerunt.

Tertia virt⁹ ꝑ quā nobiles cognoſcuntur eſt mia ⁊ cōpaſſio in pauꝑes ⁊ ſubditos. Unde in ſignū clementie reges inungūt̄. Et legit̄ etiā ꝙ rex apū nō hꝫ aculeū cū quo pōt pungere ſicut cetere apes. Ergo q̄to q̄s hꝫ maiorem cōpaſſionē ⁊ miām ad ſubditos: tanto eſt coram deo nobilior. Un̄ Greg. Tanto enī q̄ſq; ꝑfectior ē: q̄to ꝑfectius alienos ſentit dolores. Q̄d clementia ſpectet ad p̄ncipes ⁊ ad reges oſ̄dit Sene. dicēs. Nullum ex oībus maior clemētia q̄ꝫ regē ⁊ principē decet. Sꝫ iſti q̄ ſunt duri ⁊ immiſericordes ad pauperes ⁊ ſubditos nō ſunt corā deo nobiles ſ; ignobiles. q2 non habent ſignū nobilitatis. ſcꝫ miām ⁊ cōpaſſionē. Quarta virtus eſt virilitas ⁊ ſtrennuitas. ſ. in defendendo ſubditos. Un̄ nouis militibus dat̄ enſis: ꝓpterea vt viduas ⁊ orphanos ꝓtegere debeāt a malefactorib⁹ ne paupib⁹ ⁊ ſuis ſubditis violētiā inferāt bona ipoꝝ ſpoliādo. Sꝫ q̄dam defendāt ſuos ſubditos ab alijs ⁊ poſtmoduꝫ ꝑ ſeipos eos ſpoliāt. Tales ſiles ſunt ceto in mari q̄ defendit alleca ab alijs piſcib⁹: ſ; ꝑ ſe ea deuorat. Quibus nobilib⁹ minat̄ dn̄s: vt hr̄ Eſa. xxvij. In die illa occidet dn̄s cetū qui in mari eſt. Quīta virtus eſt magnitudo. vł magnanimitas ꝯſiſtit in h̄ ꝙ veri nobiles debent ꝑua cōtemnere. ſ. terrena q̄ ſunt ꝑua reſpectu bonoꝝ celeſtiū: ⁊ magna appetere: ſcꝫ ſpūalia in p̄nti: ⁊ celeſtia in futuro. Ergo qui honorē dei in oībus p̄ponit. ille nobilis eſt. Sꝫ ille q̄ honoreꝫ dei poſtponit ⁊ honorem ꝓpriū q̄rit: ille ignobilis eſt. Et ſciendū ꝙ q̄to plura ſigna illarū p̄dictarū v̄tutū q̄s in ſe inuenerit tanto nobilior eſt coram deo. Unde nobilis eſt ille quē nobilitat ſua v̄tus. Et inſuꝑ talis multū honorād⁹ eſt ab hoīb⁹. vnde Ariſt. iiij. ethi. Honor eſt p̄miū v̄tutis. Ex quo ſeq̄tur ꝙ null⁹ de iure eſt honorād⁹ niſi ſit virtuoſus. vn̄ Ariſto. iiij. ethi. dicit. Scd̄ꝫ veritatē ſolus bonus eſt honorandus ⁊ homini virtuoſo nō pōt fieri tant⁹ honor quin maioris honoris ſit dign⁹. vn̄ Ariſt. iiij. ethi. Uirtuti ꝑfecte nō fit cōdign⁹ honor. Ergo nobiles q̄ volunt habere honores primo dn̄t ſe exercere in virtutibus. ex quo ſoli virtuoſi ſunt honorandi. Quantū ad ſecundū ſciendum ꝙ nobiles ⁊ prelati tria tenentur ſuis ſubditiſ. Hec q̄re an̄ ſer. lix. H. Quantū ad tertium ſciendū ꝙ ſubditi tenentur tria ſuis dn̄is ſiue prelatis. Hec etiam habētur ante eodem ſer. lix. M.



¶ In eadem dn̄ica. Sermo. cxxviij.

¶ De infirmitatibus.

Quia regula eſt iuris. q̄ dat occaſionē dāni:
dānū feciſſe videꝛ. Et xp̄s dicit in euangelio
vt hr̄ Math. v. Ois q̄ iraſciꝛ fratri ſuo reus
erit iudicio. Quib⁹ tūc ille re⁹ erit q̄ p̱ximuʒ
ſcienter ad iracūdiā p̱uocat. Secundo cū q̄s
loquiꝛ v̄ba iocoſa cā alliciēdi ad malū actuʒ
Verbi grā. Si q̄s loq̄tur verbum iocoſum ea
intētione vt aliquā p̱ſonā ad actū illicitū al
liciat: tūc tale verbum iocoſum erit ſibi pc̄tm̄
mortale p̱pter malā intentionē. Vñ de⁹ iudi
cat v̄ba ſm̄ intētionē p̱ferētis. xxv. q. v. Hu
mane. Tertio p̱pter delectationeʒ. q̄ poſſet
q̄s habere tantā delectationē i v̄bis iocoſis
ꝙ in hoc deū grauiter offenderet. Aug. Nul-
lū pc̄tm̄ eſt adeo veniale: qd̄ nō fiat mortale
ſi placet. Et ꝙto q̄s maioreʒ delectatōeʒ hʒ
in aliquo pc̄tō: tanto maiorē penā ſuſtiebit
p̱ illo. Apo. xviij. Quantū in delitijs fuit: tā
tū date illi tormentū. Ergo q̄ñ in aliquo pec
cato qd̄ veniale eſſet q̄s habuiſſet exceſſiuaʒ
delectationē: tūc oīno ꝯfiteri deberet p̱pꝛ ſe
curitatē. Vñ rep̱henſibile eſt hr̄e nimiā com
placentiā in riſibus: iocis: ꝛ v̄bis iocoſis: niſi
talia fierent cā recreatiōis ꝛ moderate. Ari-
ſto. vij. ethi. Homo ſemp̱ indiget quadā de-
lectatione quaſi quadā recreatiōe p̱pꝛ mul-
tos labores q̄ ſibi occurrūt. Quarto cū quis
iurādo iocoſe ſcienꝛ mentiꝛ: q̄ talis ſm̄ ſcm̄
Tho. ij. ij. q. xcviij. Nō excuſaꝛ a mortali pc̄ō
q̄ iocoſe peierat: q̄ nō euitat diuinā irreuerē
tiā: imo ꝙtū ad aliq̄d magis auget. Ex his
iā dictis pʒ ꝙ debem⁹ exēplo xp̄i ſeruare ve-
ritatē ꝛ vtilitatē in v̄bis nr̄is. R Ter-
tio xp̄s habuit moderātiā in v̄bis ſuis: ſicet
nos. Quia duo iā p̄dicta nō ſufficerēt. ſ. veri
tas ꝛ vtilitas: niſi etiā ibi eſſet moderātia.
Eccli. xxi. Verba ſapientis ſtatera pondera-
būtur. Vñ ſicut diues nūerat denarios ſuos
anteꝙ eos expendit ꝛ a ſe alijs tribuit. ſic ꝛ
nos pōderare debem⁹ v̄ba anteꝙ p̱feram⁹.
Vñ p̄meditate loq̄ bñ ꝯuenit ſapiēti. Eccli.
xxxij. Adoleſcēs loq̄re vix in cā tua cū neceſ-
ſe fuerit. ꝛ cū bis interrogat⁹ fueris habeat
caput reſponſum tuū. Nā q̄ multis vtiꝛ ver
bis nūꝙ p̱uenit ad verā p̱fectionem. Jaco. i.
Qui ſe putat religioſuʒ eē ꝛ nō refrenat lin-



guā ſuā: hui⁹ vana eſt religio. vñ Gre. in mo
ra. Multiloq̄o quiſq̄ ſeruiēs rectitudinem
iuſticie tenere nō pōt. Iuxta illud ps̄. Vir li
guoſus nō dirigeꝛ in terra. Ex his iā dictis
pʒ ꝙ q̄libet xp̄ian⁹ exēplo xp̄i dʒ illa tria in
verbis ſuis hr̄e. ſ. veritatē: vtilitatē: ꝛ mode
rantiā S Sed ꝙtū ad tertiā p̱tem hui⁹
ſermonis ſciendū ꝙ ſeptē ſūt nos inducere
ad ſilentiū: vt libēter taceamus ꝛ pauca v̄ba
loquamur. Primū eſt ꝙ moderātia in verbiſ
eſt p̄ncipalis v̄tus. vñ Cato. Virtutē p̱imaʒ
puto cōpeſcere linguā. Proxim⁹ ille deo qui
ſcit rōne tacere. Sic ecōuerſo magnū dedec⁹
eſt nō cōpeſcere ꝛ moderare linguā. Scd̄ʒ eſt
ꝙ natura p̱p̱ia nos inducit ad moderātiā
verboꝝ. ex eo ꝙ q̄libet hō naturaliter hʒ vnū
os ad loquendū ꝛ duas aures ad audienduʒ
in ſignū ꝙ dʒ eſſe moderat⁹ in verbis. vnde
Jac. i. Sit oīs hō velox ad audiēdū: tard⁹ au
tem ad loquendū. Sʒ econtra facit ille q̄ cuʒ
vno ore tot verba profert ꝙ alij hñtes duas
aures hñt tediū audire. Et ſi ille haberet duo
ora: tūc tot verba p̱ferret ꝙ alij vix vel nul-
lo mō ſuſtinere poſſent. Ergo multiloq̄o ſer-
uiens facit ꝯtra p̱p̱iam naturam q̄ inducit
eum ad taciturnitatē: ꝛ ad v̄boꝝ moderanti
am. Tertiuʒ eſt ꝙ q̄ paucis vtitur v̄bis cuſto
dit aīam ſuā. Prouer. xxi. Qui cuſtodit os ſu
um ꝛ linguā ſuā: cuſtodit ab anguſtijs aīam
ſuā. Et econuerſo q̄ multis vtitur v̄bis ledit
aīam ſuā. vñ Amb. li. de offi. Quam plures
vidi loq̄ndo incidiſſe pc̄tm̄. vix aūt quēquaʒ
tacendo. vñ Cato. Nam tacuiſſe nulli nocet
nocet eſſe locutū. Vñ etiam Amb. ſuper ps̄.
Beati imaculati ꝛc̄. Valde difficile eſt ꝙ qui
multa loq̄tur nō mētiatur. Quartū q̄ loq̄ci
tas eſt ſignū ſtulticie. Salo. Multas curas
ſequūtur ſomnia: ꝛ in multis ſermonib⁹ in-
ueniꝛ ſtulticia. Sic ecōuerſo taciturnitas ē
ſignū ſapiētie. Sene. Taciturnitas hoī ſtul-
to p̱ ſapiētia reputaꝛ. Ergo q̄cūq̄ʒ vtiꝛ mul-
tis verbis in illo nō eſt fundamentū vere ſa
pientie: in quo vnuſq̄ſq̄ʒ alterum pōt cogno
ſcere an ſit verus ſapiēs an nō. Eccl. x. Stul
tus multiplicat v̄ba. Iſido. in ſino. Multuʒ
loqui ſtulticia eſt: ꝛ vox inſipientiſ in multi-
plicatōe ſm̄onis. Quintū eſt q̄ ſilētiū ē ma
teria pacis. Ergo religioſi cōiter ad ſilentiuʒ
ſunt reſtricti. ꝛ hoc p̱pꝛ bonū pacis: q̄ ex lo
quacitate generanꝛ lites ꝛ diſcordie. vñ Ca-
to. Lis minimis v̄bis interdū maxia creſcit.
Ergo q̄cūq̄ʒ diligit pacē in ſe ꝛ in alijs dʒ re
frenare linguā. Et vbicūq̄ʒ eſt pax ꝛ charitaſ
ibi eſt ꝛ deus. Vñ in ps̄. In pace factus ē lo
cus ei⁹. Sʒ vbi eſt diſcordia ibi eſt diabolus
Sextū qd̄ dʒ nos inducere ad ſilentium ꝛ ad
moderantiā v̄borum eſt exemplū xp̄i q̄ ante
pilatū ꝛ herodē tacuit. vñ Eſa. liij. Sic ouis
ad occiſionē duceꝛ: ꝛ q̄ſi agn⁹ coram tonden
te ſe obmuteſcet ꝛ nō aperiet os ſuū. In hoc
dat nobis xp̄s exēplū taciturnitatis ꝛ ſilen-
tij. Septimū ē ꝙ de oī verbo ocioſo redditu
ri ſumus xp̄o rōem in die iudicij: put habeꝛ
Math. xij. Vbi xp̄s dicit ꝙ de omī v̄bo ocio
ſo qd̄ locuti fuerint hoīes reddent rōnem.
T Sed diceres q̄d eſt v̄bum ocioſum. Hoc
oñdit btūs Greg. in li. moraꝛ. dicēs. Ocioſuʒ
quippe v̄bum eſt qd̄ aut rōne iuſte neceſſita
tis: aut intentione pie vtilitatis caret. vnde
Hiero. in ſer. Verbū ocioſum eſt qd̄ ſine vtili
tate audientis vel loquētis profertur. Ideʒ
Quicq̄d nō edificat audientes in p̱iculū ver
titur loquentiū. Modo ſi ſm̄ dictum xp̄i eri
mus reddituri rōnem de v̄bo ocioſo: q̄d tūc
de multiloq̄o ꝛ de v̄bis nociuis ꝛ ſcandalo-
ſis. vñ Gre. Si ratio de ocioſo ſermone exigi
tur penſandū valde eſt q̄ pena multiloquiū
ſeq̄tur: in quo etiā p̱ ſuperbie v̄ba peccatur.
Exemplū ꝙ libenꝛ loqui debem⁹ de licitiſ bo-
nis. q̄re ante ſermone. xcviij. H.

¶ Sermo. cxl. de operibus.

## Perari me oportet ope

O ra eius q̄ miſit me donec dies eſt.
Venit nox in q̄ nemo pōt opera-
ri. Job. ix. Sciendū ꝙ in v̄bis p̄-
miſſis xp̄s nos admonet ad faciendu ʒ bona
opa. Pro quo ſciendū ꝙ hoīes q̄ttuor mōis
dānanꝛ cū bonis op̱ib⁹: ex q̄bus modis nos
intelligere debem⁹ q̄liter opa nr̄a bona face-
re debeam⁹ vt p̱ ea ſaluemur. Et ad hāc ope-
rationē xp̄us nos admonet in v̄bis p̄miſſis
dicēs. Op̱ari me opʒ ꝛc̄. A Vñ ſciendu ʒ
ꝙ op̱a noſtra bona q̄ttuor modis maculanꝛ
vt nō poſſint eſſe deo grata ꝛ accepta ꝛ nob̄
meritoria ad vitā eternā: ſʒ cū ipſis dānamur
ſi ſic morimur. Prīo dico ꝙ cum nr̄is bonis
op̱ib⁹ dānamur cū ea remittim⁹. i. facim⁹ ea
cū tedio nauſea ꝛ negligētia: ꝛ ex quadā con
ſuetudīe ꝛ nō ex charitate. vñ Prouer. x. Ege
ſtatē op̱ata eſt man⁹ remiſſa. Item Prouer.
xviij. Qui mollis ꝛ diſſolut⁹ eſt in opere ſuo
frater ē ſua op̱a diſſipantiſ. Nā materia mol-
lis cito diſſoluiꝛ: ſic opus molliū ꝛ tepidoruʒ
cito deficit ꝛ parū p̱ficit. Eſa. i. Erit opus ve
ſtrū ſicut ſcintilla cito deficiens. Nam ſicut

ignis male accensus cito deficit ⁊ extinguit: sic ⁊ op⁹ factū cū tedio ⁊ negligētia ⁊ nausea diſſoluit. Qđ aūt tepiditas ex negligētia in bonis opib⁹ diſplicet deo. hoc pbat Apo. iij. vbi xps dicit. Scio opa tua: qꝛ neqꝫ frigidus es neqꝫ calid⁹: vtinā frigidus eſſes aut calidus: ſ; qꝛ tepid⁹ es: ⁊ nec frigid⁹ neqꝫ calid⁹ incipiā te euomere de ore meo. Glo. euomere id eſt de ꝯſortio beatoꝝ ſegregare. Calidus eſt q̄ feruēs ē in bōis opib⁹. Frigid⁹ q̄ ſimpliciter deſiſtit a bonis operibus. Tepidus qui medio modo ſe h₃. glo. interli. Maior ſpes eſt de frigidis q̄ꝫ de tepidis. Ratio eſt qꝛ tepidi quandā ſecuritatē recipiūt eo ꝙ aliqđ boni agunt: ⁊ iō ſe nō corrigunt. S₃ frigidi ſe eſſe pctōres cognoſcūt ⁊ ꝙ nō agunt bona ideo citius ꝯuertunt. Tepidus euomit qn̄ in deteriora pcipitat ⁊ impenitens morit: ⁊ a conſortio ſctōꝝ ſepatur. B Circa hoc q̄ritur vtrū tediū boni ſit mortale pctm̄. Pro quo ſciendū ꝙ ſm Hermannū de ſchildis. Tediū boni pōt ꝯſiderari tripli̅r. Uno modo put eſt mot⁹ naturalis ex laſſitudine corporis poſt exercitiū ſpūale pueniēs: ⁊ ſic nō ē pcm̄. Secūdo modo ſm ꝙ eſt mot⁹ appetit⁹ ſenſitiui cōtriſtati de opere ſpūali laborioſo: ⁊ ſic pōt eſſe pctm̄ veniale: ꝙuis etiā ille appetit⁹ ſit deliberatiu⁹: qꝛ ꝯſenſus in veniale nō eſt niſi veniale. vbi gr̄a. Si canto vel oro aliquiter cū tedio: tn̄ pptera dimittere nolo: ⁊ ſic ſolū eſt veniale. Tertio mō cū hoc tedium redundat in omiſſionē illoꝝ q̄ ſunt neceſſaria ſaluti ad que neceſſarie hō tenet: ⁊ ſic ē mortale. vbi gr̄a. Sicut non audire miſſam in dñica: vel penitentiā iniunctā nō complere. Cum aūt tediū redūdat in cōſenſum rōis vl voluntatis bonū diuinū nō amantis vel cū faſtidio recogitantis: ſic eſt peccatū mortale Tum ex eo ꝙ ratio ⁊ volūtas cū triſticia ferunt in bonū de quo gaudendū eēt: qđ directe ꝯtrariat charitati. Tū etiā qꝛ tale tediu₃ redundat in omiſſionē coꝝ q̄ neceſſaria ſunt ſaluti. ſ. diligere verū bonū: ⁊ declinare a malo. Si aūt tediū illud ex omiſſione boni ex difficultate aggrediendi bonū ducit in deſperationē: tūc ia₃ accedit ad pctm̄ in ſpm̄ ſcm̄. Et ſi tediū ita creſcat ꝙ etiā ducit in tediū vite: intm̄ ꝙ iniiciat ſibi man⁹ tūc iam filius erit iude q̄ laqueo ſe ſuſpendit. Ergo magna mala oriri pñt ex tedio ⁊ acedia: niſi ei reſiſtat. Un̄ etiā de negligentib⁹ dicit dñs per Jeremiā pphetā. Maledict⁹ q̄ facit opus dei negligenter. C Ut aūt opus noſtrū ſit deo acceptū d₃ fieri cū diligentia ⁊ cū hilaritate ⁊ cū bona volūtate. Primo cū diligentia. ij. Paralip. xix. Cū diligētia oīa facite. Un̄ diligentia in oculis dei plus placet ꝙ op⁹. Sed qđ eſt diligētia in opib⁹ bonis. Rn̄det ꝙ nō eſt aliud niſi intenta deuotio. Et hoc facim⁹ cū mentē noſtrā infigim⁹ in illud qđ agim⁹ oēm euagationē mētis ſm poſſe reſtringentes. Et hec diligentia multū placet deo: ſicut eius oppoſitū multū diſplicet. Un̄ ꝙ aīa eſt in corpe hoc eſt deuotio in bono ope: ſ; corp⁹ ſine aīa nihil eſt. vn̄ Ariſt. i. de aīa. Egrediente aīa de corpe corpus marceſcit et expirat. Sic bonū opus ſine diligētia corā deo nihil eſt. Secūdo cū hilaritate. ij. Cor. ix. Hilarem datorē diligit deus. Hier. Mallem pſalmū vnū cū deuotione ⁊ hilaritate ment̄ decantare: q̄ꝫ totū pſalteriu₃ cum faſtidio ⁊ acedia. Tertio cum bona volūtate: ſic ꝙ libent plus vellet facere: ⁊ ſic de⁹ plus inſpicit cor ꝙ op⁹. Gre. Cor ⁊ nō ſubſtantiā penſat de⁹: nec conſiderat quantum in ei⁹ ſacrificio: ſ; ex quāto offeratur. Un̄ qn̄ q̄s libenter vellet pl⁹ dare vel facere ⁊ nō pōt tunc ſufficit deo volūtas etiā q̄ꝫcūqꝫ ſit opus paruū vel donū. Gre. Regnū dei tm̄ valet quātum habes. Ualuit nāqꝫ petro ⁊ andree regnum celoꝝ rethe. Zacheo mediā partē ſubſtātie ſue: valuit vidue duo minuta. valet etiā calicem aque frigide Jmmo etiā valet bonā volūtatē. vn̄ Aug. Coronat de⁹ volūtatē vbi nō inuenit facultatē Un̄ etiā Ber. Bona voluntas in aīo eſt origo oīm bonoꝝ ⁊ mater oīm virtutū: quā qui h₃ ſecum: h₃ quicqđ ei ad bn̄ viuendū opus eſt. Scđo dānamur cū bonis opibus ſi ea vendimus: ⁊ hoc fit cū p lucro tpali: vel pro honore conſequēdo ea facim⁹ corā hoib⁹. Sicut ille phariſe⁹ q̄ bonū op⁹ fecit qn̄ in hebdomada duos dies ieiunauit: ⁊ decimas de bonis ſuis dedit: q̄ tn̄ dānat⁹ eſt. qꝛ laudē hūanā q̄ſiuit: ⁊ ſe de bonis opibus inanit iactauit dicēs. De⁹ grās ago tibi: qꝛ nō ſum ſicut ⁊c. vt h₃ Luce. xviij. Qđ nob xpianis dñs phibet Mat. vi. dicēs. Attēdite ne iuſticiā vr̄am faciatis corā hoib⁹ vt videamini ab eis: alioqn̄ mercedē nō habebitis apud prē₃ vr̄m q̄ in celis eſt. D Un̄ q̄rit vtrū ſit pctm̄ mortale cū q̄s laudē hūanā in bonis opibus q̄rit. Rn̄detur ꝙ ſic. qn̄ honor vel lucrū qđ q̄rit ꝓponitur deo ⁊ ꝓprie ſaluti. Nam in oibus opib⁹ bonis pncipalit debem⁹ q̄rere honorem dei. Apocal. i. Ego ſum alpha ⁊ o. pncipium ⁊ finis. Et deinde ſalutem anime noſtre. Unde



Grego. Quiſqꝫ ideo ſeminat vt hic vel laudis vel muneris mercedē recipiat eterna pcul dubio mercede ſe priuat. Marim⁹ i ſmone. Non poſſum⁹ ſimul p vno ⁊ eodē ope fauorē mūdi expetere. et pmiū celeſtis glie idem acquirere. Un̄ ſciēdu₃ ꝙ opa noſtra vt ſint deo accepta ⁊ nobis meritoria debent fieri in recta ſinceritatis intentione. Eſt aute₃ recta ⁊ ſincera intentio vt ſingula noſtra bona opa nō ad placēdū hoib⁹: ſ; ad placēdū deo fideliter faciam⁹. Et qꝛ de⁹ nobiliſſim⁹ eſt finis. iō qñ operi nr̄o talis finis p intentionē recta₃ ꝓponit erit nobile ſupra modū. Amb. Intentio operi tuo nomē imponit. Gre. in moral. Oē bonū qđ agim⁹ per intentionē ſp ad celeſtia leuem⁹: vt videl₃ ꝓ gram⁹ honorē dei ⁊ ſalutē ppriā. Hiero. Quicquid agis p eterna mercede age: et nihil ſtudeas ppt laudē humanā vel opinionē hūanā: ſ; ppt vitā et̄nā. E S₃ diceres: an liceat deo ſeruire ppt regnū celoꝝ: ⁊ pctā vitare ppt penam inferni. Rn̄r ꝙ nō licet. Nā qui ſolū ppter regnū celoꝝ bona opatur nunq̄ꝫ illuc pueniet. Et qui ſolum ppt penā inferni nō peccat vel peccare dimittit illuc poſt hāc vitā pueniet. Et rō ē qꝛ q̄cqđ nō fit ex charitate ſiue in bono faciendo: ſiue in malo omittendo: nō eſt deo acceptū nec hoi meritoriū. Un̄ apl's. i. Cor. xiij Si diſtribuero oēs facultates meas in cibos pauperꝝ: charitatē aūt nō habuero nihil mihi pdeſt. Et ſi tradidero corp⁹ meū ita vt ardeam: charitatē aūt nō habuero nihil mihi pdeſt. Un̄ de hoc Ber. dicit. Charitas eſt bonū cū q̄ nec op⁹ minimū deſpicit: ſine q̄ nec maximū acceptat. Un̄ hō d₃ deo ſeruire ⁊ bona opa ſua facere pncipaliter ex charitate q̄ diligere tenet deū: ſimil̄r et mala dimittere pncipalit ppt deum: et habere ſpem ꝙ de⁹ dabit ſibi regnū celoꝝ: ſi ei ex charitate ſeruierit: ⁊ inſup liberabit eu₃ a penis inferni: vbi peccatores eternalit cū demonib⁹ punient. Un̄ pncipale motiuū d₃ eē charitas. Unde apoſtolus. Oīa opera veſtra in charitate fiant. Et hoc eſt ſignū ꝙ opus in charitate fiat: qñ q̄s pncipalit in opibus ſuis querit honorē dei ⁊ ſalutē ppriā. F Tertō dānamur cū opibus ſi ea in pctis mortalib⁹ facim⁹. ſ. i ſuperbia: luxuria: inuidia: et ſic de aliis. Leui. xxij. Si maculā habuerit nō erit acceptū deo Eſa. i. Non accipio a vobis ſacrificiū: qꝛ manus vr̄e plene ſunt ſanguine. Nā ſicut mors corporis puat hoiem vſu mēbrorum. ſ. ꝙ non poteſt ambulare: nec ſtare nec audire: nec videre ⁊c. ſic et pctm̄ mortale puat hoiem vſu membroꝝ quo ad opa meritoria: ſic ꝙ nihil meret cū oib⁹ opib⁹ ſuis qđ ſit meritoriū vite eterne: ſicut nec aial brutū. vn̄ pſ. Homo cū in honore eſſet nō intel. cō. eſt iu. inſipientib⁹ ⁊ ſimilis fact⁹ eſt illis. Ergo ſicut iumētū qđ ꝯtinue laborat ⁊ nihil meret niſi pabulum ſuū tpale: ſic ⁊ hō exñs i pctō mortali ſolum meret tpalē remunerationē cū ſuis bonis opib⁹. G S₃ q̄rit q̄s ſit in pctō mortali. Rn̄det ꝙ ille q̄ fecit pctm̄ mortale: ⁊ adhuc nō eſt vere cōtrit⁹: vel q̄ habet ꝓpoſitu₃ adhuc peccandi mortalit. Sed qñ q̄s eſt contritus etiā ſi adhuc nō eſt cōfeſſus: ſ; h₃ ꝓpoſitū ꝯfitendi ⁊ ſatisfaciendi: tūc aplī⁹ nō eſt pctōr mortalis. Ezech. xviij. [illegible] ⁊c. Un̄ Caſſio. Dñs neſcit differre qđ quē cōpuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare. Un̄ q̄cquid talis cōtrit⁹ boni operis fecerit deo acceptū ē ⁊ meritoriū ad vitam et̄nā. Un̄ ſi volum⁹ ꝙ opa noſtra ſint nobis meritoria et accepta deo debemus ea facere in ſta cōtritiōe ⁊ grā. Nā opa bona erūt ex operantis bonitate. Lu. vi. Bon⁹ hō de bono theſauro cordis ſui pfert bonū. Idem. Arbor bona pfert fructus bonos. Augu. Nihil eſt bonū niſi ex te bono. Grego. Inq̄ꝫtū enim boni ſum⁹ corā deo intm̄ bona erunt opa noſtra apud eū. Sed que bona pueniāt ex bonis opibus q̄ in pctō mortali fiunt. quere ante ſer. xcij. L. vbi dr̄ ꝙ ſeptē bona inde proueniunt. H Quarto dānamur cū bonis operib⁹ ſi ea ante finē noſtre vite dimittim⁹ i. Paralipo. xxviij. Firmabo regnū tuū ſi pſeuerauerit facere precepta mea. Ezech. xviij. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatē nūquid viuet. Omnes iuſticie ei⁹ quas fecerat nō recordabuntur. Ex quib⁹ verbis habet ꝙ ſi q̄s facit bona opera et non pſeuerauerit in illis cū eiſdē bonis operibus dānabit. vn̄ Gre. li. i. mora. Incaſſum bonu₃ agitur ſi añ vite terminū deſerat. Un̄ operari debem⁹ pſeueranter bona opera ſi volum⁹ habere pmiū. Ber. Tolle pſeuerātiā nec obſequium mercedē h₃. Iſido. de ſum. bo. Tunc deo placet nr̄a ꝯuerſatio qñ bonū qđ inchoamus pſeuerāti fine cōplem⁹. Immo pſeuerātia fac ardua leuia. vn̄ Aug. Oib⁹ i reb⁹ grauis ē inceptio prīa. Qđ aūt pſeuerātia ⁊ aſſiduitudo faciāt ardua leuia p₃ p Ariſto. q̄ dicit Multa naturalit nō ſūt delectabilia cū aſſuefacta fuerint delectabilia erūt. Un̄ etiam Boe. in de ꝯſol. phie. Durīcia cuiuſl₃ operis

aſſiduitate ꝑmollit̃. Uñ pꝫ ꝙ debemus deo
ſeruire in arduis ⁊ ꝑſeuerare in eiſdem: vt ex
his cognoſcat̃ ſerioſa intẽtio noſtra ad deũ.
Naꝫ omnes ſancti q̃ deo placere voluerũt ex
ercitia ardua elegerũt: q2 ſciuerũt xp̃m ſic ꝑ=
cepiſſe. vñ Ber. ſuꝑ cañ. Xp̃s qui nõ fallitur
elegit qð carni moleſtiꝰ eſt. id ẽ vtiliꝰ. iſtð e=
tiam magis eligendũ eſt: ⁊ q̃ſq̃s aliud docet
vel ſuadet: ab eo tanq̃ꝫ a ſeductoꝛe cauẽdum
eſt. Uñ xp̃s de ſe dicit in euãgelio: vt hr̃ Lu.
xxij. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi
pr̃ meꝰ regnũ ⁊c̃. q̃ſi diceret. Sicut pat̃ diſpo
ſuit mihi ꝙ niſi ꝑ aſpera in celũ redirẽ vnde
exiui: ſic et ego diſpono vobis vt ſeq̃mini ve
ſtigia mea. i. Pe. ij. Xp̃s paſſus eſt ꝓ nob vo
bis relinquẽs exemplum vt ſequamini veſti
gia eiꝰ. Ap̃ſus Galla. v. Qui xp̃i ſunt carneꝫ
ſuã crucifixerũt cũ vitijs ⁊ ꝯcupiſcẽtijs. Act.
xiiij. Per multas tribulatões opoꝛꝫ nos in
trare regnũ dei. Pꝛo quo ſciendũ ꝙ ſi teip̃m
nõ caſtigas tũc deꝰ ops te caſtigabit ſi es de
numero electoꝝ. ij. Parali. x. Ego maiꝰ pon=
dus apponã. Nullũ eñ electoꝝ hic parcitur.
Hebꝛe. xij. Flagellat oẽm filiũ quem recipit.
Oꝛige. ſuꝑ Oꝫee. iiij. Qui diligit̃ a deo coꝛri
pitur. q̃ aũt nõ diligit̃ in pctis ſuis dimittit̃.
Greg. in moꝛal̃. Si exceptꝰ fueris a paſſione
flagelloꝝ: eris exceptꝰ a nũero filioꝛũ. Apoc̃.
iij. Ego quos amo ar. ⁊ caſti. Uñ ſciendꝫ ꝙ
ꝑſeuerare debemꝰ nõ ſolũ in leuibꝰ: ſed etiã
in arduis factis. ſ. vigilãdo: caſtigãdo: ieiu
nando ⁊c̃. Berñ. Bonã vitã puto mala pati
et bona facere: et ſic vſq̃ꝫ ad moꝛtẽ ꝑſeuerare
Iſido. de ſum. bo. Salꝰ inſipientibꝰ ꝓmittit̃
ꝑmiũ ꝑſeuerantibꝰ datur. Criſ. ſuꝑ Math.
Non incepiſſe ſꝫ perfeciſſe virtutꝫ ẽ. Uñ xp̃us
dicit Math. x. Qui aũt ꝑſeuerauerit vſq̃ꝫ in
finẽ: hic ſaluꝰ erit. Ex iam dictis pꝫ quõ hõ
cũ bonis opibꝰ dãnari põt. et quõ q̃s opera
ſua facere debeat vt deo ſint accepta et ſibi
meritoꝛia vite eterne. Exemplũ habemus ꝙ
nõ ſufficit bonã vitã incipere: niſi q̃s velit in
ea ꝑſeuerare. Uñ legit̃ in vitaſpatrũ ꝙ q̃daꝫ
adoleſcẽs ſecularis hñs patrẽ deſiderabat fi
eri monachus. Et dũ multuꝫ ſupplicaret pa
tri ſuo vix acquicuit. Et ingreſſus monaſte=
riũ et factꝰ monachus cepit deo feruent̃ ſer=
uire in ieiunijs et oꝛonibus. Contigit auteꝫ
poſt aliquod tp̃s eundẽ fratrẽ ſupplicare ab
bati ſuo dicens. rogo te abbas vt dimittas
me ire in heremũ. Dixit ei abbas. Fili noli h̃
cogitare. Ignoꝛas eñ temptationes dyabo=
li ⁊ verſutias eiꝰ: ⁊ ſi cõtigerit te tẽptari nõ
inuenies ibi qui te ꝯſolet̃. Ille aũt cepit ãpli
us eũ rogare vt eum dimitteret abire. Et ab=
bas ꝯſenſit. Poſtmodũ aũt dixit abbati ſuo
Rogo te abbas vt concedas qui oñdat mihi
heremũ. Et miſit cũ eo duos fratres q̃ irent
cũ eo. Ambulantibꝰ aũt fratribꝰ cũ eo ꝑ he=
remũ vna die: et altera die defecerũt ꝑ eſtu.
Et ꝓijciẽtes ſe in terrã doꝛmierunt. Et ecce
aquila venit ꝑcutiens eos alis ſuis. Et eui=
gilantes viderũt aquilã: et dixerũt fratri illi
Ecce angelus dñi: ſurge et ſeq̃re eũ. Surgẽs
valedicẽs fratribꝰ ſeq̃batur eã. Et venit vſq̃ꝫ
dum ſtaret aquila. Que mox ſurgẽs volauit
vſq̃ꝫ ad vnũ ſtadiũ: et iterũ receſſit ſimilit̃ ſe
q̃batur eã frater ille. et iterũ volauit et ſedit
nõ longe. Et factũ eſt hoc ꝑ treſ hoꝛas. Poſt
modũ aũt diuertit ſe aq̃la ad dexterã partẽ
⁊ frater ille ſeq̃batur eã. Et reſpiciens vidit
tres arboꝛes palmarũ et fontẽ aque: ⁊ ſpelũ
cã modicã. Et dixit: ecce locꝰ quem pꝛeꝑauit
mihi deꝰ. Et ingreſſus cepit in ea ſedere. ſu=
mens cibũ dactiloꝝ: et de fonte aquã bibẽs:
et fuit ibidem ſex annis neminẽ videns. Et
ecce vna dierũ venit dyabolus ad eũ in ſpe=
cie abbatꝫ cuiuſdã ſenioꝛis: habens vultum
terribilem. Uidẽs aũt frat̃ eũ timuit: ⁊ pꝛoci
dẽs in oꝛationẽ ſurrexit. Et dixit ei dyabolꝰ.
Oꝛemꝰ iterũ frat̃. Et ſurgẽtes dixit dyabolꝰ
Quãtũ tp̃is habes hic frater. Et reſpondit.
Habeo annos ſex. Et dixit ei demon. Ecce vi
cinũ meũ neſciebam: et nõ potui cognoſcere
niſi ante dies q̃ttuoꝛ ꝙ hic habitares. Et co
gitaui mecũ dicens. Uadã ad hoĩem dei iſtũ
⁊ conferã cũ eo ſuꝑ illo qð põt eſſe ſaluti aĩe
nr̃e. Et hoc dico frater ꝙ nihil ꝓficimꝰ i cel=
lis noſtris ſedẽtes. q2 coꝛpꝰ et ſanguinẽ xp̃i
nõ ꝑcipimꝰ: ⁊ timeo ne efficiamur externi ab
eo: ſi nos ab hoc miſterio elongauerimꝰ. Sꝫ
dico tibi frater: ecce hinc ꝑ tria miliaria ſunt
monaſteria habẽtia pꝛeſbyteros: eamꝰ illuc
oĩ dñica die: aut poſt duas hebdomadas: et
accipiamꝰ coꝛpꝰ xp̃i ⁊ ſanguinẽ eiꝰ: ⁊ reuer=
tamur ad cellas noſtras. Placuit aũt fratri
illi ſuaſio dyabolica. Et veniẽte dñica die ec
ce dyabolꝰ venit ⁊ dixit ei. Ueni eamꝰ. q2 ho
ra ẽ. Et exeũtes ꝑrexerũt ad ꝑdictũ monaſte
riũ in q̊ erãt ꝑſbyteri. Et ingreſſi eccleſiã mi=
ſerũt ſe in oꝛonẽ: ⁊ exurgẽs ab oꝛone frat̃ il=
le reſpiciens nõ inuenit illũ q̃ eũ duxerat ibi
⁊ dixit. Ubi putas ꝑrexit an ad cõeꝫ neccitatẽ
ꝑrexit. Et cũ expectaret diu ⁊ nõ veniret: exijt
foꝛas ⁊ req̃rebat eũ. Et cũ nõ inueniſſet dixit
ad fratres loci illiꝰ interrogans eos. Ubi eſt



abbas ille ſenex q̃ mecũ eccl̃iam ingreſſus ẽ
Et dicũt ei. Neminẽ vidimꝰ niſi te tm̃. Tunc
cõſiderauit frater ꝙ demon fuiſſet. Et dixit
Uidete cũ qua aſtutia diabolꝰ eiecit me ð cel
la mea. Sꝫ tñ nõ mltũ inde anrioꝛ. q2 ad bo
nũ opus veni. Percipiã igit̃ coꝛpꝰ ⁊ ſangui=
nem xp̃i: ⁊ hoc facto reuertar ad cellã meam
Et celebꝛatis miſſis in monaſterio volẽte re
uerti fratre illo ad ſuã cellã: tenuit eũ abbas
illiꝰ monaſterij dicẽs. Niſi refeceris nobiſcũ
non te dimittemꝰ reuerti. Et cũ recepiſſet ci=
bum cũ eis reuerſus eſt in cellã ſuã. Et iterũ
poſt aliquos dies venit diabolꝰ in ſil̃itudie
cuiuſdã iuuenis ſecularis: ⁊ incepit eum in=
ſpicere a ſũmo capitis vſq̃ꝫ ad pedes dicẽs.
Eſt iſte aut nõ. Et cepit eũ ꝯſiderare: ⁊ dixit
ei frater. Quid me ſic reſpicis̃. Et ille ait. pu=
to ꝙ me nõ cognoſcas. Nam poſt tautũ tp̃s
quo poſſes me cognoſcere. Ego ſum vicinus
patris tui ⁊ filiꝰ illius. Nõne pr̃ tuꝰ ſic eſt di
ctus: ⁊ mater tua tale nomen habuit: ⁊ ſoꝛoꝛ
tua ſic eſt dicta: ⁊ tu ſic vocaris: et mancipia
illa ⁊ illa ſic ⁊ ſic ſunt dicta. Mater vero tua
⁊ ſoꝛoꝛ tua ante tres annos moꝛtue ſũt. Pa
ter vero tuꝰ modo defunctꝰ eſt. ⁊ conſtituit te
heredẽ dicẽs. Cui habeo dimittere ſubſtãtiã
meã niſi filio meo viro ſancto: q̃ reliquit ſecu
lum ⁊ abijt poſt deũ: ipſi ergo dimittã oñia
bona mea. Modo vadãt aliq̃ qui eũ req̃rant
vt veniens diſtribuat oẽm ſubam meam: et
eroget eam pauꝑibꝰ ꝓ aĩa mea ⁊ ſua. Et pꝛe
terũt multi q̃rentes te: ⁊ minime inuenerũt
Ego vero veniẽs a caſu ꝓ quadã cauſa huc
cognoui te. Uñ nõ facias moꝛã: ſꝫ veni ⁊ vẽde
oĩa: ⁊ fac ſcðm voluntatem patris tui. Rñdit
frater ille dicẽs. Nõ habeo neceſſe reuerti ad
ſeculũ. Tunc dixit ei diabolus. Si non vene
ris ⁊ deperierit ſubſtantia illa: tu exinde red
des rõem. Quid eñ mali dico tibi ꝙ venias
⁊ eroges ea pauꝑibꝰ ⁊ egenis ſicut bonus di
ſpenſatoꝛ vt nõ a meretricibus ⁊ male viuẽ=
tibus ꝯſumatur qð pauꝑibus dimiſſum eſt.
Aut q̃d oneroſum eſt tibi vt venias ⁊ facias
elemoſynas ſcðm volũtatẽ pr̃is tui ꝓ aĩa tua
⁊ ſua: ⁊ hoc facto reuertaris ad cellam tuaꝫ.
Qui multa ſuadens fratrẽ illum depoſuit ĩ
ſeculum: ⁊ veniẽs cũ eo vſq̃ꝫ ad ciuitatẽ tũc
reliquit eũ. Uoluit aũt ille ingredi domũ pa
tris ſui tanq̃ꝫ iaꝫ defuncti: ⁊ ecce pater eius
viuus egrediebat̃: ⁊ videns eũ nõ cognouit.
Et ait ad eũ. Quis es tu. Ille vero turbatꝰ ni=
hil potuit loqui: ⁊ cepit eum iterato pater in
terrogare q̃s eſſet. Tũc confuſus reſpondit.
Ego ſum filius tuꝰ. Ait ⁊ ad q̃d reuerſus es:
Erubeſcebat aũt ei dicere qð verũ fuit: ſꝫ di=
xit. Charitas tua fecit me reuerti: q2 deſide=
rabã te videre. ⁊ mãſit ibi. Poſt aliqð vero tẽ=
pus incurrit foꝛnicationẽ: ⁊ mltis ſupplicijs
afflictus a pr̃e ſuo infelix ille nõ egit pñiam
ſꝫ manſit in ſeculo: ⁊ oĩa bona oꝑa ſua pꝛius
facta ꝑdidit: ⁊ ſic dãnatus eſt.

¶ Sermo. cxli. de ſeptẽ pctis moꝛtalibus.

## Peccatũ cuꝫ cõſummatũ

fuerit generat moꝛtem. Jaco. i.
Hoc intelligitur de quolibꝫ pctõ
moꝛtali. Quare in pñti ſermone
breuiter ẽ aliq̃d dicẽdũ de ſeptẽ pctis moꝛta
libꝰ. Pꝛimo de ſuꝑbia q̃ eſt oꝛigo oĩs pcti.

I Pꝛo quo ſciendũ ꝙ duplex eſt ſuꝑbia. ſ.
exterioꝛ ⁊ interioꝛ. Interioꝛ eſt cũ hõ in ſua
eſtimatiõe ꝑfert ſe alijs ⁊ appetit laudari: ⁊
dolet ꝙ alij laudant̃. Et talis ꝑſumit iudi=
care ꝓximũ eẽ malũ ⁊ ſeip̃m eẽ bonũ. qð eſt
ꝯtra dictũ xp̃i q̃ dicit. Mat. vij. Nolite iudi=
care ⁊ nõ iudicabimini. Sꝫ verꝰ ⁊ bonꝰ xp̃ia
nus dꝫ alios melioꝛes ſe reputare ⁊ ſe in hũi
litate alijs ſubijcere: ⁊ ſua pctã maioꝛa alio=
rũ peccatis eſtimare. Ber. Noli te cõꝑare ma
ioꝛibꝰ noli efferri minoꝛibꝰ nulli te ꝑponas:
ſꝫ nec cõꝑare ꝑſumas: iõ q̃libet dꝫ in hũilita
te ſeip̃m ꝯtẽptibilẽ reputare ꝓpter incertitu
dinẽ quã hꝫ de ſua bonitate. Eccl̃. ix. Neſcit
hõ an amoꝛe dignꝰ ſit an odio. Exterioꝛ ſuꝑ=
bia exercet̃ in capite ⁊ in toto coꝛꝑe. ſ. in pe=
plis in lõgis crinibꝰ in capucijs: in pallijs: ĩ
ſciſſuris mult̃: in cingulis: in calceis. ⁊ ſic de
alijs. Sꝫ q̃rit̃ qñ talis ſuꝑbia exterioꝛ in coꝛ
poꝛe ſit pctm̃ moꝛtale. Rñdet̃ ꝙ ſex mõis ꝑ
oꝛnatũ coꝛꝑis q̃s peccat moꝛtal̃r. Pꝛio ꝑ in=
tentionẽ. ſ. qñ q̃s ſe oꝛnat ea intẽtiõe vt velit
ab alijs ꝯcupiſci: q2 ſcðm Aug. Nõ ſolũ appe=
tere: ſꝫ etiã appeti velle crimînoſuꝫ eſt. Criſ.
in li. de cõpunctõe. Si mulier ſe decoꝛauerit
⁊ ad ſe viſus hoĩm ꝓuocauerit extremã vin=
dictã ſuſtinebit. Ergo mulieres ⁊ etiã vgines
q̃ ſe oꝛnãt vel facies ſuas coloꝛãt vt ab alijs
ꝯcupiſcant̃: peccãt moꝛtal̃r: q̃ꝫuis etiã nõ ha
beãt volũtatẽ ꝯſentiẽdi illis q̃ eas ꝯcupiſcũt
Scðo peccãt mulieres vel etiã viri in oꝛnatu
coꝛꝑis cũ ſe oꝛnãt ex ſuꝑbia. ſ. extollẽdo ſe ſu
per alios hoĩes: ⁊ ꝯtẽnendo alios q̃ non hñt
talem oꝛnatũ ⁊ talis oꝛnatꝰ cõiter ex ſuꝑbia
ꝓcedit. vñ Inno. de vilitate hũane ꝯditiõis
Suꝑbꝰ aũt vt magnificꝰ videat̃ ſatagit veſti
ri duplicibꝰ indui mollibus ꝑcioſis oꝛnari.

Hoc pʒ q: heu mlͭi hoīes ex ſupbia ſe ornāt
vt alios in pulchritudie excedāt: vel ſaltē vt
nō excedant ab alijs: vel ex amore vane lau-
dis ⁊ vane glͤe vt dicat de eis ꝙ ipi ſint pul
chri ⁊ honorabiles. Lu. xiiij. Oīs q̄ ſe exaltat
hūiliabit. Tertio peccāt hoīes in ornatu cor
poris. ſ. facies ſuas colorādo: cū h̄ faciūt ī cō
tēptū creatoris ſui. vñ Amb. Deles picturā
dei ſi vultū tuū naturali candore obnubilas
⁊ exq̄ſito rubore pfundis. Tales ſilͤes ſūt lu
cifero: q: volūt eē pulchriores q̄ deꝰ ops q̄
eos creauit. ſicut illi q̄ hñt facies pallidas ⁊
volunt ſibi facere rubeas vel albas. ⁊ illi qui
hñt crines nigros ⁊ volūt facere glaucos: et
q̄ hñt crines planos ⁊ volūt habere criſpos.
Quarto hoīes peccāt in ornatu corpis: qḋ cō
tingit ꝑpt̄ nimiā cōplacētiā ⁊ amorē ⁊ ſolli
citudinē quā hñt ad ornatū ⁊ pulchritudinē
corpis. Tantꝰ eñ poſſet eſſe amor iſte ⁊ tāta
cōplacentia ꝙ eſſet mortale pctm̄ ⁊ q̄ſi ydo-
latria. vt qñ amor ille ⁊ cōplacētia illa amo
rē dei ſuperaret: q: h̄ ab hoīe colit̄ qḋ ꝑ cete-
ris diligit̄. vñ Augu. Nullum pctm̄ adeo ve
niale eſt qḋ nō fiat mortale dū placet. Ergo
iſti piculoſe ſtant q̄ hñt nimis magnā cōpla
centiā ī ſuis veſtibꝰ: eo ꝙ hñt diuerſa paria
veſtiū in tunicis ⁊ pallijs: capucijs: ⁊ peplis
⁊ in cingulis deauratis vel deargētat̄: q: ta
les ꝑpt̄ hoc pñt dānari. Vñ exēplum narrat
Humbertꝰ. ꝙ fuit in francia q̄dā mulier de-
uota: q̄ cum ſemel eſſet rapta vidit in ſpiritu
quandā magnā comitiſſam q̄ fuerat ei fami
liaris. Cuiꝰ cū aīam demones traherent ad
īfernū ipa comitiſſa eiulādo clamauit. Heu
me miſerā q̄ ſatis caſta fui ⁊ abſtinēs: ⁊ ele-
moſynaria: nec ꝓ alia re dānor niſi ꝓ orna-
tu veſtiū quē nimis dilexi: ⁊ admonita n̄ ceſ
ſaui. Vñ etiā legit̄ de quadā muliere q̄ ꝑpt̄
nimiū ornatū corpis nō meruit eucharistiā
recipe in agone: ſ; duo pulcherrimi iuuenes
aſſiſtentes acceperūt ieſum xp̄m de manu ſa
cerdotis volentis eā cōicare: ⁊ ſic ipa ſine cō-
munione obijt. Quinto ꝑpt̄ ſcandalū q̄uis
nō intēdas pſonā aliquā allicere: tñ ſi cogno
ſcis alios accendi in mala ꝯcupiſcentia: ⁊ tñ
nō vis dimittere ornatū ſupbū ꝑpt̄ ſalutē
ꝓximi: mortalr̄ peccas ⁊ dānaberis. Sexto
ꝑpt̄ exēplum ⁊ informationē alioꝝ: ſicut q̄
primitꝰ inuenerūt vel adhuc hodierna die in
ueniūt nouos modos veſtiū ⁊ extraneitates
⁊ volūt hr̄e ſequaces in talibꝰ adinuentōibꝰ
ſcʒ in varijs ⁊ diuerſis ſciſſuris: ⁊ ſic de alijs
Taliū pena accidētalis augmentat̄ q̄tidie ī
infemo vſq; ad nouiſſimū diē a quolibet ho
mine q̄ eos imitat̄ in talibꝰ adinuētionibꝰ.

Scōm pctm̄ mortale eſt auaricia. Circa
qḋ ſciendū ꝙ q̄s peccat q̄ttuor modis ꝑ diui
tias. Pʼo ꝯcupiſcendo bona alioꝝ ꝯ̄ deū; et
iuſticiā: vel etiā illi q̄ cōcupiſcunt iuſtas res
hr̄e: ſ; ad malū finē. i. ad peccādū. ſ. ad vanā
gloriā: vel ad luxuriā: vel crapulā exercendā
ſicut ille diues de quo ſcribit̄. Luce. xvi. Qui
epulabat̄ quotidie ſplēdide ⁊ induebat̄ pur-
pura ⁊ byſſo. Item q̄ nimio appetitu ⁊ amo-
re afficiunt̄ ad tp̄alia q̄uis nō iniuſte vellēt
ea acq̄rere: tñ qñ ille appetitꝰ ⁊ amor tp̄aliū
ſuperat ⁊ excellit amorē dei ⁊ appetitū ꝓpe
ſalutis: ſic ꝙ mens ſuffocat̄ in toto: talis ēt
grauiter peccat. Sicut heu plures ſunt q̄ to
tū cor ſuū occupāt cū tp̄alibꝰ: ſic ꝙ raro vl̄ nū
q̄ de deo vel ſalute ꝓpria cogitāt. Sʒ qñ q̄s
appetit aliena cū voluntate ꝯditionata. ſ. ſi
poſſet ea hr̄e ſine offenſa deiꝰ ⁊ iniuria pximi
⁊ tūc vel nullū vel ſolū pctm̄ veniale eſt. Se
cundo peccat q̄s ꝑ auariciā; acq̄rendo bona
tp̄alia iniuſte. ſ. cū vſura: vl̄ ludēdo vl̄ ꝑ frau
dē in emēdo: vendēdo: vel ꝑ furtū vl̄ ꝑ rapi-
nā: ⁊ ſic de alijs. Na; quocūq; mō q̄s tp̄alia
iniuſte lucrat̄ mortalr̄ peccat ⁊ tenet̄ ad re-
ſtitutionē ſi vult ſaluari: ſiue ſit in rebus ma
gnis ſiue in paruis. vñ Aug. Auarus anteq̄
q̄d lucret̄ ſeipm̄ pdit: ⁊ anteq̄ aliq̄d capiat
capit̄. Idem. Aug. Pctm̄ nō dimittit̄ niſi re
ſtituatur ablatū. Vñ de hoc dr̄ in decre. Infe
rens dānū ꝓximo nō eſt abſoluēdus niſi dāno
ſm̄ arbitriū leſi reſtituto. xiij. q. vi. Peſſimā
ix. q. vi. Si res. Tertio peccat q̄s ꝑ diuitias
male expēdēdo. ſ. qñ nō vtit̄ ad honorē dei ⁊
ſalutē ꝓpriā: ſ; vtit̄ ad peccādū ꝯ̄ deū; tales
ſic expēdēdo pñt ꝓpterea ꝯdēnari etiā ſi nul
las res iniuſtas hr̄ent: ſ; ſuas iuſtas res ſic
ad peccādū expēderēt vt pʒ in illo diuite epu
lone: de quo hr̄ Lu. xvi. Qui ſepultꝰ eſt in in
ferno ⁊ tñ nō repit̄ ſcriptū de eo ꝙ fuit vſura
rius: raptor: luſor: vel fur. ſ; q: bona ſua ma-
le expēdit. ſ. in ſupbia veſtiū: in gula ⁊ crapu
la. ⁊ paupi lazaro nō ſubuenit: iō dānatus ē.
O quot diuites ſequunt̄ eū in ſupbia veſtiū
hñtes p̄cioſas veſtes: lōgas caudas: ⁊ ſciſſu
ras varias: ⁊ multa paria veſtiū. Similiter
ſequunt̄ eū ī gula: ſicut mlͭi q̄ volūt laute vi
uere ⁊ p̄cioſa fercula hr̄e ⁊ p̄cioſum potū bi
bere: ⁊ ſic ſupflue expēdūt ſuas iuſtas res: de
quibꝰ diſtrictā rōem vſq; ad vnū denarium
reddituri ſunt deo in nouiſſimo die. Similr̄
q̄ perludūt vel q̄ male expēdūt patrimoniū



ſuū. Sʒ diceres iſta bona ſunt mea. ergo mi-
hi licet facere cū; eis q̄cq̄d volo. Rñdetur ꝙ
non ſunt tua ꝓpria: ſ; ſunt a deo tibi accōmo
data. vñ Aplͤs. i. Cor. iiij. Quid habes quod
nō accepiſti. ſ. a deo. Ergo q̄libʒ debʒ vti ſuis
bōis tāq; rebꝰ accōmodat̄ cū timore ne offen
dat deū q̄ ea ſibi accōmodauit. Quarto pec-
cat q̄s ꝑ diuitias ea ſ nimis auare poſſidēdo
et retinēdo ſua iuſta bona ſic ꝙ de ſuperfluo
nō ſubuenit paupibꝰ ex inſatiabili cupidita-
te: q: timet ſp̄ ſibi deficere. ⁊ talr̄ reputat̄ ra-
ptor corā deo. vñ Amb. Nō mioris criminis ē
habēti tollere q̄ cū poſſis indigētibꝰ denega
re. Ergo tātoꝝ ſcias te inuadere bona quāt̄
poſſis p̄ſtare ⁊ nolis: ergo q̄libet poſſidēs bo
na tp̄alia dʒ paupibꝰ cōdiuidere. Auguſt. Da
xp̄o in terra q̄ tibi reddet in celo. Et de hoc q̄
re ſer. ciij. T. L Tertiū pctm̄ mortale eſt
gula. Circa qḋ q̄ritur quot modis q̄s come-
dendo et bibendo peccet mortalr̄. Rñdetur
ꝙ p̄ncipalr̄ q̄nq; modis. Pʼo qñ diligo cor
pus intñ ꝙ ꝯ̄ p̄ceptū ecclͤe paratꝰ ſū; come-
dere in diebꝰ ieiunioꝝ: cū tñ bñ poſſem ieiu-
nare ⁊ nolo corpꝰ meū grauare intantū ⁊ ſic
ſoluo ieiuniū ſine cā ab ecclͤia p̄ceptū. Unde
Hermañ. de ſchilditʒ dicit. Qñ q̄s inordiate
gule vl̄ ꝯcupiſcētie inheret tanq̄ vltimo fini
ita ꝙ talis q̄ſi deū cōtēnens paratus ſit p̄ce
pta dei ⁊ ecclͤe trāſgredi vt delectationes gu
le aſſequat̄: talis grauit̄ peccat. Nam q̄cūq;
ſoluit ieiuniū ab ecclͤia inſtitutū ſine legitīa
cauſa ⁊ rōne: ⁊ ex ꝯtemptu non vult obedire
peccat mortalr̄ totiēs quotiēs hoc trāſgre-
dit̄. Secūdo peccat q̄s in comedēdo cū q̄s ſu
mit cibū illicitū vel ꝓhibitū. ſicut ſi q̄s ī qua
drageſima comederet lacticinia: oua: ⁊ ſilͤia.
quia in q̄drageſima interdicūtur vniuerſali-
ter oua ⁊ oīa lacticinia. Silr̄ q̄ vota feciſſʒ. ſ.
ſextis ferijs nec oua nec lacticinia comedere
⁊ hoc votū infringeret. Tertio qñ quis ſcient̄
cibū nociuū ſibi comedit ꝑpt̄ ſolā delectatō
nē: talis etiā grauit̄ peccat ſic ſumēdo illum
cibū vel potū. Vñ ſcient̄ vires corpis debili-
tat ⁊ vitā ſibi abbreuiat. q: ſic facit ꝯ̄ charita
tē qua hō tenet̄ ſeipʒ diligere in deo ⁊ vires
ſuas preſeruare vt deo diutiꝰ poſſit ſeruare
ſuā vitā ⁊ ei ſeruire. p̄s. Fortitudinē meā ad
te cuſtodiā ⁊c̄. Quarto cū q̄s excedit in nimi
etate: ſic ꝙ pdit inde rōem: vel incidit ī nau-
ſeam vel acq̄rit inde vomitū ꝓpter ſupfluā;
crapulā. talis etiā grauiter peccat. Nam ſm̄
Henri. de vrima. Quicunq; inebriat̄ vel exce
dit menſurā in comedendo vl̄ bibendo: ⁊ hoc
facit cū ꝓpoſito ⁊ intētione: talis peccat mor
talr̄ totiēs quotiēs. vñ Amb. in ii. de pnīa.
Ebrioſus cū abſorbet vinū abſorbet̄ a vino.
abominat̄ a deo. deſpicit̄ ab angelis: deride
tur ab hoībꝰ: deſtituit̄ a virtibꝰ. cōfundit̄ a de
monibꝰ. vñ etiā Orige. Ebrietas ē mr̄ oīʒ vi
cioꝝ. Itē ebrietas facit de hoīe beſtiā: de ro-
buſto infirmū. de prudēte fatuū. Et ſi q̄s in
tali ebrietate occideret̄ vel alia morte more-
ret̄ eternaliter dānaret̄. Exēplū habemꝰ de q̄-
dā q̄ frequēter inebriabat̄: et quodā tp̄e ꝑre-
xit ad dedicationē. Quere hoc exēplū ſup ſer
mone. xcix. P. vñ Gre. Qui nunc male ſe ī vo
luptatibꝰ dilatat: illū poſtea in ſupplicijs pe
na anguſtat. Quinto peccat q̄s in comeden-
do vel bibēdo cū q̄s tm̄ diligit cibū ꝙ appe-
titꝰ delectationis cibi eſt cā finalis ⁊ p̄ncipa
lis ſumēdi cibū delectabilē: ſic ꝙ p̄ponit illā
delectationē deo q̄ p̄ncipalis ⁊ finalis dʒ eē
cauſa oīʒ operū nr̄oꝝ. Et talē delectationē q̄
runt hoīes voluptuoſi q̄ ſolū viuūt ſm̄ carnē
vñ Aplͤs. Roma. viij. Si ſm̄ carnē vixeritis
moriemini. Hiero. Impoſſibile eſt vt p̄ntibꝰ
q̄s ⁊ futuris fruat̄ bōis. vt h̄ vētrē et ibi mē
tē ipleat: et ſic de delitijs trāſeat ad delitias
Tñ ſciēdū ꝙ qñ quis eſurit: ⁊ ſic eſuriēdo co
medit ⁊ delectat̄ ī cibo nō ē pctm̄. q: hoc ē na
turale cuilʒ aīali. Etiā ſi q̄s p̄pat cibū ea itē-
tione vt eū ſumere poſſit: hoc iterū pōt fieri
ſine pctō: ſ; q̄rere tm̄ ſaporē et delectationē ī
cibo ⁊ potu h̄ ē pctm̄. M Quartū pctm̄
mortale ē luxuria. Et ē ſciēdū ꝙ q̄ñcūq; cō-
mittit̄ actꝰ luxurie pt̄ actū mr̄imonij ſp̄ ē pec
catū mortale. Aplͤs Eph. v. Oīs fornicator
aut imūdꝰ nō hēbit ptē ī regno xp̄i. Sʒ dice
res an hō ſine actu poſſit peccare mortaliter
Rñr ꝙ ſic. ⁊ hoc ꝯtigit octo modis. Pʼo qñ
q̄s dat ꝯſenſum in moroſam delectationē: ſi
cut q̄ delectant̄ cū plena rōe. ī mal̄ cogitatōi
bus: ſic heu mlͭi faciūt tā viri q̄ mulieres: q̄
lʒ nolūt ad actū ꝓcedere: tñ volūt in mal̄ co
gitationibꝰ ⁊ delectationibꝰ delectari. Qḋ ēt
nimis piculoſū; ē. q: facilr̄ ꝑ hoc pctm̄ mor
tale q̄s incurrit. qḋ btūs Iacobꝰ ꝓbat ī eplͤa
ſua vbi ſic dicit. Cōcupiſcētia. i. interior ani-
mi delectatio cū cōcepit ſupple ꝯſenſum rō-
nis parit pctm̄. ſ. mortale. Sʒ tñ ſciēdū ꝙ qñ
alicui incidit turpis cogitatio ſine delectatō
ne ⁊ ꝯ̄ volūtatē hoc nullū pctm̄ eſt. vñ Greg.
Quantūcūq; immūda ſit cogitatio mentem
non polluit ſi ratio nō cōſentit: imo ē meri-
toriū. vñ Ber. Quotiens reſtiteris totiēs co-
ronaberis. Sʒ cum turpis cogitatio incidit

cū delectatione: tn̄ ſine cōſenſu plene rōnis
tūc eſt veniale pctm̄. Secūdo cōmittit luxu⸗
ria ſine actu: qn̄ q̄s ex mala cogitatione ꝛ de⸗
lectatione dat conſenſum et voluntatē ad ip
ſum op⁹ pperādū: ꝛ hoc ē ſp pctm̄ mortale.
Vn̄ Aug. Si ratio conſentiat ei qđ libido cō
mouerit faciendū eſſe et nō deſcrepat: iam ei
peccatū imputat̄ etiā ſi non cōſequat̄ factū:
qm̄ rea tenet̄ in ꝯſenſu cōſcia. Et hoc etiā in
telligitur de quolibet pctō mortali. Vn̄ dicit̄
in decre. In malicijs volūtas ꝑ facto reputa
tur. de pe. di. vij. Oīs. Ergo q̄cunqȝ regnū ce
loꝝ intrare voluerit oportet ꝙ habeat firmū
ꝓpoſitū ꝙ vſqȝ ad mortē nūꝙ̄ velit mortali
ter peccare: nec etiā actū luxurie facere: niſi ī
matrimonio. Tertio committit̄ luxuria ſine
actu cū viſu. vt qn̄ q̄s inſpicit aliquā pſonā
ea intētione vt eā cōcupiſcere velit. Mat. v.
Qui viderit mulierē ad cōcupiſcēdū eā iam
mechatus eſt eam in corde ſuo. Vn̄ ſi q̄s vna
die centū domos intraret. et in qualȝ domo
talē cōcupiſcētiā iam dictā ſibi p viſum acq̄
reret tot mortalia pctā ꝯmitteret. Ergo ſum
me neceſſaria ē cuſtodia oculoꝝ. Quarto cō
mittit̄ locutione vel riſu: vt cū quis alloq̄tur
vel arridet vni pſone ea intētione vt eā alli⸗
ciat peccat mortalit̄. Quinto cōmittit̄ p ta⸗
ctum illicitū ſiue impudicū: ꝛ p āplex⁹ ꝛ oſcu
la ꝛ hmōi q̄ mod⁹ vocat̄ ab aplo turpitudo.
Et illo modo etiā peccat q̄s mortalit̄: ꝛ tāto
grauı⁹ peccat q̄nto mag̃ p talia libido accen⸗
dit̄ ꝓpt̄ nimiā approximationē ad mulierē vl̄
ad virginē. Sexto cōmittit̄ p ornatū corpis
vel p alia ſigna ad luxuriā icitātia. verbigrā.
Ut ſunt iſti q̄ non cōcupiſcūt nec actū perpe
trare volunt: ſ; faciunt vt ꝯcupiſcant̄: vt mu
lieres et virgines que ꝓpterea ſe lauant ꝛ or
nāt: et caput ſuū diſcooperiūt vt amabilio⸗
res fiant ꝛ ſic alios allicere poſſint: ille mor⸗
talit̄ peccat. Septimo cōmittit̄ per dona et
munuſula: vt cū q̄s dat alicui pſone donum
vel exeniū: ea intētione vt eā ſic ad malā cō⸗
cupiſcētiā ꝛ ad malum actuȝ alliciat peccat
mortalit̄. Octauo cōmittit̄ qn̄ aliqui libēter
vellēt actū illū pficere ꝛ bn̄ poſſent: q꞉ habēt
oportunitatē tpis. loci: ꝛ pſone: ſ; ſolūmō ꝓ⸗
pterea dimittūt: q꞉ timēt mūdū et ſcādaluȝ
hoīm: ꝛ cōfuſionē ꝓpriā. S; ſi ſcirēt ſe poſſe
latere in hoc actu nec deū nec ſctōs nec ſalu
tē aīe curarēt qn̄ h̄ nephas ppetrarēt. Et ta⸗
les q̄ ſic dimittūt nō ꝓpter deū: ſ; ſolū ꝓpter
hoīes grauit̄ deū offendūt. vnde Leo papa.
Sūt nonlli q̄ cū corde ꝯcipiūt pctm̄ faciēdū

deliberāt: illud tn̄ timore dimittūt: aut ꝓ dif
ficultate iplere nequeūt: hi ꝓfecto nō in do
mino moriunt̄. Et h̄ intelligēdū ē de q̊lȝ pec
cato mortali qđ q̄s ꝓpt̄ deū nō dimittit: ſed
ſolū ꝓpter timorē hoim. N Quintū pec
catū mortale ē ira ꝓ q̊ ſciēdū ꝙ ꝑ̇ncipaliter
ira ē triplex. Pria ē bōa: ꝛ eſt qn̄ q̄s iraſcit̄ ſu
per pctā ꝓpria ꝛ aliena. Ecci. vij. Melior eſt
ira riſu. q꞉ p triſticiā vult⁹ corrigit̄ anim⁹ de
linquētis. ps. Iraſcimini et nolite peccare.
Et hoc ē ſignū ꝙ ſunt filij dei q̄ nō pūt ſuſti⸗
nere iniuriā dei. Ergo iraſci ſup ꝓpria pctā ꝛ
etiā aliena: ſiľr ꝛ vindicare iniuriā dei talis
ira eſt bōa ꝛ laudabilis. Secūda ira eſt venia
lis. ſicut ſubita ira ſine deliberatōe rōnis. q꞉
in aliq̄b⁹ hoib⁹ ignis ire cito accendit̄. Et qn̄
q̄s ex ſurreptione ꝯmouebit̄: ꝛ q̄ꝫcito hoc cū
rōne aduertit: tūc expellit et reſiſtit huic ire
ꝛ nō vult ſe vindicare. Et ſic peccat ſolū veni
aliter. vn̄ Caſſio. Venialis ira eſt q̄ nō ducit̄
ad effectū. Tertia ira eſt mortalis: vt cū quis
iraſcit̄ cū deliberatōe ꝛ cū cōſenſu rōis ꝛ co⸗
gitat in aīo ſuo quō poſſit ſe vindicare: ꝛ tal̄
ſic iraſcēs reus erit iudicio. Math. v. Omis
q̄ iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Et ſi il
lā irā oſ̄ndit v̄bis. ſ. maledicendo ꝓximis ſuis
tunc adhuc grauı⁹ peccat. Et per hoc incur⸗
rit eternā maledictionē quā quideȝ maledi⸗
ctionē xp̄s dicturus eſt in iudicio. vt habet̄
Mat. xxv. Ite maledicti ī ignē eternū. Et ſi
ex ira ꝓcedit ad factū ꝯ ꝓximū. ſ. cum pcuti
endo: vulnerando: vel occidendo. tūc adhuc
graui⁹ peccat. O Sextū pctm̄ mortale ē
inuidia. Pro quo ſciendū ꝙ triplex eſt inui⸗
dia. Prima inuidia eſt que ꝓuenit ex natu⸗
ra: ſicut quidā naturaliter ſunt inuidi: ꝛ hoc
nō eſt pctm̄ et cū hoc nullo mō ſit ī ptāte no⸗
ſtra. vn̄ Ariſto. iij. ethi. In deſiderijs natura
libus pauci peccant. Ergo talibus p̄mus mo
tibus ſic naturalit̄ incidentib⁹ inmediate ꝛ
ſine mora reſiſtendū eſt: et tūc non nocēt. vn̄
Grego. Tēptatio cui nō cōſentit̄ nō eſt pctm̄
ſed eſt materia exercēde virtutis. Secūda in
uidia eſt venialis: ꝛ ē cū quis triſtat̄ de for⸗
tunio et felicitate ꝓximi: tamē nō cū plena
rōne ꝛ deliberatione: et ſic eſt pctm̄ veniale.
Hoc pȝ ex eo. q꞉ cū plena ratione optat ꝛ fa
uet ſibi oē bonū. Tertia vero inuidia ē cuȝ
dolet de bono alterius: ꝛ hoc ex deliberato ꝓ
poſito: vt q꞉ eū ali⁹ excedit in talib⁹ bonis. ſ.
in ſapiētia: ſiue in reb⁹ tpalib⁹: ſiue in fauo⸗
re hoīm: ſiue q꞉ hȝ ampliorē glām ꝛ excellen
tiā, et ſic eſt pctm̄ mortale. Et in hoc ꝓpe ꝯſi



ſit inuidia. et illud ſemp eſt malū: q꞉ dolet
de quo eſt gaudendū. ſ. de bono ꝓximi: qđ ē
contra charitatē ꝓximi. q꞉ ſi diligo ꝓximuȝ
ſicut debeo et teneor: tūc faueo ſibi quicquid
deus ſibi fauet: et ad hoc quilibet tenet̄. Vn̄
Ariſto. Diligere eſt alicui bonū velle. Vn̄ in⸗
uidioſi qui gaudēt de aduerſitate proximi ꝛ
dolent de ꝓſperitate ipſius ſunt hoies dya⸗
bolici: q꞉ habēt ſignū ipſius. vn̄ Ioh. xiij. In
hoc cognoſcēt omnes ꝙ mei eſtis diſcipuli
ſi dilectionē habueritis adinuicē. Sic econ⸗
uerſo ē ſignū ꝙ ſunt filij dyaboli qui habēt
inuidiā ad ꝓximos: et gaudēt de malis alio
rū: qđ dyabolicū eſt. Prouer. xvij. Qui in rui
na alterius letat̄ nō erit impunit⁹. Nā dole⸗
re de bonis ꝓximoꝝ īfeliciſſimū eſt. q꞉ amit
tūt quicquid alij lucrant̄. Seneca. Utinā in⸗
uidi in oīb⁹ ciuitatib⁹ aures et oculos habe⸗
rent vt de ſingulis ꝓſpitatibus hoim torq̄⸗
rent̄. P Septimū pctm̄ mortale ē acci⸗
dia. Vn̄ q̄ritur qn̄ tediū boni ſit pctm̄ morta
le ꝛ qn̄ nō. Rn̄r ſm̄ Hermañ. de ſchildiȝ ꝙ
tediū boni pōt ꝯſiderari tripľr. Uno mō ꝓut
eſt quidā mot⁹ naturał ex laſſitudine corpo⸗
ris poſt exercitiū ſpūale ꝓueniēs: et ſic non
eſt pctm̄. Secūdo mō ſm̄ ꝙ eſt mot⁹ appeti⸗
tus ſenſitiui cōtriſtati de ope ſpūali laborio
ſo ꝛ ſic pōt eſſe pctm̄ veniale: q̄ꝫuis etiaȝ ille
appetit⁹ ſit deliberatiu⁹. q꞉ cōſenſus in veni
ale nō ē niſi veniale. v̄bigrā. Si cāto vel oro
aliqualit̄ cū tedio ꝛ tn̄ ꝓpterea dimittere no
lo. ſic ſolū eſt veniale. Tertio mō cū hoc tedi⸗
um redūdat in omiſſiōeȝ eoꝝ q̄ ſunt neceſſa⸗
ria ſaluti: ꝛ ad q̄ neceſſario hō tenet̄: et tūc ē
pctm̄ mortale. v̄bigrā. Sic nō audire miſſaȝ
in die dn̄ica vel pniām iniunctā nō iplere: vł
horas canonicas omittere ab illo qui ē in ſa
cris ordinib⁹ conſtitutus. vel ꝓmiſſum votū
nō adimplere et ſic de alijs.

¶ De decem preceptis. Sermo. cxlij.

S I vis ad vitā ingredi ſer
ua mandata. Math. xix. In ver⸗
bis p̄miſſis oſ̄ndit xp̄s cuilibȝ hoī
viaȝ vite et̄ne cū dicit. Si vis ad
vitā ingredi ꝛc̄. Vn̄ ſciēdū ꝙ decē ſunt prece
pta q̄ q̄lȝ hō tenet̄ ſuare q̄ vult ſaluari. Q
Primū p̄ceptū eſt. Non adorabis deos alie⸗
nos. Et illud p̄ceptū tangit fidē. q꞉ fides eſt
fundamentū oīs boni. Vn̄ Aug. Fides ē hu⸗
mane ſalutis initiū ſine q̄ nemo pōt ad nūe
rū filioꝝ dei ꝓuenire. Vn̄ xp̄us dicit in euan⸗
gelio. Ioh. iij. Qui nō credit: iā iudicat⁹ eſt.

Ex q̄b⁹ v̄bis pȝ ꝙ oēs infideles ſicut pagani
iudei: heretici: ſunt in ſtatu dānatiōis: ꝛ iaȝ
ad eternā mortē iudicati. R S; loquen
do de xp̄ianis baptizat̄ tūc dicēdū eſt ꝙ ipſi
multipľr ꝯ hoc p̄ceptū peccāt. Primi ſunt q̄
dubitāt de fide an ſit ſic vt ſcriptura dicit et
fides catholica tenet. ꝛ etiā q̄ negligūt addi
ſcere articulos fidei cū poſſent et debeāt eos
ſcire. Na q̄libȝ xp̄ianus cū ad annos diſcreti
onis ꝑuenerit tenet̄ addiſcere et ſcire ſimbo
lum aploꝝ. Vn̄ de hoc dr̄ in decret. Paruuli
facti adulti tenent̄ ad fidē quā ꝓ eis ſpopō⸗
derūt offerentes. Et illi debēt eos docere ſim
bolū ꝛ dn̄icā orōnē. de ꝯſe. di. iiij. Nos. Ergo
q̄ articulos fidei friuole ꝛ ex cōtēptu ſcire nō
vellet cū poſſet: peccaret mortalit̄. ꝛ tali non
eſt adminiſtrādū ſacr̄ȝ euchariſtie donec ad⸗
diſcat. Itē q̄ obſeruat tp̄s ꝛ dies egyptiacos
in his actib⁹ q̄ ſolū dependēt ab hominis arbi
trio libero. puta mercatio: traductio vxoris:
herbarū collectio. vel alicui⁹ opis inchoatio
q꞉ in talib⁹ obſeruare dies egyptiacos ē pec
catū mortale. Ergo rep̄henſibilit̄ peccāt qui
in nocte natiuitat̄ xp̄i ꝛ Iohis baptiſte ſuas
faciunt incātatōes. Itē q̄ ſomnia aduertunt
ꝛ ſeruāt. Cōtra q̊s dr̄ Leuit̄. xix. Nō augura
bimini nec obſeruabitis ſomnia. vn̄ Eccs. xxx⸗
iiij. Multos errare fecerūt ſomnia ꝛ illuſio⸗
nes vane. vn̄ Cato. Sōnia ne cures: nā fallūt
ſomnia pl̄es. Iteȝ q̄ ad phitoniſſas accedūt
totiens quotiens mortalit̄ peccāt. q꞉ non lȝ
ꝯſiliū a dyabolo pq̄rere: q꞉ inimic⁹ nr̄ morta
lis ē ꝛ ſp hȝ malā volūtatē ꝯ nos. et ſemp ni
titur impedire ſalutē noſtram. Inſuper nec
ē eis credēdū: q꞉ dyabol⁹ q̄ p eas loquit̄ men
dax eſt et pr̄ ei⁹. ſ. mendacij. Item qui fatum
tenent etiā grauiter peccāt. Nā deuiant a fi⸗
de q̄ tenēt fatū. Q꞉ ſunt multi q̄ dicūt qn̄ hō
mala morte morit̄. qn̄ ſcȝ ſuſpēdit̄ ſiue rota
tur ſiue cōburit̄. et ſic de alijs. ꝙ de⁹ ſic volu
it ꝛ ordinauit. ꝛ ꝙ hō talis ad hoc natus ſit
ꝙ talia pati debuit. Hoc dicere ē graue pec⸗
catum: q꞉ eſt loqui cōtra honorē dei. q꞉ deus
nō vult niſi bonū. Apl̄s. i. Theſ. iiij. Hec ē vo
luntas dei ſctīficatio v̄ra. Vn̄ ꝓuenit ex ꝓpa
malicia ipi⁹ hois ꝙ male agit. Itē q̄ ſeruāt
auguriū: et hoc attēdit̄ in geſtu: cantu: et vo
latu auiū. verbigrā. Cum gallina cantat: ca⸗
nis latrat: coruus ſupra domū ſe locat volē⸗
tes hoc aliquid ſpeciale pretēdere: que om
nia vana et ſupſticioſa ſunt. Item q̄ in puer
perio cū mulierib⁹ impgnātib⁹ et pturiētib⁹
ſupſtitiōes exercēt: ſicut q̄ mulereȝ difficul⸗

tatē habētē in partu circūcingūt cingulo viri
vt eo leui⁹ pariat. Item qui cū gladio euagi
nato bn̄dicunt mulieres in puerperio: ⁊ extuſ
ſtant candelā in faciē ei⁹: qđ eſt ſupſticioſuʒ.
Sʒ ſi thus ibi adoleat̃ ſiue accendat̃ lumen
cōſecratū vel aq̄ benedicta ibi aſpergat̃: vł ſi
ſignū crucis ibi habeat̃: illa ſunt deifica et li⸗
cita. Itē q̇ carminãt homīes ⁊ pecora: qđ fit
multipl'r. Primo caput cingūt ⁊ menſurant
cū cingulo ꝓprio: et tūc ponūt cingulū ſub pe
dib⁹ ei⁹. et ipſe dicit. Melius te calco ꝙ̄ por⸗
to. Itē oculos bn̄dicūt: terrā cū manu tāgūt
et tūc cū tali manu oculos ſibi cōtingūt. Itē
q̄nqʒ aliquos ducūt per fluidā aquā. Itē ver
tūt ſe ꝯ ortū ſolis. Iteʒ q̄nqʒ ducūt aliquos
ad vnā arborē: et faciūt eos quaſſare arborē
Itē q̇dā carminãt equos ⁊ vaccas et cetera
anīalia q̄n vermes habēt: vel cū de mane ex⸗
pellunt̃. vel cū ꝑdita ſunt ea bn̄dicūt ne lupi
ea rapiant. Itē quidā benedicūt vulnera ne
cruentent. Iteʒ q̇ ꝯ inimicos canes et lupos
cū vulnerib⁹ xp̄i ſe carminãt. Item ſciënduʒ
ꝙ omnes iſti q̇ ſic carminãt vel ꝑmittunt ſe
carminare vel ſuos pueros: et in hoc cōſenti
unt grauiter peccãt. et maxime q̄n de hoc ad
moniti ſunt nec tamē deſiſtere volūt. Et ta⸗
lia carmina nullā efficaciā habēt ſanãdi ho⸗
mīnes: ſʒ de⁹ ꝓpt̃ pctā hoīm ⁊ ꝓpt̃ fidē quā
hō adhibet ill' carmīb⁹ ꝑmittit q̄nqʒ ꝙ hoi
videt̃ ꝙ talia iuuent: cū tn̄ de ſe nullā effica⸗
ciā habent illa v̄ba. Sʒ vti medicinis et her
bis licitū eſt ex eo ꝙ hn̄t naturalē effectum.
S Secūdū p̄ceptū eſt. Nō aſſumes nomē
dei tui i vanū. In vanū em̄ nomē dei aſſumit
q̇ blaſphemat nomē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Et q̇ iu
rat ꝑ vulnera vel mortē vel ſanguinē: vel eti
am ꝑ inteſtina vel mēbra dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Et
talia iuramēta ſꝑ ſunt pctā mortalia. qꝛ ſo⸗
nãt in irreuerentiā et blaſphemiā dei precio
ſa vulnera ſua in vanū aſſumere: vn̄ nobis to
ta ſalus effluxit. Criſ. ſup Mat. Om̄is ſal⁹
hoīʒ in xp̄i morte poſita eſt. Itē aliqui iurãt
deū nō noīando: ſed creaturas. et talia iura⸗
mēta que ſic fiūt noīando creaturaſ ſunt a q̄
libet xp̄iano oīno vitãda. Vn̄ xp̄s dicit ī euã⸗
gelio Mat. v. Ego aūt dico vobis non iura⸗
re oīno neqʒ ꝑ celū neqʒ ꝑ terram. Iteʒ ſunt
aliq̇ qui multotiens et ſine cauſa iurãt vt di
cendo per deū viuū: vel per oēs ſctōs ſine oī
cauſa et neceſſitate ex mala cōſuetudine. Cō
tra quos dicit xp̄us in euãgelio. vt habetur
Mat. v. Sit ſermo veſter eſt eſt. nō nō. T
Circa qđ querit̃ an iſta iuramēta. ſ. dicēdo ꝑ
deū ſanctū. vel ꝑ oēs ſanctos dei ſint pecca⸗
ta mortalia. R̄n̄r ꝙ talia iuramēta contin⸗
gunt dupliciter. Primo quãdo quis ſcienter
falſe ⁊ mendaciter iurat: ſiue in ioco: ſiue in
ſerio. tunc ſm̄ ſanctū Thomam talis peccat
mortaliter. Verbigratia. Vt cum vxor vel fa
milia negat mendaciter et cū hoc iurat ſe nō
feciſſe vel nō dixiſſe: vel ſe nō vidiſſe hoc vel
illud. vel etiā cū quis vult aliquid vēdere: et
iurat per deum ꝙ nō vult remiſſius dare ꝙ̄ꝫ
ſic. tamen intēdit aliter dare: et nihilominu⁹
iurat mentiendo contra mentē ſuam: peccat
mortaliter totiens quotiens ſic iurat. Et ecō
uerſo. ille qui rem debet emere ſi iurat ꝙ nō
vult plus dare pro tali re ꝙ̄ intantū: ⁊ tamē
intendit plus dare. ille etiam peccat mortali
ter totiens quotiens. O quot mala peccata
committuntur ab aliquibus qui cōſueuerūt
nec emere nec vendere niſi iurando ⁊ mētiē⸗
do doloſe et fraudulenter. vt iurando rē ſuā
eſſe meliorem ꝙ̄ ſit. vel etiā ꝙ plus conſtite⸗
rit ꝙ̄ꝫ fecerit. Inſuper et aliqui pro paruis re
bus ſic iurant deceptorie: vt vendētes codca
na: poma: pira: vel conſimiles fructus. vł eti
am panes: aleca: et alia victualia. Et etiam
ruſtici vitulos: ⁊ oues: ⁊ boues: lac: ⁊ caſeos:
⁊ oua in villis vendentes. Qui omnes q̄nqʒ
multa falſa iuramenta faciunt: cum quibus
proximos ſuos decipiunt. ⁊ tn̄ per talia q̄uā
doqʒ parū lucrantur. Cū tamen quilibet bo⸗
nus xp̄ianus pro vno regno vel etiam pro to
to mundo ſemel peierare non deberet. Secū
do modo contingūt talia iuramēta cū q̇s iu⸗
rat quod eſt verum ⁊ licitū. tūc ſm̄ Ray. hoc
eſt veniale peccatū: cū ſcʒ quis iurat in com⸗
muni locutione et curſu verborum ex quadā
leuitate ⁊ mala conſuetudine: vt dicēdo per
deum cras ibo ad eccleſiam vel ieiunabo vel
equitabo. et ſic de alijs. Tamē quilibet debʒ
ſe in hoc moderare: ⁊ illam malā conſuetudi
nem poſtponere ⁊ aduertere dictū xp̄i quod
habetur Math. xij. ꝙ de omni verbo ocioſo
quod locuti fuerint homines reddent rōnes
in nouiſſimo die. Multo ſtrictius exigetur
a nobis ratio de talib⁹ quotidianis iuramen
tis que ſine cauſa fiūt. Vn̄ quilibʒ homo de
bet ſe cauere ꝙ nunꝙ̄ꝫ dicat per deuʒ. vel per
om̄s ſanctos: niſi ſit magna cauſa vł vrgens
neceſſitas: ⁊ ꝙ hoc etiam veruʒ ⁊ licitum ſit
quod iurat. V Tertium preceptum eſt.
Memento ꝙ diem ſabbati ſanctifices. Cō⸗
de etiaꝫ Auguſtinus in libro de ciuitate dei.
Deus cuꝫ aduerſis rebus exagitat: aut meri
ta examinat: aut peccata caſtigat: aut mer-
cedem mihi eternam pro toleratis malis tē
poralibus ſeruat. Ergo cum puer tuus infir
matur: vel aliquem defectum habet: ⁊ tu im
ploras et inuocas patrocinium et ſubſidiuꝫ
alicuius ſancti. committere debes hoc deo ⁊
illi ſancto vtrum expediat. et non diffinitiue
tenere nec credere ſi hoc vel hoc feceris ꝙ pu
er tuꝰ propter hoc liberabitur. quia forte cū
peccatis tuis demeruiſti ꝙ deus te punit in
puero tuo: vt per has tribulationes et occu-



pationes quas habes cum puero tuo pecca-
ta tua cognoſcas: ⁊ ſic cum contritione deuꝫ
inuoces ⁊ merearis remiſſionem peccatorū.
Et tamen nihilominus ſancti honorandi
⁊ inuocādi ſunt cū magna fiducia: qꝛ merue
runt hoc apud deū ꝙ poſſunt nobis ſubueni
re in nr̄is neceſſitatibꝰ. Iteꝫ magnitudo mīe
virginis marie oñdit̄ ꝑ alijs ſctīs in hoc ꝙ
iuuat in oībus locis: in mari: in terra: ī cāpo
in domo: in mēſa: in lecto. Itē in oībus tꝑibꝰ
die noctuqꝫ: de mane: de ſero: in iuuentute ī
ſenectute: ⁊ ſic de alijs. Vñ etiā Bern̄. Virgo
btā oībꝰ veniaꝫ petentibꝰ mīe ſinū apit: reis
obtinet veniā: egris medelam: puſillis corde
robur: afflictis ꝯſolationē: ꝑiclitantibꝰ adiu
toriū ⁊ liberationē. Vñ etiā Criſo. O dulcis
virgo nō eſt phas te poſſe illū deſerere q̄ ſpē
ſuā fiducialiter in te ponit. Ex his pꝫ magni
tudo mīe v̄ginis marie. ¶ Quantuꝫ ad
ſcōm q̄rit̄ vñ maria hoc habeat ꝙ tā potens
eſt tā in celo q̄ꝫ in terra. Rñdet̄ ꝙ hoc hꝫ ex
triplici iure ⁊ rōne. Et hoc pꝫ ex eo q̄ q̄s pōt
apud aliquē regē terrenū hr̄e magnuꝫ poſſe
aut rōne parentele aut rōne gr̄e inuēte apꝺ
illum regē: aut rōe bñficij qꝺ exhibuit illi re-
gi. Iſta triplici rōne btā v̄go maria apud re-
gē celeſtē obtinuit magnū poſſe. Primo rōe
parētele: qꝛ eſt mater regis eterni. ⁊ iō meri-
to hꝫ magnū poſſe tāqꝫ mater regis celeſtis
Et hoc ſignatū eſt. iij. Reg. ij. c. vbi dicit Sa-
lomon Berſabee matri ſue. Pete mater mea
neqꝫ eñ phas eſt vt auertā faciem meā a te
Secundo hꝫ magnū poſſe rōne gr̄e inuente.
Vñ dixit ei angelꝰ in annūciatiōe Luc. i. In
ueniſti eñ gr̄aꝫ apud deū. Et nō tm̄ inuenit
grām apud deum: ſ etiam apud totum mū-
dum. Vñ Ber. Bene maria dicitur gratia ple
na. qꝛ deo: angelis ⁊ hoībus eſt grata. Deo ꝑ
humilitatem: angelis per virginitatē: hoīi
bus ꝑ fecūditatē. Tantā gratiā apud deū in
uenit: ꝙ eam ab eterno ſibi in matrē elegit.
Unde Ricardus de ſanc. vict. in tractatu de
cōceptione virginis. Hec eſt inquit ab initio
dierū ꝑdeſtinata: ⁊ a pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis p̄-
nunciata. Vñ etiam Damaſce. Sctā ⁊ ſemꝑ
laudabilis dei genitrix Maria p̄e eterno et
ꝓuiſiuo ꝯſilio dei ordinata eſt. Itē tantā gra
tiam inuenit ꝙ oēs petitiones eius exaudit
Vñ in li. Regum dixit Salomon matri ſue.
Omne qꝺ petieris a me impetrabis. Unde
Bern̄. Loq̄re dña ⁊ audiet filius tuus: ⁊ que
cunqꝫ petieris impetrabis. ¶ Tertio ha
bet magnū poſſe ratōne meriti: qꝛ ipa ſuper
oēs puras creaturas merita cumulauit. Pro
quo ſciendū ꝙ merita beate marie virginis
ſunt nobilia: magna: ⁊ mlta. Primo dico ꝙ
ſunt nobilia propter immediatiōeꝫ. Nā oꝑa
mīe que nos iubemur paupibꝰ exhibere: ipa
īmediate in ipm deū exercebat. Ipſa eñ euꝫ
ſuo lacte pauit ⁊ potauit. hoſpitio vteri ſui
hoſpitauit. veſtiuit eū hūanitate. ſ. corꝑe qꝺ
de puriſſimo ſanguine eiꝰ factū eſt oꝑatione
ſpūſſancti. pendentē in cruce tanqꝫ in carce-
re poſitū eū viſitauit: qꝛ iuxta crucē ſtetit et
ſepulture eius interfuit: ſic ꝙ oꝑa mīe q̄ nos
paupibus exhibemꝰ ipa īmediate in ipꝫ de-
um exercebat. Ergo eiꝰ merita ſunt nobilio-
ra meritis nr̄is. Scdo fuerūt eiꝰ merita ma
gna ꝓpter duplicatā oꝑationē: qꝛ ſimul ⁊ ſe-
mel ꝯtemplationē ⁊ actionē exercebat. Naꝫ
in eo ꝙ nutriuit ieſum neceſſaria corꝑis mi-
niſtrādo in hoc etiā ipa intendit deo eius di
uinitatem ſublimiter ꝯtēplando. Tertio eiꝰ
merita fuerunt multa ꝓpter ꝯtinuationem
qꝛ ſine ceſſatiōe meruit ⁊ merita cumulauit.
¶ Sed diceres: quō ſꝑ meruit: nōne q̄nqꝫ
comedit ⁊ bibit: ⁊ dormiuit. Rñdeo ꝙ oīa
illa neceſſaria corꝑis ita diſcrete ordiauit ꝙ
etiā ceſſando ab oꝑibus ⁊ quieſcendo ſemꝑ
meruit: ⁊ hoc ex feruēti charitate. Et hoc nō
eſt mirū: qꝛ nobis eſt poſſibile ſemper mereri
in omnibus que facimus vel dimittimꝰ cuꝫ
in gratia dei ſumus: ⁊ oīa ad deū referimus
Vñ aplus. Ro. viij. Scimus qm̄ diligenti-
bus deuꝫ oīa cooꝑant̄ in bonū. In hoc eñ p̄
cellimus ſanctos in celo exiſtentes qui nihil
amplius mereri poſſunt: ſ nos poſſumꝰ in p̄
ſenti vita ſemꝑ mereri. Verbi gr̄a. Si come-
dis ꝓpt̄ ꝯfortationē nature ⁊ cū gr̄arūactio
ne: cibꝰ tuus laudat deū: ⁊ ſic comedēdo me
reris coronā vite eterne. Itē ſi dormis ea in-
tentione vt fortioꝛ fias ad ſurgendū ⁊ ſeruiē
dū deo: ſic dormiendo mereris. Unde etiam
Gregorius. Somnus ſanctorum non vacat
a merito. Itē ſi laboras manualiter ea inten
tione vt habeas vñ te ⁊ vxorē tuaꝫ ⁊ pueros
tuos de iuſtis acq̄ſitis nutrire valeas ⁊ non
indigeas furari: nec q̄cq̄ꝫ iniuſte lucrari. vel
ſi laboras ea intētiōe vt de laboribꝰ tuis pau
peribus ſubuenias qui per ſe laborare non
poſſunt. Vel ſi laboras vt penitentiam ade
⁊ humano generi iniunctā perficias. Et q̄n-
cūqꝫ harum triū intentionū vnam habes: et
ſic in gratia laboras ſemꝑ mereris in quolꝫ
opere coronam vite eterne. Ergo piſtoꝛ non
poteſt pinſere panē q̄n mereatur vite eterne

coꝛonam.Siᷓr faber:ſartoꝛ:ſutoꝛ: ruſtic⁹ ex⸗
ercens agriculturā: ⁊ ſic de alijs laboꝛatoꝛi⸗
bus.Et ꝑ vna die in q̄ hic in p̄nti vita fideli
ter laboꝛaſti habebis mai⁹ p̄miū in regno ce
loꝝ q̄ȝ totus mūd⁹ valere pōt.Vn̄ ps. Labo
res manuū tuarū:q2 mādūcabis beat⁹ es et
bn̄ tibi erit ⁊c̄.Vn̄ etiam Ber.de ꝯſideratiōe
Si laboꝛ te terret:merces inuitet.Vnuſqſq;
eni̇̄ ſm̄ ſuū laboꝛē mercedē accipiet.Vn̄ etiā
Amb.Breuis hui⁹ laboꝛis ē meta:ſ; coꝛona
ꝑpetua. A Sed q̄ȝtū ad tertiū.ſ. qualiṫ
btā ṽgo Maria nos adiuuet:ſciendū q͂ ipa
adiuuat hoīeȝ in oī ſtatu.ſ.in vita in moꝛte:
⁊ poſt moꝛtē Vn̄ canit̄ de ea.Maria mater
gr̄e mr̄ mie tu nos ab hoſte protege in hoꝛa
moꝛtis ſuſcipe.Adiuuat q̄dē in p̄nti vita tā
bonos q̄ȝ malos.Bonos.ſ.eos in gr̄a cōſer⸗
uando:⁊ eis gr̄am augmentando . Jdeo dr̄.
Maria mater gr̄e.Malos vero ad miam ⁊
pniām reducendo.iō dr̄ Mater mie . Adiu⸗
uat etiā in moꝛte nos ab inſidijs diaboli ꝓ⸗
tegendo.iō ſubditur.tu nos ab hoſte ꝓtege.
Adiuuat etiā poſt moꝛtē aīas in ſuis mani⸗
bus ſuſcipiendo ⁊ eas in celū deducēdo . Jō
ſubdit̄.in hoꝛa moꝛtis ſuſcipe.Vn̄ queritur
ſup hoc q͂ maria vocat̄ ſiue noīat̄ mat̄ mie
an ipa vel fili⁹ ei⁹ ſit magis miſericoꝛs. Re⸗
ſpondet̄ q͂ fili⁹ ei⁹ in infinitū pl⁹ hȝ de mia
q͂ virgo ſctā:q2 ſicut infinite eſt potentie:ſic
eſt ⁊ infinite mie.Vn̄ ps. Miſerationes ei⁹
ſup oīa opa eius.Sȝ ipa btā virgo maria dr̄
mater mie:q2 ſemper miſicoꝛditer agit . Et
iō q̄ȝtum ad hoc pctōꝛes fiducialı⁹ ad mr̄em
mie ꝯfugiūt. Vn̄ Ber. Reuolue diligentius
euāgelice hyſtoꝛie ſeriem vniuerſam : ⁊ ſi q̄d
foꝛte increpatoꝛiū durū vl' aſperū inueneris
in maria:ipam decetero ſuſpectā habeas et
ad eā accedere vereari̇s.Sȝ filius ei⁹ non ſo⸗
lū eſt miſicoꝛs:ſ; ēt iuſt⁹ in oīb⁹ opib⁹ ſuis.
vn̄ ps. Vniuerſe vie dn̄i mia ⁊ veritas . B
Quantū ad quartū.ſ.ꝓpter q̄d btā ṽgo nos
adiuuat:ſciendū q͂ virgo glorioſa iure iurā⸗
do tenetur ⁊ obligat̄ nobis pctōꝛib⁹ miam ⁊
gr̄am exhibere:vt etiā nullo mō valeat a no
bis continere miam ſuā etiā ſi vellet:ſ; iuſto
dei iudicio ꝯuincit̄ opoꝛtere nobis gr̄am da
re:⁊ hoc triplici rōne.Primo ꝯuincit̄ nobis
gr̄am exhibere ꝓpter ipius gr̄e inuentioneȝ
Humanū em̄ gen⁹ in lapſu primoꝝ parentū
gr̄am ꝑdidit quā angelo teſtante maria in⸗
uenit.Sic em̄ ait angel⁹:vt hr̄ Luce.i. Jnue
niſti em̄ gr̄am apud deū.Juſtū eſt tā in iudi
cio eccl'iaſtico q̄ȝ ciuili:vt q rē alteri⁹ inuenit
ei reſtituat cui⁹ erat.⁊ ſic ꝑ iſtam ſniaȝ cogit̄
maria nobis pctōꝛib⁹ reſtituere gr̄am velit
nolit.Secūdo cogitur nobis miſereri ꝓpter
maternū affectū. Nā ex eo q͂ ei⁹ fili⁹ dignat̄
dici ⁊ eſſe frater noſter. Juxta illud ps. Nar⸗
rabo nomē tuū fratrib⁹ meis. Jtē in euāge⸗
lio dixit xp̄us marie Magdalene . Vade ad
fratres meos ⁊ dic eis. Aſcendo ad patrem
meū ⁊ patrē veſtrū. Ex hoc iuſta rōne cogit̄
eſſe mater nr̄a. Scim⁹ aūt q͂ oīs mater dili⸗
git filios ſuos. Vñ ſicut ieſus xp̄s ſm̄ deita⸗
tē naturalis eſt fili⁹ dei patris:⁊ oēs electi
filij adoptiui. Sic a fili' ieſus xp̄s ſm̄ hūani
tatē eſt naturalis fili⁹ virgīs marie:⁊ nos ei⁹
filij ex materna affectiōe. Hinc eſt q̄ꝺ Lu.ij.
dicit̄. Peperit filiū ſuū p̄mogenitū. Qui pri
mogenitus ei⁹ iuſto oꝛdine dicit̄ reſpectu no
ſtri qui poſt illū filij ei⁹ ſum⁹. Vn̄ Amb. Si
xp̄s oīm credentiū eſt frater:cur non ipſa q̄
genuit xp̄m credentiū ſit mater. Ex hoc autē
materna affectiōe cogit̄ btā virgo maria ha
bere curā nr̄i. Scim⁹ em̄ q͂ aīaliū:volucrum
⁊ ſerpentū mater cogit̄ diligere fetū ſuū. Q̄ꝺ
ſi tā foꝛtis eſt natura vt oīs creatura mater⸗
na cogat̄ velle bonuȝ filijs ſuis:multomagis
diuin⁹ affect⁹ in matre dei cogit eā nos ama
re:q2 fili⁹ dei q venit ex mia in vterū ṽginis
fecit ei⁹ viſcera miam redolere. Vnde Bern̄.
Qui pomū in manu habuerit ꝑ dimidiā diē
ꝑ reliquā ꝑtem diei man⁹ redolet odoꝛē. Sic
a ſimili:q2 mia q̄ eſt de⁹ in ei⁹ viſcerib⁹ nouē
menſib⁹ requeuit:iō ei⁹ viſcera redolent boni
tatē ⁊ miam in ſempiternū. vnde Ber . Dico
vobis chariſſimi ſi pie a nobis pulſata fue⸗
rit non deerit neceſſitati noſtre:qm̄ miſicoꝛſ
eſt ⁊ mater mie. Tertio cogit̄ nob̄ miſereri ex
filij recōmendatione. Ad hoc em̄ elegit xp̄s
filius marie tp̄s ⁊ locum aptiſſimū quo nos
recōmendaret matri. Hoc eſt tp̄s paſſionis
⁊ locū paſſionis qn̄ dixit. Mulier ecce filius
tu⁹:vt ex h̄ loco ⁊ tp̄e ipam recōmendationē
ei ꝓfundi⁹ inculcaret. Nā noīe Johānis qui
interp̄tat̄ gr̄a:oēs pctōꝛes ꝯuerſi ad dn̄m
intelligunt̄:quos in illo loco ⁊ tp̄e matri cō⸗
mēdare voluit: vt cū ira dei iuſto dei iudicio
egrederet̄ ad puniendū ⁊ dānandū pctōꝛes
ipſa memoꝛ loci ⁊ tp̄is paſſiōis ꝓ nob̄ affe⸗
ctuoſius interpellaret:ac ſi in illa recōmēda
tione fili⁹ ei diceret illud Eſa.xvi. Abſconde
fugientes ⁊ vagos ne ꝑdas. Ac ſi dicat. Vi⸗
de mater oculis coꝛdis ⁊ coꝛpis:q̄d q̄ȝtum ⁊
q̄lia ꝓ pctōꝛib⁹ patioꝛ ⁊ eos tibi habeas re⸗
cōmendatos. Quia licet multa ⁊ magna ſit



valde miſericoꝛdia matris xp̄i ſup peccatoꝛ⸗
res tn̄ maioꝛ eſt miſicoꝛdia filij:vt pote.q2 ē
ipſamet miſericoꝛdia habēs miam eſſentiali
ter infinitaȝ affectuoſius cupiēs nos ſaluari
q̄ dānari. Et ideo matrē ſue paſſioniītereſ⸗
ſe voluit.vt ꝑ ſuā int̄ceſſiōeȝ cui ñ ꝑhas aliq̄d
denegare occaſionē miſerendi habeat pecca⸗
toꝛibus. C Q̄ꝺ autē Maria ſollicita ſit re
conciliari peccatoꝛes pȝ ꝑ exemplū. Quidā
peccatoꝛ volens ire ad peccanduȝ:ad altare
virginis glorioſe ſtans ſalutauit eā angelica
ſalutatione..quia modus eius erat quādocū
q̄ pretermit altare vl' imaginē virginis ma
rie q͂ eaȝ ſalutauit. Quod cum faceret vidit
imaginē eiuſdē virginis que ſup altare erat
viuificari ſimul cū puero queȝ tenebat:vidit
q̄ ſanguinē fluere de puero ī gremiū ei⁹:ſi⸗
cut fluxerat de vulnerib⁹ xp̄i in cruce. Quod
cū cerneret ſtupefact⁹ dixit. O dn̄a q̄s fecit h̄
Et virgo reſpondit tu ⁊ ceteri pctōꝛes:q amꝑ
plius crucifigitis filiū meū q̄ȝ fecerāt iudei
Volebat q̄ȝ virgo ſanguineȝ pueri tergere et
reſtringere:⁊ non poterat. Et pctōꝛ ille con⸗
uerſus ad virginē dixit. O mat̄ miſicoꝛdie
intercede ꝓ me. Et illa. Vos pctōꝛes vocatꝭ
me matrem miſericoꝛdie:q tn̄ non ceſſatꝭ me
facere matrē miſerie ⁊ triſticie. Et ille. Non
ſic inquit piiſſima dn̄a loq̄re.ſed memēto ad
uocatā pctōꝝ te eſſe ⁊ intercede ꝓ me:⁊ ma⸗
ter ad filiū. O piiſſime fili amoꝛe mei miſe⸗
rere huic pctōꝛi. Et filius.nō mr̄. Nec graua
ri debes q͂ te non audio.q2 ⁊ ego rogaui pa⸗
trē meū. Primo vt ſi poſſibile foꝛet alio mo⸗
do gen⁹ humanū ſaluari transferret a me ca
licem paſſionis ⁊ noluit me audire. Et mat̄
O fili:memento q͂ materno amoꝛe te foui ⁊
alui vberib⁹ meis:⁊ condona huic pctōꝛi. Et
filius. O mat̄:ex iuſticia tibi oſtēdā q͂ exau
dire te nō teneoꝛ. Et mater:nō ſm̄ iuſticiam
cauſemur:ſ; ad miam confugim⁹. Et ergo ꝓ
pter tuam miam miſerere huic pctōꝛi. Et fi⸗
lius. Rogaui ego ſecundo patrem meū:vt ſi
poſſibile foꝛet alio modo gen⁹ humanū ſal⸗
uari transferret a me calicē paſſionis:⁊ non
audiuit me. Et mater. O fili:memento labo
rū ⁊ doloꝛū quos ſuſtinui tecū:⁊ dona mihi
iſtū peccatoꝛē. Et fili⁹. O mater noli graua⸗
ri q͂ te nō exaudiā:ſed memēto q͂ tertio ro⸗
gaui patrē meū vt transferret a me calicem
paſſionis:⁊ nō audiuit me. Et mat̄ depoſuit
filiū:⁊ voluit ſe procidere ad pedes eius. Q̄ꝺ
vidēs filius dixit ad eaȝ. Quid eſt mater q̄ꝺ
facere vis. Et illa. Tandiu ad pedes tuos cū
pectoꝛe iacebo quouſq; ei veniā cōcedas. Et
filius. Abſit hoc mater. Statutuȝ eſt in lege
diuina:q͂ filius debet honoꝛare matrem: et
iuſticia concludit q͂ ille debet legem imple⸗
re qui legē dedit. Cum autē ego filius tuus
ſum.⁊ tu mater mea te honoꝛare volo ī iſto
peccatoꝛe:⁊ ſibi ꝓpter te oīa pctā indulgere
vt ſit par inter me ⁊ eū:⁊ in ſignū pacis oſcu
letur vulnera mea:⁊ ſic peccatoꝛ oſculando
ſanauit omnia vulnera xp̄i.

¶De beata virgine alius ſermo.clxij.

Fecit mihi magna qui po
tens eſt:⁊ ſanctū nomen ei⁹. Lu.
i. Hiero. De beatiſſima ⁊ glorio⸗
ſiſſima ṽgine maria loq̄ me indi
gnū fateoꝛ. Sed ⁊ puto q͂ nemo ſit qui p̄ſu⸗
mat:niſi q quāta ſint q̄ panduntur ignoꝛat.
Tn̄ ſi ad hoc nemo idoneus inuenitur votis
oībus ceſſare non debet quilibet etiam pec⸗
catoꝛ a laudib⁹ virginis glorioſe. Unde etiā
Augu. Quid em̄ dicaȝ de te pauper ingenio
cum de te quicquid dixero minoꝛ laus eſt q̄
tua dignitas meretur. Nā ſi oīa mēbꝛa ver⸗
terentur in linguas eius laudē adhuc expli⸗
care non poſſent. Vn̄ etiā Bern̄. Si omnium
martyꝛū vulnera ⁊ mēbꝛa verterentur in lin
guas eam ſufficienter laudare non poſſent.
Si igitur tanti doctoꝛes fatent̄ ſe ad hoc nō
poſſe ſufficere.quid dicam de modernis do⸗
ctoꝛibus qui reſpectu eoꝝ ſunt quaſi gutta
reſpectu maris. Sed recurrendū eſt ad illaȝ
de qua locuturi ſum⁹:vt apud ſuū filiū no⸗
ſtram inſufficientiā adiuuet.⁊ indignitateȝ
excuſet:q2 dn̄s fecit ei magna q potens ē ⁊c̄
Vn̄ in p̄nti ſermone ⁊ in p̄ſenti feſto. N. bea
te virginis Marie tria ſunt dicenda . Prio
de nouem dignitatib⁹ quib⁹ eam priuilegia
uit deus pꝛe ceteris ſanctis ⁊ hoībus. Scdo
quomodo ipſa beata virgo Maria eſt exem
plar moꝛū ⁊ virtutū. Tertio exemplum.
D Quantū ad primū ſciendū q͂ prima di⸗
gnitas marie eſt q͂ eā ab omni peccato moꝛ
tali:veniali:⁊ oꝛiginali mūdauit ⁊ cuſtodi⸗
uit. Rari ſunt qui ſibi caueant ab omni pec⸗
cato moꝛtali. Rarioꝛes ſunt qui caueāt a ve
niali. Rariſſimi qui naſcantur ſine oꝛiginali
Jdeo rariſſimi:quia nō inueniunt̄ niſi tres
in nouo teſtamēto:ſcȝ xp̄s:beata virgo ma⸗
ria:⁊ beatus iohannes baptiſta. De virgine
em̄ maria dicitur Canti.iiij. Tota pulcra es
amica mea ⁊ macula non eſt in te. Jpſa enīȝ
fuit pulcra,quia ab om̄i peccato moꝛtali pe⸗

nitus aliena. Fuit tota pulcra. qꝛ in carne et
in aīa a peccato originali mūdata. Fuit ſine
macula: qꝛ ab omni veniali immunis effecta
Unde Bern. Ego puto ꝙ copioſioꝛ ſanctifi-
cationis benedictio in mariam q̄ȝ in alios i
vtero ſanctificatos deſcenderit q̄ non ſoluȝ
eius ortū ſanctificaret: ſed etiā eius vitā dein
ceps immunē ab oī pctō ꝯſeruaret. qd̄ alteri
nemini in natis mulierū creditur eſſe dona-
tum. Uñ etiā Aug. Cum de pctīs agitur nul
lam proꝛſus de hac ſacratiſſima virgine ma
ria volo fieri mentionē. Uñ ps. Anima eius
in vita ipſi⁹ bñdicet̄: qd̄ nulli ꝯcedit̄ i hac vi
ta. Nam ſi oēs ſancti ⁊ ſctē interrogarent̄ ſi
peccaſſent: oēs riſiderent. Si dixerim⁹ quo-
niam pctm̄ nō habem⁹ veritas in nobis nō eſt
Unde Salomon. Non eſt hō iuſtus in terra
qui facit bonū ⁊ nō peccet. Uñ etiaȝ Prouer
bioꝝ. xxiiij. Septies in die cadit iuſtus ⁊ re-
ſurget. Uñ etiā dr̄ in decre. Om̄is hō hȝ pec-
cata venialia. de pen. diſt. ij. Opponit̄. Sed
ſine omni pctō mortali poteſt vnuſquiſq̄ȝ vi
uere. Et oppoſitū tenere eſt erroneū ⁊ hereti
cum. Unde magiſter ſniarū lib. ij. diſt. xxxvi.
dicit. Illos errare dicimus q̄ cum manicheo
dicunt hominē peccatum moꝛtale vitare nō
poſſe. Secunda dignitas eſt ꝙ eam in mr̄eȝ
ſuam elegit pre omnibus mulieribus ⁊ vir-
ginibus. Unde cantatur de ea. Elegit eā de⁹
⁊ preelegit eā. Unde bernar. Proinde factoꝛ
omniū vt homo fieret naſciturus de homīe
talem ſibi debuit matreȝ eligere quin poti⁹
condere qualem ⁊ ſe decere ſciebat ⁊ ſibi pla
cituram nouerat. Uoluit igitur virginem eē
de qua immaculata imaculatus pꝛocederet
omniū maculas purgaturus. Uoluit ⁊ hūi-
lem de qua mitis ⁊ humilis coꝛde pꝛodiret.
Unde ſciendum ꝙ beata virgo fuit vera ma
ter xp̄i: quia materiā carnis ſibi dedit conue
nientem locum in vtero tribuit: ⁊ cōueniens
in vtero nutrimentuȝ ſibi exhibuit. Iſta tria
faciunt eā verā eſſe matrē xp̄i. Iteȝ fuit tota
mater xp̄i: quia totam ſubſtantiaȝ miniſtra
uit. Ita ꝙ nullus pater ibi aliq̄d dedit. Coꝛ-
pus alioꝛum pueroꝛum foꝛmatū eſt duabus
lineis. i. ſemine vtriuſq̄ȝ parentis. Coꝛp⁹ au
tem xp̄i foꝛmatum eſt tantū in vna linea: id
eſt ſola carne virginea. Unde xp̄s non vocat
ſe filium hominū: ſed filium hominis: quia
ex operatione ſpiritusſancti ⁊ ex ſanguinib⁹
puriſſimis beate virginis marie foꝛmatum
eſt coꝛp⁹ xp̄i. Itē fuit ſollicita ⁊ ſtudioſa ma
ter. Adeo ſtudioſa fuit, vt dicit beat⁹ Bern.

ꝙ omnia opera miſericoꝛdie erga perſonam
filij exhibuit: ip̄m enī indumēto carnis indu
it. Ip̄m etiam in hoſpitio vteri ſui nouē mē
ſibus hoſpitabatur. Ip̄ȝ per infantilem eta
tem infirmū fouit: nutriuit ⁊ potauit. Ip̄m
in cruce tanq̄ȝ in carcere poſitū viſitauit. Ei⁹
ſepulture interfuit: ⁊ bene ſtudioſa mater fu
it. quia omnia opera miſericoꝛdie erga filiū
exercere voluit. Et ideo mater filio fuit valde
chariſſima. Qd̄ quidem ipſe oſtendit quādo
in cruce exiſtēs tantā curam de ea habuit: ꝙ
eam Johanni cōmendauit. E Xp̄us nā-
q̄ȝ in hac vita quinq̄ȝ habuit ⁊ poſſedit. Ha
buit quidem quandā paruam expenſaruȝ ſi
bi datam pecuniam: habuit coꝛpus ⁊ animā
habuit matrē: habuit eccleſiam. Ea autem q̄
fuerunt vilia cuſtodi viliſſimo cōmiſit. ea au
tem que fuerunt cara cuſtodib⁹ bonis cōmi-
ſit ⁊ cōmendauit. Nam pecuniā quam contē
ptibilem ⁊ viliſſimam reputauit cuſtodi vi-
liſſimo. ſcȝ iude traditoꝛi cōmiſit. Coꝛpus ſu
um pꝛopriū caris cuſtodib⁹: ſcȝ nichodemo ⁊
ioſeph ab arimathia cōmiſit. Eccleſiam vero
quam habebat carioꝛem carioꝛi cuſtodi: ſcȝ
petro tradidit. Matrē autē cariſſimam cu-
ſtodi dilecto ſcilȝ Johanni euangeliſte cōmi
ſit. Animā quam habuit ſupcariſſimam cu-
ſtodi ſupcariſſimo. ſcȝ patri ſuo eterno com-
mēdauit. vñ Luce. xxiij. Pater in manus tu
as cōmendo ſpiritum meum. Tertia digni-
tas eſt ꝙ virgo ꝯcepit ⁊ v̄go ꝑmāſit. Inſup
peperit filium ſuum ſine doloꝛe. Et illa con-
ceptio pꝛedicta fuit ꝑ Eſa. qui dixit. Ecce vir-
go concipiet ⁊ pariet filium. Unde Auguſti
nus. Qui ſcripſit tabulas lapideas ſine ſtilo
ferreo. ipſe grauidauit virginem Mariā ſpi
rituſancto. Et qui pꝛoduxit panē in heremo
ſine aratione ipſe impꝛegnauit virgineȝ ſine
coꝛruptione. Et qui fecit virgam ſine pluuia
germinare. ipſe fecit filiam dauid ſine ſemīe
generare. Item petrus Rauen̄. loquens de
virgine maria dicit. Uirgo inquit te matreȝ
pꝛeſtitit gratia non natura in tuo ꝯceptu: in
tuo partu creuit pudoꝛ: aucta eſt caſtitas: in
tegritas roboꝛata: ⁊ ſolidata eſt virginitas.
F Item ſciendum ꝙ partus virginis pꝛe-
ceſſit partus aliarum mulierum. quia cetere
mulieres ante partuȝ habent timoꝛem. quia
multe in partu periclitantur. Ergo commu-
niter mulieres ꝑparant ſe ante partum q̄ſi
ad moꝛtem cuȝ perceptione ſacramenti. In
partu habent doloꝛem. Unde Geneſ. iij. In
doloꝛe paries filios. Et poſt partum habent



languoꝛem. Sed beata virgo timere non de
buit. qꝛ habuit angelum cuſtodientē patreȝ
ſanctificantem ps. Sanctificauit taberna-
culum ſuum altiſſimus. Spiritūſanctū con
ceptum operantem. Luce i. Spiritusſanct⁹
ſupueniet in te. qui ſcȝ cōceptū tuū efficiat.
Filiū dei in vtero habitantem. Eccl'ia. xxiiij.
Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo
Similiter in partu nō habuit doloꝛē. Tū qꝛ
xp̄s ſibi illum doloꝛē vſq̄ȝ in ſuā paſſionē ſer
uauit. Tūc enī gladius doloꝛis pertranſiuit
aīam eius. Tum quia ſine peccato concepit
et mulier rōne peccati illi doloꝛi ſubiecta fu
it. Tum quia tantam habuit leticiā de eo ꝙ
ſe videbat dei filium parere generare redem
ptoꝛem: et ſuam virginitatem retinere ꝙ tā
immēſa leticia omnē alium doloꝛē excluſit.
Unde Ber. Benedicta tu ī mulieribus q̄ illā
generalem maledictionē euaſiſti qua dictuȝ
eſt. In doloꝛe paries filios. Auguſtin⁹. O q̄ȝ
beata mater illa que ſine contaminatiōe cō
cepit: et ſine doloꝛe peperit. Similiter poſt
partum non habuit languoꝛē. Tum qꝛ me-
dicinam dei poꝛtauit. i. filium dei qui ſanat
oēm languoꝛē ⁊ oēm infirmitatem. Tum qꝛ
virtus altiſſimi obumbꝛaculū et refrigeriuȝ
ſibi fecit: ⁊ nullā moleſtiā eam pati in partu
ꝑmiſit. Lu. i. Uirtus altiſſimi obūbꝛabit ti-
bi. Quarta dignitas eſt ꝙ ip̄e xp̄s matri ſue
ſubditus fuit. Unde Luce. ij. Et erat ſubdit⁹
illis. Ubi xp̄us docet filios obedire parenti
bus. de hoc q̄re ante ſermone. xxiiij. G. Quin-
ta dignitas eſt ꝙ oēs gratias quas alij ſan-
cti habuerunt particulariter: ipſa habuit vni
uerſaliter. Nam abꝛaham habuit fidelitatē
magnam: ſed ipſa fidelioꝛ. Moyſes habuit
manſuetudineȝ: ſed ipſa manſuetioꝛ. Dauid
habuit humilitatē: ſed ipſa humilioꝛ. Johā
nes euangeliſta ſeruauit virginitatem: ſȝ ip-
ſa purioꝛ. Martha habuit hoſpitalitatē: ſȝ
ipſa liberioꝛ. quia chꝛiſtus nouem menſib⁹
in vtero ipſius hoſpitat⁹ fuit. Maria mag-
dalena inſtitit contēplationi: ſed ipſa in cō-
templatiōe ſublimioꝛ fuit. Beatus Nicola⁹
miſericoꝛdiam exhibuit: ſed ipſa clementioꝛ
fuit. et ſic de alijs. Unde Pꝛouer. xxxi. Mul
te filie congregauerunt diuitias. tu ſupgreſ-
ſa es vniuerſas. Unde Bernardus. Nō decu
it Mariam communes gratias habere: nec
paucas que ſummū geſtabat in vtero. ſȝ q̄c-
quid ſummū quicquid altiſſimū fuit in gra-
tia. hoc abundantiſſime poſſidebat. Uñ Hie
ronymus. Ceteris per partes, Marie vero

ſe tota ſimul infudit plenitudo diuinitatis:
Unde iterum Bernard. Merito de te virgō
beata plenitudo gratie pꝛedicatur. quia non
defuit tibi fides patriarcharuȝ: ſpes pꝛophe
tarum. charitas apoſtoloꝛū. conſtantia mar
tyrum. ſobꝛietas confeſſoꝛum. caſtitas virgi
num. puritas angeloꝛum. Sexta dignitas ē
omniū chꝛiſtianoꝛum ſpecialis collaudatio
qꝛ fere quod ipſi xp̄o tot ſūt laudes ipſi vir-
gini marie. Unde Eccl'. xliiij. Benedictionem
oīm gentium dedit illi. Quis enim eſt tā ſce
leratus qui non habeat deuotionem ad bea
tam virginem. Nam cum quis offendit pe-
dem ad lapidem ſtatim inuocat Mariam.
vel etiam quandocunq̄ȝ occurrit alicui gran
dis tribulatio: ſiue ab aqua: ſiue ab igne. vel
etiam a quacūq̄ȝ alia creatura ſtatim homo
imploꝛat patrociniū virginis glorioſe Ma
rie clamando Aue maria. ſic ꝙ quaſi natura
liter eſt iam hominī inſitū habere ad mariaȝ
ſpeciale refugiū tanq̄ȝ ad matrem pꝛopꝛiaȝ.
Septima dignitas marie eſt ꝙ Jeſus chꝛi-
ſtus in occurſum eius perrexit: cum exercitu
ſuo celeſti quando ipſa de hac vita migrauit
H Unde ſciendum ꝙ chꝛiſtus matrem ſu-
am virginem mariam cum honoꝛabili ſocie-
tate aſſumpſit. Nam angeli: patriarche: et ꝓ
phete: et apoſtoli ſibi cuȝ chꝛiſto obuiauerūt
Et merito: quia omnes iſti eam honoꝛare te
nebantur. Angeli enim qꝛ ipſa beata virgo
maria eſt domina angeloꝛū. Patriarche: q̄a
ipſa de eoꝛum ſtirpe deſcendit. Pꝛophete. qꝛ
ipſa ſpiritu' pꝛophetie plena fuit. Apoſtoli.
quia ipſa eoꝛum magiſtra fuit: qui apoſtoli
pꝛeſentes coꝛpoꝛaliter fuerunt: et ei exeq̄as
fecerunt. Unde ſciendum ꝙ bis euacuatum
fuit celum. Pꝛimo quando xp̄s aſcendit. q̄a
tunc nullus angelus in celo remanſit ſȝ oēs
obuiam xp̄o venerunt. Secūdo quando bea
ta virgo aſſumpta fuit. qꝛ tūc om̄s angeli et
omnes aīe ſanctoꝝ et ipſe xp̄s obuiā ſibi ve-
nerunt. Tertio euacuabitur in iudicio. quia
tūc om̄s in celo exiſtentes in vallē ioſaphat
pꝛoficiſcentur. Octaua dignitas eſt ꝙ eā tā-
q̄ȝ reginam celi ad dexterā ſuam collocauit.
H Sciendum ꝙ quelibet regina conſue-
uit in regali palacio pꝛe ceteris tria habere.
ſcilicet nobilioꝛem locū oꝛnatum: et famula
tum. Iſta tria habet regīa celi: ideo dicit ps.
Aſtitit regina a dextris tuis: in veſtitu deau
rato: circundata varietate. Habet igitur be-
ata virgo maria nobilioꝛem locum ſiue ſi-
tum, quia ſedet a dextris filij ſui. Secundo

habet nobilioꝛē oꝛnatū.ideo dicit. In veſti-
tu deaurato.i.cū coꝛpe gloꝛificato.Bern̄. To
ta cōglomeratur angeloꝝ frequētia:vt vide-
ant reginā ſedentē a dextris dn̄i virtutuꝫ in
veſtitu deaurato.i. in coꝛpe ſemper immacu
lato circundata varietate.i.mltiplicitate vir
tutū diſtincta. Tertio habet nobilioꝛē famu
latū. qꝛ oēs āgeli ꝛ oēs ſancti aſſidue famu
lantur ei.Ideo ſubdit. Circundata varieta-
te.Varietas eſt angeloꝛum et oīm celeſtium
ſpirituuꝫ.ſ. patriarcharū:ꝓphetarū: apoſto
loꝛum martyrū:cōfeſſoꝝ:ꝛvirginū.Oēs iſte
varietates ipām circūdant. qꝛ oēs iſti tanꝙ
domicelli ꝛ domicelle ſibi aſſiſtunt: et eā ve-
nerātur et laudant.Itē per ipām ꝛ propt ip
ſam in celis eternaliter honoꝛe altiſſimo ho
noꝛabimur ab oībus oꝛdinibus angeloꝛum.
Queēadmodū vniuerſi fratres et ſoꝛoꝛes re-
gine a tota famulia ſua reuerēdiſſime hono-
rant rōne regine:ſic et nos ab oībus angelis
rōe ſoꝛoꝛis noſtre virginis marie. I No
na dignitas marie eſt ꝙ ipām ieſus xp̄s pe-
titionariam hoīm fecit.vn̄ Ber. Per te acceſ
ſum habem⁹ ad filiuꝫ. O beata inuētrix gra
tie:genitrix vite: mater ſalutis copioſa cha-
ritas tua noſtroꝛū cooperiat multitudinem
pctōꝛum. fecunditas tua glozioſa fecūdita-
tem nobis pariat meritoꝛū.Dn̄a noſtra: me
diatrix noſtra aduocata noſtra:tuo filio noſ
repꝛeſenta:tuo filio nos recōmēda.Ideo be
ata virgo maria aſſimilat pꝛimo auroꝛe. Si
cut em̄ auroꝛa eſt mediū inter diē ꝛ noctē:ſic
ipa eſt mediatrix int nos et deū. vn̄ Ber.Se
curū acceſſum habet hō ad deum:vbi media
toꝛem cauſe ſue filium habet ante patrē ma
trem ante filiū. Xp̄us nudato coꝛpoꝛe patri
oſtendit latus et vulnera.Maria filio pect⁹
et vbera. Non poteſt vllo modo fieri repulſa
vbi tot cōcurrunt charitatis inſignia.Itē aſ
ſimilatur lune. Sicut enim luna pꝛe ceteris
planetis terre eſt magis vicina:ſic et ipa pꝛe
ceteris ſanctis peccatoꝛibus eſt magis ꝓpin
qua cum ſua miſericoꝛdia. Augu. Maria p̄
omnibus ſanctis impetrat inducias tranſ-
greſſoꝛibus:vt renuncient ſuis erroꝛibus.
Item ipa comparatur ſoli. quia eius miſeri
coꝛdia pꝛe oībus alijs cōmunioꝛ eſt. Item ſi-
cut ſol habet tres planetas ſupꝛa ſe : et tres
infra ſe. Sic et ipſa beata virgo Maria ha-
bet trinitatem perſonarū ſupꝛa ſe:ꝛ tres ſta
tus hoīm.ſ.cōiugatoꝝ:viduarū:et virginuꝫ
infra ſe. Nam ipſa eſt pꝛepoſita a xp̄o cōiu-
gatis:viduis: et ꝟginibus : quoꝝ omniū cu-
ram gerit.ſicut mater ſollicita ſuper ſuos fi
lios ꝛ filias. Itē ſicut ſol lucē ſuā et caloꝛes
ſuum cōmuniter tribuit oībus: taꝫ bonis ꝙ̄
malis:iuſtis et iniuſtis.Sic et ipſa lucē gra
tie ꝛ caloꝛem miſericoꝛdie omnib⁹ impendit
Unde Ber. Omnibus ſinū miſericoꝛdie ſue
aperit: vt de plenitudine eius accipiant vni
uerſi:captiu⁹ redēptionē:eger curationē:tri
ſtis conſolatōem:pctōꝛ veniā: iuſtus grām:
angelus leticiā.filij pſona carnis hūane ſub
ſtantiā : tota deniqꝫ trinitas gloꝛiā. Itē btā
virgo Maria cōparat ſtelle maris.Unde ca
nitur. Aue maris ſtella dei mater alma ꝛc.
Quia ſicut ſtella maris vniuerſaliter dirigit
oēs nauigantes ſuis radijs. Sic virgo ma
ria oēs hoīes p mare hui⁹ mundi tranſeun-
tes dirigit ſuis exemplis ꝛ illuminat ꝛ infoꝛ
mat. Infoꝛmat eniꝫ cōiugatas vt viris ſuis
obediāt et eos honoꝛēt: ſicut ipa ioſeph obe
diuit ꝛ ipm ſp honoꝛauit. Infoꝛmat etiā vi-
duas vt poſt moꝛtē viroꝝ ſuoꝝ alios non ac
cipiant:ſꝫ in viduitate pmaneāt. Infoꝛmat
virgines vt hoīm conſoꝛtia fugiant.ꝛ a mul
tiloquio ſe temperent. Infoꝛmat penitētes
vt opa pnie pficiāt. Infoꝛmat etiā hoīes iu
ſtos:vt de die in diē ꝓficiant:ꝛ ſemp melio-
res fiant ꝛc̄.Quia igit beatiſſima ꝟgo Ma-
ria oībus per mare huius mūdi nauigātib⁹
radios exemploꝛū ſuoꝝ emittit. Ideo ſtella
maris vocari debuit. Iteꝫ dicit ſtella maris
ratione ſtatiōis.qꝛ non occidit ſicut alie ſtel
le. Sic beata virgo peccatoꝛib⁹ non occidit.
ſed ſemp in cōſpectu filij ꝓ ipis intercedit.
Nam cū oēs ſancti ꝛ ſancte peccatoꝛē dereli
quūt: tūc ipa ſola eū nō derelinquit. Unde
quilibet peccatoꝛ ad gloꝛioſiſſimā ꝟginē ma
riā cōfugiat tāꝙ ad mediatricē ꝛ auxiliatri-
cē nunꝙ vllū peccatoꝛē quātūcūqꝫ perditū
dedignat.vn̄ Anſelmus. Maria tu peccato
rem toti mundo deſpectuꝫ materno affectu
amplecteris:nec deſeris eū quouſqꝫ de⁹ p te
placat⁹ ipſum ſue gratie refoꝛmabit. Unde
Bern̄.O mat dei et hoīs.o mater rei et iudi-
cis.o mat regis et exulis:cū ſis mater vtriuſ
qꝫ nō decet vt inter filios diſcoꝛdiā eſſe per-
mittas. K Quātū ad ſecundū ſciendū
ꝙ beata virgo maria omnib⁹ hoīb⁹ cuiuſcū-
qꝫ ſtatus foꝛmā viuēdi tribuit. qꝛ oēs homi
nes aut ſunt in ꝓſperitate:aut in aduerſita-
te:aut in medio conſtituti. Illis qui ſunt in
pꝛoſperitate et qui ſupeminent alijs in do-
nis tempoꝛalib⁹ : naturalibus vel ſpirituali
bus:dat exemplū humilitatis. Nam in die



annūciationis cum pꝛeponeretur omnibus
creaturis:quia regina celi ꝛ mater dī effecta
eſſet:ipſa ſe humilians reſpondit angelo di
cens .Ecce ancilla dn̄i ꝛc̄.ꝙ auteꝫ neceſſe ſit
humilitatem in pꝛoſperitate ſeruare oſtēdit
Augu.dicens. Humilitatis ſectatoꝛes ꝛ cō-
ſeruatoꝛes maxime eos conuenit eſſe qui in
aliquo dono ceteris eminent.Un̄ humiliare
nos debem⁹ cum deus ſua dona ſiue tempo
ralia ſiue ſpūalia tribuit:ſiue etiā cum ad di
gnitates ꝓmoti ſum⁹.vnde Bern̄.ſup Miſ
ſus eſt angelus. Non magnū eſt eſſe humilē
in abiectōe.magna pꝛoꝛſus ꝛ rara virt⁹ ē hu
militas honoꝛata L Secundo illis q̄ p̄-
muntur tribulationibus dat exemplū ꝛ foꝛ
mam patientie.Et hoc in tēpoꝛe ꝛ in die paſ
ſionis xp̄i.quando pluſqꝫ martyr effecta eſt
quia habuit grauius martyꝛiū:eo ꝙ ei⁹ mar
tyꝛiū non fuit in carne:ſed in mente. Unde
Hiero. Alij ſancti paſſi ſunt pꝛo xp̄o in car-
ne.beata autē virgo in illa parte paſſa eſt q̄
impaſſibilis ꝛ immoꝛtalis habetur.hoc ē in
anima vel in mente. Idcirco verū fateoꝛ pluſ
ꝙ̄ martyꝛ fuit.quia attrocius paſſa eſt dum
paſſionis chꝛiſti gladium in aīa ſua ſuſtinu
it.Qui gladius doloꝛis cauſabat pꝛimo ex
eo ꝙ ipſa pꝛeſens erat ꝛ vidit filiū ſuuꝫ pati
penam ignominioſam: id eſt penā latronū:
penam doloꝛoſam:qꝛ in neruoſis membꝛis
manibus ꝛ pedibus clauis perfoꝛatum:et p
totum coꝛpus vulneratū:penam diuturnaꝫ
qꝛ ab hoꝛa noctis ꝛ per totam noctem vſqꝫ
ad hoꝛam nonā diei in qua expirauit in ſup
plicijs ꝛ doloꝛibus ſemper fuit:ꝛ penā iniu-
ſtam:qꝛ pctm̄ non fecit. Multuꝫ dolet mat
quando audit filiū ſuū moꝛte hoꝛribili neca
tum:maxime autē dolet cū ante oculos ſuoſ
videt filium vulnerari ꝛ occidi.Quāto ergo
doloꝛe beata virgo cruciabat quādo filiū ſu-
um videbat moꝛtuū:ꝛ ipſum moꝛte hoꝛribi-
li necatum:ꝛ hec oīa fieri ante ſuū cōſpectū.
Item erat impotens ad adiuuandum. Ma
gna etenī eſt conſolatio matri quando aſſi-
ſtit filio moꝛienti:ꝛ poteſt ſibi in aliquo ſub
uenire. Hec auteꝫ filiū moꝛientē in nullo po
tuit adiuuare. Audiebat ipm ſitire ꝛ non po
terat ei potū poꝛrigere. Uidebat coꝛpus eiuſ
plenum vulnerib⁹ ꝛ nō poterat alligare. Ui-
debat coꝛpus eius cruentatum ꝛ nō poterat
lintheo abſtergere. Uidebat caput eius non
hr̄e reclinatoꝛium.ꝛ nō poterat illi exhibere
fulcimentū. Uiderat ꝛ illū lachꝛymantem:ꝛ
nō poterat lachꝛymas abſtergere ab oculis
eius. Uidebat ipſum expirare ꝛ non poterat
eum oſculari ꝛ amplexari. Item erat deſtitu
ta omni humano auxilio. Naꝫ apoſtoli fuge
rant a xp̄o:ſic ꝙ non habuit auxiliantem ne
qꝫ conſolanteꝫ. Unde Damaſcen⁹. Ipſa bea
ta virgo doloꝛes quos effugit pariens: hos
in xp̄i paſſione ſuſtinuit. Unde etiaꝫ Anſel.
Dn̄a mea quos fontes erupiſſe dicam de pu
diciſſimis oculis tuis cum attenderes vnicū
filium tuū innocenteꝫ coꝛam te flagellari:li-
gari:mactari:ꝛ carnem de carne tua ab im-
pijs crudeliter dilacerari. Unde Auguſtin⁹.
Illa pia mater oīa ſua fatigauerat membꝛa
vt inceſſu deficiens:vix peruenire poſſet ad
ſepulturam xp̄i. Item ſciendū ꝙ beata vir-
go Maria in his omnibus tribulationibus
ſemp patientiā ſeruauit.nec aliquod ſignuꝫ
odij: ꝛ impatientie oſtendit. Ergo illi errant
qui dicunt ꝙ beata virgo ſibi ipi crines extra
xerit ꝛ ſe cū pugnis verberauerit. quia nun-
ꝙ̄ aliquod ſignū indecentie oſtendit:ſed in-
dulſit crucifixoꝛib⁹ ꝛ affectauit ſalutem ipo
rum. Et hoc qđ xp̄s oꝛauit oꝛe dicēs. Pater
ignoſce illis. hoc ipſa eis affectabat ī coꝛde.
Tertio illis q̄ ſunt in medio conſtituti : dat
exemplū operādi ꝛ tp̄s vtiliter expendendi.
Nam ipſa ſemper tempus ſuum vtiliter ex-
pendit ꝛ nunꝙ ocioſa fuit. Un̄ Pꝛouer.xxxi
Panem ocioſa non comedit. Sic ꝛ nos exē-
plo Marie debemus operari bonum. Unde
Iohan.ix. Operamini dum dies eſt : venit
enim nox in qua nemo operari poteſt. Nam
inter omnia que deus nobis adminiſtrat in
pꝛeſenti nihil eſt nobilius ꝛ vtilius ꝛ pꝛecio
ſius qꝫ̄ tempus gratie. Bern̄. Nihil pꝛecioſi⁹
tempoꝛe. Ergo ſtudioſe conſeruandū eſt tem
pus. Unde Bern̄. Omne tempus nobis im-
penſum a nobis exigetur:qualiter expēſum
Unde in his punctis iam dictis debem⁹ imi
tari beatam virginem mariam. Unde Pꝛo-
uer.viij. Beati qui cuſtodiunt vias tuas.
M Quantum ad tertium nota exemplū
in quo cognoſcere poteris ꝙ eſt vtile et ſalu
bꝛe beatā virginem mariā in neceſſitatibus
inuocare. Unde legitur in libꝛo de miraculiſ
beate virginis marie. ꝙ quedam matrona
beate virgini deuota ꝓpꝛias pꝛoles infoꝛmā
do ad ſimilia edocuit:vt ipām in ſuis neceſ-
ſitatib⁹ inuocarent deuote dicēdo Aue ma-
ria ꝛc̄. Que filiam diſſolutam ꝛ vagabundā
ꝛ ſaltatricē ꝛ claſſatricem habuit. Quā ipſa
mater pluries coꝛrexit:ſed parum in ea ꝓfe-
cit,quia pater dilexit eam pꝛe ceteris pueris

ſuis:eō ꝙ pulchra ⁊ mundana eſſet: ⁊ emit
ei pulchras ⁊ pōpoſas veſtes. Que ī vna die
dñica corizando fatigata iuit ad quoddam
pomerium ſedens ſub vna arbore volens re
focillari. Cui diabolus immediate affuit di
cens. Surge veni mecum. Cui illa. Quiſnaz
es tu. Et ille. Ego ſum diabolus cuius ꝓpo-
ſitū conaris adimplere. arma ⁊ rete noſtruz
ad animas capiendas. Unde modo recipies
penas non ſolum pro tuis peccatis: ſed etiā
pro peccatis omnium quos per ornatū cor-
poris tui ad malas concupiſcentias induxi-
ſti. Et diabolus ſtatim violenter nitebatur
eam rapere. Et illa clamauit dicens. Uirgo
maria adiuua me: ſicut mater in puericia eā
edocuit. Et ſtatim dixit clara voce. Aue ma-
ria gratia plena ⁊c̄. Reſpondit diabolus di-
cens. Maledicta ſit que te hanc orationem
docuit quam ſi non dixiſſes iuſto dei iudicio
ad infernu incendium te traxiſſem: vbi tu cū
tuis equalibus penam condignam pro om-
nibus quos ad peccandum traxiſti inueniſ-
ſes. Que poſtmodum nunꝗ̄ amplius chori
zauit: ⁊ veſtes pompoſas depoſuit: ⁊ vitam
⁊ mores humiliter emendauit: ⁊ beate virgi
ni amplius vſq̄ ad mortem ſeruiuit. Et ſic
vitam ſuam in bono finiuit.

¶ Cōmunis ſermo de beata virgine.
Sermo. clxiij.

**Ego mater pulchre dile**ctionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊
ſancte ſpei. Eccl. xxiiij. Sciendū
ꝙ nemo pōt digne laudare bea-
tam virginem Mariam: niſi ipſum dignuz
faciat ille qui habitauit in vtero eius. Quis
enim laudare poterit ſufficiēter eaz que eter
num protulit verbum. que ſuum genuit crea
torem. Que nobis dedit mediatorem dei et
hominum. Que nobis cibum attulit angelo
rum. Unde dicit Petrus damianus. Quali-
ter eā laudare poterit mortalis hominis ver
bum: que de ſe protulit verbum quod manet
in eternum. Que lingua in eius laude inue-
nitur ydonea que illum genuit quem om̄ia
benedicunt. cui ⁊ cum tremore ſeruiunt ele-
menta. Unde etiaz Damaſcenus. Licet mil-
le ora: mille lingue voci ferentur nec ſuffice-
rent: ſed nec ſi omnes lingue hominum con-
uenirent eam mirificis poſſent efferre preco
nijs. Omnis enim preconij excedit magnitu
dinem: ⁊ omne eloquiuz ad eius excellentiā
inſufficiens inuenitur. Unde etiam Bernar
dus. Utinā mihi tot eſſent lingue quot ſunt
ſtelle celi: ⁊ omnes illas poſſem cōuertere in
laudem genitricis dei nec ſic ſatiarer. Et ſi
nullus humanus ſermo in eius laude inue-
nitur ydoneus: non tamē propter hoc ab ei⁹
laude ceſſare debemus: ſed quod poſſumus
faciamus. Nam ipſa eſt mater pulchre dile-
ctionis ⁊ timoris ⁊c̄. Ex quo hodie feſtum.
N. beate Marie celebramus que eſt non ſo-
lum mater chriſti: ſed etiam mater omnium
hominum ⁊ domina angelorum: tunc in pre
ſenti ſermōe quattuor de beata virgine ſunt
dicēda. Primo per que facta ſit mater domi
ni. Secundo per que facta ſit domina ange-
lorum. Tertio per que facta ſit mater omniū
hominū. Quarto dicenda ſunt aliqua exem-
pla de beata virgine: in quib⁹ cognoſcere po
terimus bonitatē ⁊ pietatē virginis marie.
N Quantum ad primuz ſciendum ꝙ tria
fecerunt beatam virginem mariam matrem
domini. Primum eſt eius caſtitas: quia ipā
eſt ſpeculum virginum. Hoc patet. quia ipſa
habuit triplicem virginitatem. Primo inte-
grā: qr in corpore ⁊ in aīa. i. Theſſa. v. Inte-
ger ſpiritus veſter ⁊ anima ⁊ corpus ſine q-
rela in aduentu dñi noſtri ieſu chriſti ſerue-
tur. Sunt enim quidam qui non habent in-
tegritatem corporis: ſicut fuit maria magda
lena: ⁊ heu iam plures ſunt in mundo. Unde
Hierony. Qui īmundiciam luxurie perfecte
continētie ſubijcit ſanctior dauid exiſtit: for
tior ſanſone. Nam nihil vilius eſt ꝙ̄ a carne
vinci: nihil glorioſius ꝙ carnē vincere. Alij
ſunt qui habent integritatem corporis: ſed
non anime: qr per malam concupiſcentiam
⁊ conſenſuz aīam maculant. Unde Mat. v.
Qui viderit mulierem ad concupiſcendum
eam iam mechatus eſt eaz in corde ſuo. Sic
intelligitur ď tactu illicito ⁊ locutiōe ⁊ corpo
ris ornatu ⁊c̄. Unde Hiero. Nam mille ſunt
virgines carne: ſed non ſpiritu: quorum cor-
pus eſt integrum: ſed anima eſt corrupta. vn
de Iſido. de ſum. bono. Uirgo carne ⁊ nō mē
te nullum premium habet in repromiſſione
Alij ſunt qui non habent integritatem ſpiri
tus: qui per mortale peccatum ſpiritum ſuū
a ſponſo ſuo diuidunt: ⁊ ſic adulterium ſpiri
tuale cōmittunt. Beata autem virgo habuit
integritatez in corpore: quia ſemper corpus
ſuum illibatum ſeruauit. Et in anima. quia
omnem prauum motum ⁊ concupiſcentiam
penitus reſecauit. Et in ſpiritu: quia nunꝗ̄
per aliqđ peccatū a deo diuiſa fuit. Cāt. iiij.



Tota pulchra es amica mea ⁊c̄. Secundo ha
buit virginitatem exēplarē: qr ei⁹ v̄ginitas
oībus v̄ginib⁹ fuit in exemplū. Ideo ſignata
eſt per amigdalū que inter ceteras arbores
prio flores producit. Sic et beata virgo ꝑmo
inter mulieres votū virginitatis emiſit. ps.
Adducentur regi virgines poſt eam ⁊c̄. Naz
ante ipſam virginitas non videbatur eē ma
gni meriti vel honoris: poſtmodum autem
facta eſt magni meriti. Quia debetur ei fru-
ctus centeſimus cum coniugatis corruptis
datur triceſimus: et viduis ſexageſimus. Et
etiam v̄ginitas facta eſt magni honoris: qa
ipſam honorauit xp̄s qn̄ nō de cōiugata cor
rupta ſed de v̄gine naſci voluit. Ipām etiaz
virginitatem honorant angeli: vt ptz in ſan
ctis virginibus. ſ. in agnete: cui angeli veſtē
preparauerunt: et eius nuditatem texerunt.
In cecilia cui angelus coronas de paradiſo
attulit. Et in beata barbara: cui angelus ſto
lam candidā deportauit: qua nudatum cor-
pus eius texit. Et in beata katherina: quam
angeli proprijs manibus ſepelierunt in mō-
te ſynai. Item oēs hoīes exemplo chriſti et
angelorum honorare debent virgines. Unđ
Damaſce. li. iiij. A nuptijs abſtinentia ange-
lorū eſt imitatio. quanto itaq̄ eſt angelus
homine ſuperior: tanto virginitas nuptijs ē
honorabilior. Quis enim hominū eſt taz ſto
lidus ꝙ non amet et honoret virginitatem.
quam etiam dyabolus honorat. Unde Tho
bie. iij. legitur ꝙ demon aſmodeus virgini-
tatem Sare a ſeptem corruptoribus libera-
uit: quos ſingulatim occidit ꝙ̄cito vnuſquiſ
q̄ ipſorum ad virginem introiuit. Item ptz
hoc in beata agnete: cuius virginitatis inſi-
diatorem ſcilicet prefecti filium dyabol⁹ ſuf
focauit. Dyabolus ergo velit nolit honorat
virgines: ſicut victus victrices: et tanꝗ̄ āge
lorum ſorores: et tanꝗ̄ xp̄i ſponſas. Unde
Bernardus. Fulgida virginitas eſt gemma
virtutum: germana angelorum: lampas ec-
cleſiarum: lux animarum. ipſa calcat libidi-
nem: vincit dyabolum: contemnit ſeculū de
primit omne periculum. Tertio beata virgo
Maria habuit virginitatem tranſfuſam qr
in alios caſtitatem tranſfudit. Licet em̄ pul
cherrima fuit: tamen a nullo concupiſci po-
tuit. Et talem virginitatem ſancta Kathe-
rina non habuit ꝙuis virgo eſſet mente et
corpore: tamen Maxentius eaz concupiuit.
Similiter et beata margareta quam Olibri
us concupiuit. Et beata agnes: quam prefe-
cti filius adamauit: ⁊ ſic de alijs. O Sz
diceres vnde accidit ꝙ nullus inſpicientiuz
mariam concupiſcere potuit. Reſpondetꝙ
hoc accidit principaliter tribus rationibus.
Prima ratio: quia taliter ſe habuit in omni-
bus verbis et factis et moribus ꝙ nulli da-
bat occaſionem peccandi: ſed mouebatur cor
cuiuſlibet ipſam intuentis ad deuotionem.
Secunda ratio eſt propter luminis clarita-
tem que de eius facie exibat: que homines ī
admirationem inducebat: et ad deum laudā
dum de tam nobili creatura. Tertia ratio eſt
quia deus occultabat in ea que poterant eē
incitamenta ad libidinem ⁊ dedit illam gra
tiam omnibus eam intuentibus vt non in-
ordinate mouerentur erga eam ad malū ſed
ſolum ad bonum. P Secundum quod
beatam mariam virginem fecit eſſe matrem
chriſti eſt humilitas: vt ipſa fatetur per ſe.
Luce. i. Reſpexit humilitatem ancille ſue.
Bernardus. Audeo dicere ꝙ nec marie virgi
nitas ſine hūilitate placuiſſet. ꝓpter qđ cuz
per gabrielē dei filius ex ea incarnandus nū
ciaretur: omnium virtutum oblita ⁊ ſola hu
militate gloriatur dicens. Quia reſpexit hu-
militatem ancille ſue ⁊c̄. Unde etiam Augu
ſtinus. Si audeo dicere tunc marie non tan
tum profuit ſua virginitas: ꝗ̄tuz ei⁹ humili
tas. Per eius humilitatem deus eſt incarna
tus peccator liberatus: damnatus ſaluatus
exul reductus: mortuus reſuſcitatus. Un̄ ſci
endum ꝙ beata v̄go maria poſt xp̄m humil
lima fuit inter omnes hoīes et ſanctos qui
hic in mundo vixerunt. Nam ipſius mirāda
humilitas apparet in hoc ꝙ licet ſanctior ſit
omnibus in celo et in terra: tamen nunꝗ̄ le
gitur de ea in euangelio ꝙ aliquod miracu-
lum attemptauerit facere in preſenti vita.
De ſancto petro legitur Actuuz. v. ꝙ vmbra
illius ſanauit infirmos. Similiter ď ſancto
Iohanne euangeliſta qui tunicam ſuam fe-
cit ponere ſuper mortuos qui occiſi fuerunt
cum veneno et reuixerunt. Similiter ⁊ beat⁹
andreas q̄ ſuſcitauit q̄draginta mortuos q̄
in aqua interierunt: ⁊ ſic de alijs ſctīs. ꝗ̄uis
em̄ btā virgo maria magnā cōpaſſionez ha-
buit cū tribulatis: q̄ fuit cauſa incitans eam
ad miracula faciēdū: tñ hūilitas adeo cor ip
ſius occupabat ꝙ ꝓpter hūilitatē attempta
re non preſumpſit. Unde Bern̄. Merito fa-
cta ē nouiſſima prima: que cum eſſet prima
omnium ſe nouiſſimam faciebat. Sed que-
ritur cur beata virgo Maria debuit eſſe tam

humilis. Reſpondet ꝙ propter tria. Primo
ideo quia debuit illum recipere totaliter in
ſe qui eſt ſuper omnes. ideo humiliari debu
it infra omnes. Secundo quia debuit ſuper
omnes ſanctos et ſuper omnes choros an⸗
gelorum exaltari tanꝗ regina celi et domi⸗
na angeloꝝ. ideo debuit eſſe humillima. vñ
Bernardus. Nunꝗ̄ ſuper choros angeloruꝫ
ſublimata aſcendiſſes: niſi prius inter omẽs
homines ſublimata deſcendiſſes. vnde Am
broſi. ſuper Beati immaculati. Quãto enim
quis eſt abiectior in hoc ſeculo: tanto magis
exaltabitur in futuro. Tertio quia ſicut ꝑ ſu⸗
perbiam Eue mors intrauit in hunc mũdũ.
Sic econuerſo: vita per humilitatem Ma⸗
rie reddita eſt huic mundo. Et quia contra⸗
ria contrarijs curãtur. ideo ſicut Eua per ſu⸗
perbiam voluit ſe aſſimilare altiſſimo deo q̇
eſt ſuper omnes. Sic Maria econuerſo de⸗
buit ſe humillimam exhibere: vt nobis mor
tem auferret et vitam donaret. Unde canit
de ea. Mortem quam femina intulit: femia
fugauit. Tertium quod fecit eam matrẽ do⸗
mini eſt firmitas fidei. Nam ipſa beata vir⸗
go Maria commendata eſt propter fidem.
Luce. i. Beata que credidiſti: quoniam perfi
cientur in te: ea que dicta ſunt tibi a domi⸗
no. Ubi elizabeth mater Johannis baptiſte
fidei attribuit ꝙ beata virgo Maria chriſtũ
cõcipere meruit. Unde Auguſtinus in libro
de virginibus. Beatior fuit Maria percipi⸗
endo fidem: ꝙ̄ carnem chriſti. Nihil em̄ ma⸗
rie materna propinquitas profuiſſet: niſi eũ
felicius corde ꝙ̄ carne geſtaſſet. Pro quo ſci
endum ꝙ beata virgo Maria habuit fidem
firmaꝫ: quod patuit in paſſione chriſti. quia
ceteris apoſtolis a fide cadentibus ip̄a in fi
de firma permanſit. Q Quantum ad ſe
cundum ſciendum ꝙ tria fecerunt beatã vir
ginem Mariam dominam angelorum. Pri
mum eſt puritas mentis et corporis. Unde
Ambroſius. Uirgo erat non ſolum corpore:
ſed et mente. Pro quo ſciendum ꝙ puritas
marie non ſolum precellit puritatem omni⸗
um hominum: ſed etiam puritatem omniuꝫ
angelorum. Unde Anſelmus. Decebat qui⸗
dem vt virgo beata ea puritate niteret qua
ſub deo maior nequit intelligi. Sꝫ queritur
quare beata virgo Maria debuit eẽ tam pu
ra. Reſpõdetur ꝙ propter tria. Primo ideo
quia per puritatem venit homo ad ſimilitu⸗
dinẽ dei. Sed Maria debuit aſſimilari deo
et in ſe recipere ſpeculum ſine macula, ſcili⸗
cet filium dei. igitur debuit eſſe puriſſima.
Secundo quia illud opus. ſcilicet incarnati
onis debuit eẽ totaliter a ſpiritu ſancto: ſm
ꝙ dixit angelus ad Mariam. Luce. i. Spiri
tuſſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſſi
mi obumbrabit ⁊c̄. Quanto quis eſt purior
tanto libentius et efficacius ſpirituſſanctus
operatur in eo. igitur debuit eſſe puriſſima.
Tertio quia ieſus chriſtus filius dei venit
nos per eam reducere ad ſtatum immortali⸗
tatis. ſcilicet angelice puritatis: vbi non nu
bent neqꝫ nubentur: ſed erũt ſicut angeli dei
igitur ⁊c̄. Secundum quod fecit eam domi⸗
nam angelorum fuit ipſius conſtantia et fir
mitas voluntatis. Sicut enim angeli ſemꝑ
faciunt voluntatem dei: ſic ⁊ ipſa facit. Et ſi
cut angeli nunꝗ̄ ceciderunt nec vnꝗ̄ pecca⸗
uerunt: ſic et ipſa nunꝗ̄ peccauit. Pro quo
ſciendum ꝙ beata virgo peccare non potuit
nec per infirmitatem: nec per ignorantiam:
nec per maliciaꝫ. Omnis enim caſus in pec
catum fit aliquo iſtorum trium modorũ. Et
iſti tres modi peccandi inter apoſtolos inuẽ
ti fuerunt. Petrus nanqꝫ peccauit per infir⸗
mitatẽ humanã. quando ſcilicet timore mor
tis chriſtum ter negauit. Paulus per ignorã
tiam. Unde. i. Thimothe. i. Ignorãs feci in
incredulitate mea. Judas autem per malici
am affectatam peccauit. quia chriſtus ſibi ꝑ
dixit ꝙ male faceret quando dixit. Ue homi
ni illi per quem filius hominis tradetur. vt
ſic eum a peruerſa voluntate retraheret. Sꝫ
ipſe infelix iudas non acquieuit: ſed chriſtũ
ex certa malicia tradidit. Sed beata virgo
Maria cadere non potuit per infirmitatem
quia omnipotentia patris confortata fuit.
Nec per ignorantiam: quia ſapientia filij il
luminata fuit. Nec per maliciã. quia bonita
te ſpirituſſancti repleta fuit. R Tertiũ
qḋ fecit eam dominã angeloruꝫ eſt feruens
charitas. Angeli em̄ ſꝑ feruẽt ĩ charitate dei
Sic ⁊ ip̄a btã virgo maria inqꝫtuꝫ poſſibile
eſt filiũ ſuũ ſuꝑ oĩa dilexit. Et in ſignuꝫ hu⁹
ip̄a ſtabat iuxta crucẽ ceteris apoſtolis fugi⸗
entib⁹. vñ Can̄. viij. Fortis eſt vt mors dile⸗
ctio. Uñ ip̄a dr̄ mat̄ pulchre dilectionis. Nã
ipſa duplicẽ dilectionẽ habuit. ſcilꝫ quo ad
filiuꝫ et quo ad nos. Ideo in corde virginis
marie tempore paſſionis xp̄i magna pugna
fuit. Pugnabant em̄ ad inuicem in corde ip
ſius duo amores: et duo dolores. Duo amo⸗
res erant amor filij: et amor generis huma⸗
ni. Amor filij nolebat ip̄m pati. Amor vero



humani generis volebat ipſum mori. Et ſic
int̄ iſtos duos amores magna pugna erat.
Similiter in corde marie duo dolores erant
ſcilicet dolor quẽ habitura erat de morte fi⸗
lij. ⁊ ideo nolebat ipſum pati. et dolor quem
hẽbat de perditione generis humani. iḋ vo⸗
lebat ipſum mori. Et ſic int̄ iſtos duos amo
res ⁊ duos dolores magna pugna erat. Naꝫ
primus amor retraxit eam ne filius patere⸗
tur. ſed ſecundus amor quem habuit ad nos
incitauit eam vt filius moreretur. Et ſecũd⁹
amor ſuperauit primũ. quia potius voluit fi
lium pati: ꝙ̄ humanũ genus perire. Immo
ſi paſſio filij ſufficiens non fuiſſet: ipſa cum
filio pro nobis crucẽ aſcẽdiſſet. S Quã
tum ad tertium ſciendum ꝙ tria fecerũt bea
tam virginem mariam matrẽ noſtram. Pri
mum eſt magnitudo miſericordie eius. Naꝫ
miſericordia ipſius ceteris miſericordijs eſt
communior et copioſior. Unde Bernardus.
Uirgo beata copioſiſſima charitate ſapienti
bus et inſipientibus debitricem ſe fecit. ⁊ oĩ
bus veniam petẽtibus miſericordie ſinũ a⸗
perit. reis obtinet veniam. egris medelã. pu⸗
ſillis corde robur. afflictis conſolationẽ. pe⸗
riclitantibus adiutorium et liberationem.
Secundum quod fecit eam matrem noſtrã
eſt gratie plenitudo. Nam ipſa ſtetit in altiſ
ſimo gradu gratiarum. Altiſſimuꝫ autem in
gratijs eſt habere omnem gratiam quã glo⸗
riatur ſe habere. Eccleſiaſti. xxiiij. In me om
nis gratia. Unde Bernardus. Maria ãte cõ
ceptionem plena gratia ab angelo nũciatur
vt quia dudum ſibi plena nobis fieret ſuper
plena. Si enim vaſi pleno aliquod corpus ĩ⸗
mittitur: quantum illud magnum eſt quod
immittitur: tantum neceſſe eſt effluere de ſu
perpleno: et in eam iam dudum plenam de⁹
eternus dei filius in conceptione in vterum
eius immittit̄: ideo neceſſe eſt vt ſemꝑ afflu⸗
at in eternum. Unde ipſa dicit. Tranſite ad
me omnes qui concupiſcitis me: et a genera
tionibus meis implemini. Et in ſignum hu⸗
ius tunc beata virgo comparatur colo. quia
ſicut colum eſt medium inter caput ⁊ corp⁹:
ſic et ipſa eſt mediatrix inter nos et deum.
Item propter eminentiam et dignitatẽ. q̇a
ſicut poſt caput colum eminet omnib⁹ mẽ⸗
bris ſic et ipſa poſt chriſtum eminet omnib⁹
ſanctis. Item propter adminiſtrationẽ. Si
cut em̄ a capite mediante colo deſcendunt
omnia nutrimenta corporis: ſic a chriſto per
beatam virginem in nos veniunt oĩa do⸗
na et beneficia que deus nobis confert. Naꝫ
ipſa eſt diſpenſatrix gratiarum et beneficio⸗
rum dei. Unde Auguſtinus. Maria homini
bus multum tenetur: quia per eos habet q̇c⸗
quid habet. quia ſi nos peccatores non fuiſ⸗
ſemus chriſtus de ea carnem non ſuſcepiſſꝫ.
Nos igitur ſibi tenemur: quia ſumus per ip⸗
ſam deo reconciliati. et ipſa nobis tenetur:
quia mater noſtra et mater dei eſt effecta.
Unde etiam Bernardus. Intuemini quãto
deuotionis affectu a nobis eam voluerit ho
norari: qui totius boni plenitudinem poſuit
in mariam vt proinde ſi quid ſpei in nobis:
ſi quid gratie: ſi quid ſalutis ab ea nouerim⁹
redundare. Tertium quod fecit mariam ma⸗
trem noſtram eſt noſtra miſeria et indigen⸗
tia ⁊ ipſius potentia. Eſt enim magna in po
teſtate ſuper omẽs creaturas. ergo nobis da
ta eſt in adiutorium ⁊ in aduocatam noſtrã
apud filium ſuum. T Pro quo ſciendũ
ꝙ beata virgo maria aduocat pro nobis tri⸗
pliciter. Primo ſanctitatis merito. Si enim
merita aliorum ſanctorum pro nobis ad de⸗
um intercedunt: multo fortius marie meri⸗
ta que plenitudinem poſſidet meritoꝝ. Iteꝫ
ſi deus vult miſereri alicui homini propt̄ me
rita alicuius ſancti: quid tunc faciet propter
merita ſanctiſſime ſue matris. Secundo ad
uocat pro nobis ardenti deſiderio. Deſideria
enim ſanctoruꝫ ſunt interceſſiones ꝓ nobis
apud deum. Unde ipſa dicit. Canti. i. Dũ eẽt
rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorẽ
ſuauitatis. Nardus eſt quedam herba cali⸗
da: et ſignificat eius deſideria inflammata q̄
ad deum aſcendunt: et gratũ odorẽ ſibi faci⸗
unt. Tertio aduocat pietatis ſigno. Legitur
enim in hyſtoria ſcholaſtica ꝙ ãtipater ydu
meus apud imperatorem falſe accuſat⁹ eſt.
At ille eiectis veſtibus cicatrices vulnerum
oſtẽdit que pro imperatore pertulerat dicẽs
Ego me imperator nolo excuſare coram te: ſꝫ
illa vulnera que ſuſtinui pro te teſtimoniuꝫ
perhibent de me vtrum ego diligo te. Quod
videns imperator eum ad gratiam ſuam re
cepit. Iſtum modum aduocandi habet ipſe
xp̄s ⁊ mater eius apud deum patrem. Unde
etiam Bern̄. O homo ſecurum acceſſum ha⸗
bes ad deum: vbi mater ante filium ⁊ filius
ante patrem ⁊c̄. Pro quo ſciendum ꝙ beata
virgo maria tantã confidentiã habet de om
ni re quã petit ꝙ etiam ſe exaudiri non dubi
tat. Unde dicit Aug. ſuper Iob. ꝙ qñ in nu⸗
ptijs dixit Uinũ non habent. Et xp̄us r̄ndit,

Quid mihi ⁊ tibi ē mulier: nondū venit ho⸗
ra mea. Non propter hoc dubitauit ſe exau⸗
diri: ſed confidenter ait miniſtris. quodcūqꝫ
dixerit vobis facite. Ac ſi diceret vt ait Au⸗
guſtinꝰ. Licet negare videat̃ qḋ peto: tamen
finaliter filiꝰ nō patietur corā tot hoibꝰ aſtā
tibus me cōfundi: vt in mea petitione eru⸗
beſcentiā habeā. Firmit̃ nāqꝫ credendū ē ꝙ
quicquid petierit mater a filio ſuo: hoc ſibi
reſpondeat qḋ Salomon reſpōdit matri ſue
dicēs. Pete a me mater quod vis: neqꝫ enim
phas eſt vt auertā faciē meā a te. C Un
de ſciendū ꝙ poſt xp̄m ad nullū ſanctoꝝ tā⸗
tam confidentiam habere debemus ſicut ad
beatā virginē mariā q̄ eſt mater omniū no⸗
ſtrum. vñ Fulbertꝰ. Conſtat ꝙ maria iuſtis
et peccatoribꝰ fideliter inuocātibꝰ preſto eſt
et nunꝙ̄ eis opitulari deſiſtit. Chriſoſtomꝰ.
O dulcis virgo: non eſt phas te poſſe illum
deſerere q̄ ſuā ſpem fiducialiter in te ponit
Unde etiā Bern. Ille ſolus a laude virginis
marie taceat: qui eā ſemel inuocatā in ſuis
neceſſitatibus eius auxiliū ſibi ſenſerit defu
iſſe. X Quantum ad quartum nota exē
plum in quo cognoſcere poteris fidelitatem
⁊ bonitatē virginis marie. Uñ ſcribit Uincē
tius in ſpeculo hyſtoriali ꝙ duo nobiles. ſ.
vir et vxor erant rome carētes prole. Qui tā
dem ieiunijs: orationibus: et elemoſinis a
deo prolē obtinuerunt: caſtā vitā deinceps
ducentes. Uir poſt pauca ꝑegrinat̃ ⁊ morit̃
in peregrinatione. Mulier delicate nutrit i
fantem noctibus ſingulis a puericia locans
eū ſecum in lectū. Qui virili etate ſucceden⸗
te matrem ꝓpriā impregnauit. Que tamen
a ieiunijs: orationibus: ⁊ bonis operibꝰ non
deſiſtebat. Et occultabat ſe ne quis eam im⸗
pregnatam cognoſceret. Adeſt dies partus.
Que cum dolore occulte peperit: ⁊ pre confu
ſione humana infantem ſtrangulauit, ⁊ eum
in cloacā proiecit. Quā cum dyabolꝰ in anīa
ſic captiuā teneret nitebatur eā confundere.
Unde ſpeciem clerici aſſumens romā intrat
dicens ſe notariū in ſcripturis valde illumi
natū fore. Scire ſe etiam furta inuenire ⁊ a⸗
lia occulta cognoſcere. Et hec omīa factis ꝓ
bauit. Nā dyabolus preterita bene cognoſcit
Captaqꝫ oportunitate coram imperatore et
ſenatu: mirabile inquit eſt ꝙ roma tota nō
eſt diu conſumpta ꝓpter deteſtabile facinꝰ
in ea perpetratū. Stupent omnes. Dyabolꝰ
factum narrat: et mulierē ex noīe deſignat.
At illi. Falſum dicis. Hec eſt enī mulier bo
ni teſtimonij et laudabilis vite et ſpeculum
virtutum. At ille. Sciebam ꝙ non crederetꝭ
mihi. Uocetur illa et examinetur: ſi confeſſa
et conuicta fuerit comburatur. Si non ego
comburar. Uocatur femina ad palaciū om⸗
nes aſſurgunt. ponitur in throno iuxta im⸗
peratorem: qui indicat eis de factis ⁊ dictis
noui prophete: ⁊ ꝙ eam accuſaret in quibuſ
dam q̄ incredibilia viderētur. Jubetur vt ſe
expurget vel fateatur. At illa ait. Salomon
docet omnia debere fieri cum conſilio: idō in⸗
ducias peto vt pro me reſponſalem qꝛ muli⸗
er ſum: procurem. dantur inducie. Papam li
num tunc preſidē adijt. lachrymis veniā pe⸗
tijt. confeſſionē cū amaritudine fecit. petēs
ſibi penitentiam quātūcūqꝫ vellet iniungi vt
tantum in anima non periret. Papa conſola
tur flentem: proponens ei negationem petri
petrī magdalene. et lachrymis vtriſqꝫ dimiſ
ſum monet ne deſperet: ſꝫ beatā virginē adiu
tricem inuocet: dās ſpem ꝙ ꝑ eam modis oī
bus liberaretur. Sed qꝛ breue tp̄s habet̃ dic
vnum Pater noſter pro omnibus peccat̃ tu⸗
is. Confortatur mulier. inuocat virginē ma⸗
riam. Die ſtatuta intrat conſiſtoriū. Aſſunt
principes cum imperatore. Mulier in me⸗
dio locatur. notarius vocatur vt accuſet reā.
Jntuituſqꝫ eā non cognoſcit: dicens nō eſſe
illam inceſtuoſam. Et imperator. Utiqꝫ illa
eſt quā ante accuſaſti. Reſpondit notarius.
Ego nullū malū cognoſco in ea. Quomodo
auderem malum loqui de ea cum video ma⸗
trem dei circa eam ſtantem: et illam protegē
tem. Ad hanc vocem omnes ſtupent: et ſe ſi
gno crucis ſignāt: et ſtatim dyabolus diſpa⸗
ruit. Femina honoratur ab imperatore ⁊ ab
omnibꝰ principibus. Et deo et glorioſe matri
ſue oēs gratias et laudes referunt qui ſic ſal
uat ſperantes in ſe.

¶ Qḋ dies ſabbati dedicata eſt marie vir
gini. Sermo. clxiiij.

n Otandum ꝙ ſicut dies
dominica dedicata eſt reſurrectō
ni: et ſexta feria paſſioni ſic dies
ſabbati dedicata eſt glorioſe vir⸗
gini marie. ⁊ hoc multiplici rōne. A Pri
ma eſt qꝛ paſſio ſanctoꝝ conſueuit in aliquo
die celebrari. Beata aūt virgo et ſi non ē paſ
ſa martyrio carnis: paſſa tamen fuit marty⸗
rio mentis. Juxta illud Luce. ij. Tuam ipſiꝰ
animam pertranſibit gladius. ſupple dolo⸗
ris. Et iſtud martyrium fuit in ea continuu



tum in tota feria ſexta: ⁊ in ſabbato ſequen⸗
ti. Sexta autem feria dedicata eſt martyrio
filij. ⁊ ideo ſequens ſabbatū dedicari debuit
martyrio matris. Secunda ratio: quia ſicut
in die ſabbati deus requieuit ab omni opere
ſuo: ſic chriſtus intrans marie vterū requie
uit ⁊ venit in eius ventrem ⁊ mentē. Jn nul
lo enī ſancto ſpiritusſanctus plene requiem
habuit: niſi in chriſto ⁊ virgine maria: qꝛ in
alijs ſanctis habuit aliquid repugnās ſaltē
peccatum veniale. Jn xp̄o autem et virgine
maria nihil repugnans inuenit: ⁊ ideo perfe
cte ibi requieuit. Tertia ratio eſt: qꝛ deus di⸗
em ſabbati benedixit. Sic beata virgo ab oī
bus fuit benedicta. Nam pater elegit eam i
filiam: ⁊ filius in matrē: ⁊ ſpūſſanctꝰ in ſpō
ſam. Et ab angelo eſt benedicta qui eam ſa⸗
lutauit: ⁊ a toto mundo qui eam veneratur
⁊ laudat. Quarta ratio ē. qꝛ ſabbatū eſt me⸗
dium inter diē gaudioſum. ſ. diem domini⸗
cum ⁊ penoſum: ſcꝫ ſextam feriam. Sic ipſa
eſt mediatrix inter deum ⁊ hominē. Quinta
ratio eſt. quia in die ſabbati tota fides perijt
⁊ in ſola virgine remanſit: ⁊ ideo ſibi hec di⸗
es merito dedicata fuit.

ſ Equūtur exēpla de bea
ta virgine. B Nota exēplū
quomodo beata virgo maria iu⸗
uat hoīem in vita. Legitur ī dia⸗
logo Ceſarij ꝙ fuit iuuenis quidam cui pa⸗
ter moriens multas diuitias dimiſerat: qui
intantum ſtudebat torneamentis ⁊ vanita⸗
tibus huius mūdi in veſtibus ⁊ in equis ꝙ
omnia bona ſua effudiſſet: ⁊ cuidam militi
iuxta ſe moranti multa vendidiſſet: ⁊ loco pi
gnorum expoſuiſſet. Ille tandem voluit re⸗
cedere de terra ſua. Sed quidā villicus ſuus
videns eum triſtem ait. Domine quare eſtis
triſtis. vultis diues fieri. Reſpondit. libēter
vellem ſi cū deo poſſem habere diuitias. Re
ſpondit villicus. Sequimini me ⁊ bene erit
vobis. Et ſtatim dominus ſecutus eſt ſuum
villicū. Qui duxit eū ꝑ quoddā nemus in lo
cum paluſtrē vbi cepit loqui cū diabolo villi
cus. Territus dn̄s queſiuit ei cui loqueret̃.
Reſpōdit cū diabolo. Et iuuenis plus timu
it. Et ait villicus diabolo. Adduxi vobis ho⸗
minē nobilem ſupplicans vt eū antiquis di
uitijs reſtituatis. Cui diabolꝰ. Si voluerit
mihi eſſe deuotus dabo ei diuitias et hono⸗
res ſuper oēs cognatos ⁊ vicinos ſuos. Re
ſpondit villicus. Libenter erit vobis obſeq̄o
ſus et fidelis ſi habuerit iſta. Cui diabolus.
Oportet eū abrenūciare altiſſimo. Quod cū
iuuenis rēnueret dicit villicus. Quid time⸗
tis proferre vnū verbū: dicite abrenūcio. Tā
dem iuuenis inductus ſuaſu villici abnega⸗
uit altiſſimū. Cui diabolus. Adhuc opus im
perfectū eſt: etiā abrenunciare debet matri
altiſſimi. Illa eſt enī que maxima dāna no⸗
bis infert. Quos enī filius per iuſticiā per⸗
dit: mater per miſericordiā ⁊ indulgentiam
adducit. Ad quod iuuenis multū expauit et
turbatus ſupra modū reſpondit. Hoc nūqꝫ
faciā. Quare inquit villicus feciſtis qḋ ma⸗
ius fuit. facite nunc qḋ minus eſt. Abnega⸗
ſtis creatorē abnegate nunc ⁊ creaturā. Et il
le. Nunqꝫ eā negabo etſi deberem perpetue
mendicare. Et ſic imperfecto opere redierūt.
Jn itinere autē venerunt ad quandā eccleſi⸗
am ſemiclauſam in quā iuuenis exiliens de
equo intrauit equū cōmittens villico: ⁊ an
te ortū aurore proſtrauit ſe ante altare bea
te virginis marie tenentis filium in vlnis: ⁊
cepit eā inuocare ex intimo corde. erat autē
ſuper altare ibidem ymago ipſius virginis
marie puerum ieſum in ſinu habens. Et ec⸗
ce meritis ipſius preclariſſime ſtelle maris
verus lucifer cepit oriri in corde ſupradicti
adoleſcentis. Tandē enim ei dominus pro⸗
pter honorē matris quā non negauerat do⸗
nare dignatus eſt contritionē: vt pre fletu ru
giret: et pre planctu eccleſiā clamoribus im⸗
pleret. Eadem hora superuenit miles ſupra
dictus qui bona ſua in vadio habebat. Et vi
dens oſtium eccleſie apertū putans ibi di⸗
uina celebrari ſolus intrauit. inueniensqꝫ co
ram altari iuuenem bene ſibi notum lachry
mantem: ⁊ putans ꝙ defleret ſuam pauper
tatem. retro quandam columnam receſſit la
tenter rei exitum expectans. Cūqꝫ inſtanter
inuocaret beatam virginem mariam iuue⸗
nis et non auderet inuocare deum altiſſimū
quem negauerat: vtroqꝫ audiente beate vir⸗
ginis ymago locuta eſt filio ſuo quem tene⸗
bat in vlnis in hec verba. Dulciſſime fili mi
miſerere huic homini. Puer vero matri ni⸗
hil reſpondit: et faciem ab ea auertit. Cūqꝫ
iterum rogaret filium pro homine: puer ver
tit matri dorſum dicens. Homo iſte me ne⸗
gauit: quid ei faciam. Poſt hec verba yma⸗
go beate Marie virginis ſurrexit. puerum
ieſum ſuper altare poſuit: eiuſqꝫ pedibus
prona ſe proſtrauit ⁊ ait, Rogo te fili mi vt

ꝓpter me dimittas peccatū. Mox infans
matrem eleuans rūdit illi. Mater nunꝙ̄ ti⸗
bi aliquid negare potui: ecce propter te totū
dimitto. Surgenſqꝫ iuuenis exiuit de eccle⸗
ſia: triſtis quidem de culpa: ſed hilaris de in
dulgentia. Exiuit quoqꝫ poſt eū ſupradictuſ
miles latenter: quaſi rem ignoraret queſiuit
quare tā humidos oculos haberet. Reſpon
dit: de vento eſt. Et ille domine non me la⸗
tet cauſa triſticie veſtre. Habeo vnicam fili⸗
am ſi vultis eam ducere in vxorē: omnia ve⸗
ſtra vobis cum illa reddam ⁊ reſtituam. In
ſuper ⁊ diuitiarum mearū heredem vos cō⸗
ſtituaꝫ. Ad hec iuuenis letus effectus reſpō
dit. Si hoc facere dignaremini plurimū mi⸗
hi placeret. Reuerſus itaqꝫ miles ad vxoreꝫ
ſuam rem ei per ordinem retulit. conſenſit il
la. Celebrantur nuptie. Iuueni ſub nomine
dotis omnia bona ſua reſtituuntur. Et iuue
nis iſte poſtmodū omnibus diebus vite ſue
regratiabatur beate marie virgini: ⁊ ei fide⸗
liter vſqꝫ ad mortem ſeruiuit: quia per eam
meruit remiſſionem peccatorum. Inſup eti⸗
am conſolationem temporalium bonorum.
aliud exm
C Item nota exemplum in quo cognoſce⸗
re poteris quomodo beata virgo maria ſub⸗
uenit hominibꝰ in morte. Quare merito ſabba
tis diebus glorioſa virgo a quolibet homīe
deuote eſt honoranda. Legitur in dyalogo
Ceſarij ꝙ in vicinia ciuitatis Tridentine ſil
ua eſt in qua latro nominatiſſimus verſaba
tur: a quo multi depredabātur. Et qui ſe de⸗
fendere voluerunt nec potuerunt occideban
tur. Hic cum die quadam monachum quen
dam ordinis predicatoruꝫ obuium haberet
ſperans ꝙ pecuniam haberet ⁊ portaret: ait
Niſi voluntarie me ſequaris occidā te. Quē
cum monachus ſequeretur ⁊ quereret in via
quis eſſet vel quid operis haberet: reſpōdit
Ego ſumꝰ ille famoſus latro nomē ſuū expri
mens. Cui cuꝫ monachus diceret. Iam inci⸗
pitis caneſcere ⁊ nō timetis periculū anime
veſtre. Reſpondit: non plus ꝙ̄ pecus. et ta⸗
cuit monachus. Veniens aūt in ſpeluncam
illius ait intra ſe. ſi poſſem hunc hoīem con
uertere: magnū ꝓſtarē deo obſequiū. Dixit⸗
qꝫ ad latronē. Si lꝫ mihi aliquid interroga⸗
re vos. Rūdit ille: licet. Monachus ſubiun
xit: qualis extitit vita veſtra a principio. Re
ſpondit ille: peſſima. Qū puer erā cū oībuſ
ſocijs meis ꝯtendebā. factus adoleſcens fur
tis operā dedi. deīde in virū proficiēs latro⸗
cinia exercui in quibꝰ adeo profeci: vt hodie
caput ⁊ magiſter ſimꝰ oīm latronū huiꝰ pro⸗
uincie. Ad quem monachus. Nunquid non
timetis penas eternas huiuſmodi operibuſ
preparatas. Dicēte illo. De anima mihi nul⸗
la queſtio eſt: quia perdita eſt. Monachus
reſpondit. Quid ſi poſſeꝫ vobis oſtendere vi
am ſalutis: velletis mihi acquieſcere an nō.
Ait latro: etiam conſentirem. Et ille. Ieiuna
te vnum diem in ebdomada in honore ſan⸗
cte dei genitricis: ⁊ nullū eodem die ledatis
⁊ ſciatis ꝓ certo ꝙ grām apud filiū eius ob
tinebitis. Reſpōdit latro. Hoc reuera faciaꝫ
⁊ etiam voueo ꝙ nihil eodem die comedaꝫ:
nullū depredabo: nullū ledā. Elegitqꝫ diem
ſabbati nihil in illo mali operās: immo plu
rimos de ſociorū manibus depredandos ſi⸗
ue occidendos ad honorem beate marie vir⸗
ginis eripuit. Eodē tempore tridentū ꝑ cir⸗
cuitum ab hoſtibus infeſtabatur ⁊ exeuntes
ſatellites ciuitatis cū hoſtes die ſabbati in⸗
ſequerentur iam dictū latronem inermem ꝓ
pter ſabbatum cum ceteris ceperunt: ⁊ cum
eſſet fortiſſimus non ſe defendebat. cum ca⸗
peretur non ſe excuſabat: nec loqui voluit in
terrogatus cum duceretur. Venientēſqꝫ in ciui
tatem mox vt cognitus eſt: patibulo adiudi
catus eſt. Nutu tamen vt creditur beate vir
ginis Marieꝰ ſuper pulchritudine corporis
eius iudices moti in hoc conuenerunt vt ꝑ⸗
uincia adiurata viueret. Quod cum ille ab⸗
nueret ⁊ diceret non faciam. Melius eſt eīn
vt hic peccata mea luam: ꝙ̄ in futuro. Re⸗
ſponderunt. Sine tamen vt decolleris. Non
curo inquit qualis ſit pena: dummodo occi⸗
dar. Et illi. Vis inquiunt vt tibi vocetur ſa⸗
cerdos. Reſpondit. Non eſt neceſſe. Omnes
enim chriſtiani eſtis omnibus vobis pecca⸗
ta mea que vnqꝫ in hac preſenti vita commi
ſi confiteor. Quod cum feciſſet cum magna
contritione: nihil vnꝙ̄ boni ſe feciſſe teſtaba
tur: preter illud ſcꝫ ieiunium quod a mona⸗
cho didicerat. Sicqꝫ ille extra ciuitatem du
ctus decollatus eſt. et in eodem loco ſepul⸗
tus. Nocte vero eadem vigiles portarum cir
ca eius tumuluꝫ luminaria celitus: ſcꝫ emiſ⸗
ſa viderunt. Quinqꝫ enim matrone cor⸗
pus eius effodientes et caput corpori ada⸗
ptantes poſuerunt in feretro mire texture
purpura ſuperpoſita. Ex quibus quattuor
ſingulas candelas ardentes in manibus ha
bentes: per quattuor partes feretrum tol
lentes. Quintaqꝫ clariſſima erat omnium
cum candela ſequente ad portam ciuitatis



vſqꝫ venerunt: corpus ibi deponentes. Cu⸗
ſtodes itaqꝫ iſta videntes timuerunt, putan
tes eſſe fantaſma. quibus vna illarum dice⸗
bat. Dicite epiſcopo veſtro vt capellanū meū
a vobis decollatuꝫ in tali loco eccleſie hono
rifice ⁊ reuerenter ſepeliat. Minas addens
ſi negligeret: et nominauit ſe eſſe Mariam.
Mane autē cuꝫ hec epiſcopo nunciata eēnt
epiſcopus cum clero ⁊ populo exiens purpu
ram depoſuit caput preciſum corpori vnitū
videns expauit: texturamqꝫ purpuream hu⸗
manum artificium excedentem admirās re⸗
latis credidit. Hominēqꝫ cuꝫ timore ⁊ hono
re maximo non vt latronē ſed vt chriſti mar
tyrem in loco deſignato ſepeliuit. Ab illo er
go tempore vſqꝫ hodie vix aliquis adultꝰ in⸗
uenitur in illa prouincia qui eius exēplo diē
ſabbati in honorem noſtre domine non ieiu
net. D Nota aliud exemplum de beata
virgine Maria in quo cognoſcere poteris q̄
modo ſubuenit homini quādoqꝫ etiam poſt
mortem. Fuit in britania iuuenis quidā no⸗
bilis: qui ꝙ̄uis ſeculo totus deditus: tamen
beate virgini fuit deuotus in hoc ꝙ ei ſingu
lis diebus quinquagenas ſalutationes per⸗
ſoluit. Qui infirmatus ad extrema perductꝰ
eſt. Cumqꝫ diu iacuiſſet mortuus reuixit. Et
mulieri aſſidenti ſibi clamans dixit. cito vo⸗
ca ſacerdotem. Sacerdote adueniente coraꝫ
omnibus confitebatur dicēs. Ego fui raptꝰ
ad tribunal xp̄i: et cū in tribus maxime accu
ſarer a demonibus: et ferri deberet ſentētia
contra me piiſſima mater xp̄i rogauit filiuꝫ
ſuū vt ad corpus redirem locum pn̄ie ſuſce⸗
pturus: quod et factum eſt. Unum de pecca⸗
tis erat ꝙ decimas ex agris meis ⁊ bonis ſa
cerdoti ſubtraxi. Secundum ꝙ piſces cū ſo⸗
cijs meis religioſis perſonis furatꝰ ſuſ. Ter⸗
tium ꝙ ſegetes pauperum cum canibus ve⸗
naticis conculcaueram. Ad hoc ruſtici ab eo
dāmum paſſi dixerunt. Cur debuiſtis domīe
pro his damnari: cum vobis hec puro corde
dimiſimus. At ille. Ueſtra remiſſio non ſuffi
cit mihi ad ſalutem. quia ditior eram ad ſol
uendum: ꝙ̄ vos ad relaxandum. Hec dicens
iuſſit dāna reſtitui: et ſic deceſſit. E Ali⸗
ud exemplum de beata virgine Maria in q̊
cognoſcere poteris quomodo peccatores et
mali homines conuertuntur: et boni erunt
per merita glorioſe virginis Marie. Fuit q̄
dam vir nobilis: ſed tyrannus totus erga ſu
os et alienos. Ita vt omnes de eo vindictaꝫ
peterent a deo. Et hūc contigit infirmari ad
mortē. Qui aduocans epiſcopum loci illius
pure confeſſus eſt. A quo petiuit vt ſibi ſani
tatem impetraret a deo. ꝓſtito tamen pri⸗
us iuramento ꝙ decetero neminem lederet
Quo cōualeſcente amplius indifferēter om
nes leſit. ita vt non ſolum ei ſed etiā epiſco⸗
po oēs maledicerēt. Poſt hec iterū infirma⸗
tus eſt: ⁊ oppreſſus igne ſacro ſicut prius: vt
oīa eius mēbra arderēt: ita vt de vita deſpe⸗
raret. Uocauit iterū epm̄ ꝓmittens ſatiſfa⸗
ctionē de iuramēto ſi ſuato: vt iterꝫ ꝓ eo ora
ret vt ſanus fieret: qui rēnuit recedens cū in
dignatione. Appropinquante aūt morte cla
mauit ⁊ reſpexit in celū ⁊ vidit in aere pen⸗
dentē filiū dei in cruce: ⁊ matrē ſuā ſibi aſtā
tem ⁊ orantem pro eo. At Ieſus ait. Mater
non poſſum facere. ecce eīn rurſum crucifixit
me. Et oſtēdit ei cicatrices ſangumeas. Qđ
videns peccator ingemuit exclamans voce
magna. O bone Ieſu ſi te crucifixi peccatis
meis. matrem tuā tamen ſemper honoraui.
Ieiunauerat enim omni ſabbato ad honorē
beate virginis marie. Cūqꝫ ſic clamaret au⸗
diuit vocem ieſu dicentem matri oranti. Ec
ce mater dedi eum tibi: ⁊ ſanatus ē. qui poſt
modū venditis omnibus bonis ſuis reſtitu
it ablata. ⁊ ingreſſus clauſtrum deo ſeruiuit
⁊ beate virgini marie vſqꝫ ad finē vite ſue.
F Aliud exemplū de quodam ruſtico qui
damnatus fuiſſet niſi beata virgo maria ſi⸗
bi ſubueniſſet. Erat vir quidam ſecularis ru
rali operi deditus: ⁊ alijs mundanis ſtudijſ
occupatus. Qui cum multis prauis actibus
eſſet intentus: etiam dum terram ſuā exara
ret quantū poterat terram vicinis ſuis ſub⸗
ripiebat ⁊ metas ſuas tranſgrediens iugeri
bus ſuis terrā alioꝝ furtim ſociabat. Hic tū
ſanctam dei genitricem mariam in mēte ha
bebat: ⁊ plerūqꝫ deuote eam ſalutabat. Iſte
ergo cum eſſet defunctus cōuenerunt demo
nes animam eius rapere confidētes. Affue⸗
runt etiam angeli qui cuꝫ proferrent pauca
ab eo facta bona: ceperunt demones contra
eum proferre innumerabilia mala. Cūqꝫ ob
hoc exultantes putarent ſe viciſſe: vnus illu
lit ex angelis ꝙ cum magna deuotione ſoli⸗
tus erat ſalutare dei genitricem virginē ma
riam. Hoc audientes ſpiritus maligni ⁊ im
mundi relicta hominis anima receſſerūt cō⸗
fuſi ab ea. Sicqꝫ aīa illa erepta ab aduerſa⸗
riorum poteſtate perpetuā damnationē eua
ſit. Largiente deo per merita glorioſe ſancte
dei genitricis virginis marie. Et poſtmodū

Exm de quo rustico q dam[n]at[us] fuisset nisi b[ea]ta v[ir]go p[ro] eo rogasset

omnibus quibus damna intulit auferendo bona ipſorum plene ſatiſfecit: et omnia iniuſta reſtituit. Et ſic poſtmodum vitā in bono finiuit. B Aliud exemplum de glorioſa virgine maria. In quodā cenobio erat monachus ſecretarij officio fungens. Hic erāt valde lubricus: et demoniaco inſtinctu aliquotiens libidinis vrebatur eſtubus: et tamē genitricem dei nō modice diligebat. Et quotiens ꝑtranſibat altare eiꝰ dicebat. Aue maria gratia plena ⁊c̄. Sicqꝫ eam cum reuerentia ſalutabat. Adiacebat aūt ipſi cenobio fluuiꝰ quidā: quē ꝑdictꝰ frater pertranſibat quando ad explēdā cōcupiſcentiā ſuaꝫ pergebat. Quadam igitur nocte volens ire ad ſcelꝰ aſſuetuꝫ corā altari vt ſolitꝰ erat ſanctā mariam ſalutauit. Ac deinceps eccl'e ianuā aperiens ad predictum fluuiū peruenit. quem dū trāſire vellet a dyabolo impulſus in eundem cecidit. Et mox dimerſus ibideꝫ interijt. Cuius aiam mox rapuit multitudo demonū cupiētes eā deferre in baratruꝫ. Sꝫ pietate dei affuerūt ibi etiā āgeli ſi poſſent illi aliqͣd ferre ſolacij. Quibus venientibꝰ dixerunt demones vbis contumacibus. Ut qͣd huc aduenistis. Nihil in hac anima habetis: quoniā ꝓpter mala opera que geſſit cōceſſa eſt nobis Ad hec triſtes valde ſancti angeli dum non ſufficienter haberent quod proferrent boni operis. Ecce ſubito aduenit ſancta dei genitrix maria: et liberali auctoritate dixit demonibus illis. Cur o nequiſſimi ſpiritus hanc aiam rapuiſtis. Reſpōderūt. Quia inuenimꝰ eā conſummaſſe vitā in operibꝰ malis. At illa. Falſa ſunt inqͣt que profertis. Scio enim quia nunꝙ̄ aliquo pergens: niſi me primuꝫ ſalutando a me licētiā accipiebat: et rediēs hec ſimilit̄ agebat. Quod ſi dixeritis qꝛ vim facimus vobis: ecce ponamꝰ in iudicio ſummi regis. Cūqꝫ ex his altercarentur inter ſe placuit altiſſimo dn̄o pro meritis ſue ſancte matris vt anima fratris rediret ad corpꝰ q̄tenus penitentiam ageret de pctīs. Interea aduenerat tempus quo fratres ad cantandos hymnos conuocarent. Et duꝫ mora fieret ad pulſandas matutinas: ſurgentes aliqui de fratribus ſecretarium predictū queſierunt: et eum immerſuꝫ in aqua reppererūt. Cuius corpus ex aqua trahentes mirabant̄ cogitantes qua occaſione hoc ei contigiſſet Cūqꝫ opinātes plurima inter ſe ſermocinarentur mirū in moduꝫ ecce ille frater ſurgēs a morte inter eos aſtitit viuꝰ ⁊ narrauit fratribus que contigerant ſibi: ⁊ quomodo euaſerat ſuccurrente dei genitrice. Poſt hec non ſolū illud vitiū per quod delectari ſolebat dēſeruit: ſed etiā deo ⁊ ſancte eiꝰ genitrici feruentius ſeruiuit: ⁊ ſanctus actibus vitā conſummans aiaꝫ in pace reddidit. D Exēplū aliud. Quidā clericus in carthaginenſiū vrbe degebat: qui erat leuis moribus: ſeculi curis deditꝰ: carnalibus deſiderijs etiā vltra modū ſubiectus. Hic tn̄ ſanctā dei genitricē frequenter in memoria habebat: ⁊ etiam ſepiſſime ſalutatiōe angelica ſalutabat. Qui dū vt fertur ab inimicis eſſet peremptꝰ ſciētes eū ſatis irreligioſam vitā duxiſſe: decreuerūt eū extra cemiteriū ſepeliri deberi. qͦd ⁊ ita fecerūt extra atriū non vt talē decebat virū tumulantes. Et dū illic per triginta dies iacuiſſet: ſancta maria virgo virginū illiꝰmiſerta apparuit cuidā clerico dicens ei talia. Cur ita egiſtis erga meū cancellariū: vt poneretis eū extra cemiteriū veſtrū. Cui interroganti quis eſſet ille eiꝰ cancellariꝰ: ſancta virgo dixit. Ille qui ante triginta dies a vobis extra cemiteriū eſt tumulatus. Nā mihi deuotiſſime ſeruiebat ⁊ coraꝫ meo altari me ſepiſſime ſalutabat. Citiꝰ ergo ite ⁊ corpꝰ eiꝰ de indecenti loco auferentes in atrio ponite Hec dū ille narraret cūcti vehemēter admirati ſunt: tumulūqꝫ eius aperuerūt ⁊ florem pulcherrimū in eius ore inuenerūt: ⁊ linguā eius itegrā ⁊ ſanā: ⁊ quaſi ad laudē dei paratam. Intellexerunt itaqꝫ cuncti qui aderant quia dei genitrici ex ſuo ore fecerat ſeruitiū quod ſibi fuiſſet placitū: ⁊ delato corpe eius ad cemiteriū cū dei laude illud decēter ſepelierūt. Quod nō ſolū pro illo: ſed etiā pro nobis ſanctā mariā feciſſe credimꝰ: quatenus ⁊ nos hec audiētes accendamur in dei ⁊ eiꝰ amore. I Exēplū aliud. Alter quoqꝫ clericus quidā in quodā loco cōmorabatur qui et ipſe deo et eius alme genitrici ſatis erat deuotꝰ: qͥ int̄ cetera actuum bonorum ſtudia quibus eideꝫ ſancte virgini placere curabat Hanc antiphonā in eius laudem mente deuota cantabat Gaude dei virgo genitrix immaculata: gaude que genuiſti eterni luminis claritatem: gaude que gaudiū ab angelo ſuſcepiſti. tu ſola mater innupta. te laudat omnis creatura: genitricem lucis: ſis pro nobis queſumus pia interuentrix. Hic ergo cum languore correptus ad extrema perueniſſet cepit anxiari et pauore magno perturbari. Cui apparens ſancta virgo Maria dixit ei.



Cur tanto timore trepidas: qui totiens mihi gaudiū annunciaſti. Ne paueas quoniaꝫ nihil mali patieris: ſed gaudij quod mihi ꝑanebas amodo particeps eris. Audiēs hec ille putabat ſe ſanitati reſtitutū: ⁊ dū ſe cum leticia erigere vellet: aīa eius a corpore egrediens petijt paradiſi gaudium. vbi ſicut promiſerat ei ſancta dei genitrix letabitur per eterna ſecula. Ergo penſandum eſt quantuꝫ debeat mente retineri que ſibi ſeruientibus non deſinit auxiliari.

¶ Expliciunt ſermones collecti ex diuerſis ſanctorum dictis ⁊ ex pluribus libris: qui intitulantur ſermones Diſcipuli. Quia ī iſtis ſermonibus non ſubtilia per modum magiſtri: ſed ſimplicia per modum diſcipuli conſcripſi ⁊ collegi: ſicut in principio huius libri ſalicet in primo ſermone in prima dominica aduētus premiſi. ⁊ ſi quid in preſentibus ſermonibus minꝰ bene poſui: in hoc me correctioni ſancte matris eccleſie ⁊ cuilibet charitatiuo correctori ſubycio ⁊ offero ad emendam. Amen.

# Sermones diſcipuli de ſanctis cum promptuario exẽplorũ et miraculis beate virginis.

Tabula ſermonū diſcipuli de ſanctis.

De quouis ſancto in cōi. Sermo ṗmus.
De ſancto andrea. ſermo. ij.
De eodem. ſermo. iij.
De ſancto Nicolao. ſermo. iiij.
De conceptione Marie. ſermo. v.
De ſancto thoma apl'o. ſermo. vi.
De ſancto Stephano ꝓthomartyre. ſer. vij
De ſancto iohā. euangeliſta. ſer. viij.
De innocentibus. ſer. ix.
De conuerſione ſancti pauli. ſer. x.
De purificatione Marie. ſer. xi.
De ſancto mathia. ſermo. xij.
De annūciatōe btē marie ꝟginis. ſer. xiij.
De paſſione dñi nr̄i ieſu xp̄i. ſer. xiiij.
De ſancto georgio. ſer. xv.
De btō marco euāgeliſta. ſer. xvi.
De diebus rogationū. ſer. xvij.
De ſancto petro de mediolano. ſer. xviij.
De ſancto philippo. ſermo. xix.
De ſancto iacobo. ſermo. xx.
De inuentione ſancte crucis. ſer. xxi.
De ſancto vito. ſermo. xxij.
De natiuitate ſcti iohis baptiſte. ſer. xxiij.
De ſctis petro ⁊ paulo apl'is. ſer. xxiiij.
De viſitatione beate marie virginis. ſer. xxv.
De ſancta margareta. ſermo. xxvi.
De ſancta maria magdalena. ſer. xxvij.
De ſancto iacobo apoſtolo. ſer. xxviij.
De ſancto petro ad vincula. ſermo. xxix.
De ſancto dominico. ſermo. xxx.
De ſancto laurentio. ſermo. xxxi.
De aſſumptione Marie. ſermo. xxxij.
De ſancto bartholomeo apl'o. ſer. xxxiij.
De natiuitate gl'ioſe ꝟgis marie. ſer. xxxiiij.
De exaltatione ſancte crucis. ſer. xxxv.
De ſancto matheo apoſtolo. ſer. xxxvi.
De angel' in die ſancti michaelis. ſ. xxxvij.
De ſctis ſymone ⁊ iuda apl'is. ſ. xxxviij.
De oībus ſanctis. ſer. xxxix. ⁊. xl.
De animabus. ſermo. xli.
De ſancto martino epō. ſer. xlij.
De ſancta elizabeth. ſermo. xliij.
De ſancta Katherina ꝟgine. ſermo. xliiij.

Deinde ſequunt' ſmões cōes diſcipl'i. ⁊ p̄rio
De dedicatione. ſermo. xlv.
De indulgentijs. ſermo. xlvi.
De nouo anno ſiue dedicatōe. ſer. xlvij.
De. xij. fructibꝰ miſſe, ſer. xlviij. ⁊ vltimus.



¶ Prologus in ſermones diſcipuli de ſanctis per circulū anni incipit.

Laudate dominū in ſanctis eius. p̄s. cl. Rogatus vt poſt collecturā ſermonū diſcipuli de tēpore aliquā collecturam facerē de ſctis ꝑ circulū anni: p̄bui aſſenſuʒ fraterna charitate ꝯuictꝰ: ⁊ ꝗuis a pluribus doctoribus ſolēnibꝰ p̄ſes cōpilati ſint ſermones pleniores in ſententijs ⁊ cultiores in verbis: tamē qꝛ ſimplicibꝰ p̄dicatoribꝰ qñq3 plꝰ placet ſtudere ⁊ predicare ſimplicia: ꝙ ꝓfunda. Idcirco de quolʒ ſancto vel ſanctis quoꝝ feſta mater eccleſia feſtiue celebrat intendo vnū ſmonem vel quandoq3 duos colligere ex diuerſis libus ⁊ ſcripturis doctoꝝ catholicoꝝ ad honorem ſancte et bn̄dicte trinitatis ⁊ glorioſe virginis marie matris dñi noſtri ieſu xp̄i: et beati dñici patris noſtri: diuidēdo eundē ſermonē cōiter in tres partes. Prima pars erit de dignitate et priuilegijs iſtius ſancti: vel iſtoꝝ ſanctoꝝ ⁊ ſanctarū. Secūda ps principalis erit ꝓ īformatōe hoim ſimpliciū: ⁊ ſpecialiter ad emēdationē ſue vite. Tertia pars erit de miraculis iſtiꝰ ſancti aut illoꝝ ſctōꝝ vel ſanctarū. Et qꝛ ſicut egregius doctor noſter ſanctus Thomas de aq̄no dicit ꝙ nulla actio ſit ꝑfecta ſiue meritoria: niſi fuerit per grām dei illuminata. Igit' ꝓ grā diuina impetrāda ad glorioſam ꝟginē dei genitricē recurramꝰ: ⁊ ad beatū dñicū patrē noſtrū: ſanctū quoq3 frāciſcū: ⁊ ad oēs ſanctos dei: vt ipi apud deū miam exorare dignētur: quatenus p̄ſens opuſculū dn̄s noſter ieſus xp̄us ad laudē ⁊ honorē ſuū dirigat ⁊ ad legentiū vtilitatē: ac oīʒ alioꝝ fideliū ꝯuertat: ⁊ mihi ad meritū ꝑuēire cōcedat. Qd nob̄ p̄ſtare dignet' dn̄s nr̄ ieſus xp̄s marie filius Amē.

¶ Primꝰ ſermo generalis de ſanctis.

Unde in principio ſermonū diſcipuli de ſanctis p̄mo intēdo cōmunē ſermonē ponere p̄dicabilē i quocūq3 feſto alicuiꝰ ſancti vel ſctōꝝ. In eodē cōi ſermone tria ſunt dicēda. Primo quare feſta ſanctoꝝ celebrantur ab eccleſia. Secūdo ponēde ſunt aliq̄ q̄ſtiones de veneratiōe ſanctorum. Tertio de imaginibꝰ ſanctoꝝ q̄ pingunt' vel ſculpūtur in eccleſia. Quantū ad primā partē illiꝰ ſermonis eſt ſciendū ꝙ feſta ſanctoꝝ triplici de cauſa celebrātur ab eccleſia. Prima cauſa ꝓpter honorē diuine maieſtatis: qꝛ deum ī ſanctis honoramꝰ qui eos ſanctificauit: ⁊ eternaliter in ſua gl'ia felicitauit. Olim enim deꝰ glorioſus in ſeipo ſolūmō honorabatur modo autē honorat' nō ſolū in ſeipo ſed etiam in oībꝰ ſctis ſuis cōiūctim vel diuiſiʒ q̄s ſic ſolēniter dignificauit in vita ⁊ in morte ⁊ poſt mortē: vt pʒ in diuerſis legēdis ſanctorum ⁊ ſanctarū. Scōa cauſa ē ꝓper dignitatem ſanctoꝝ: qꝛ ipſi ſunt amici dei. Joh. xv. Jam non dicā vos ſeruos: ſ3 amicos: quia q̄cūq3 audiui a patre meo nota feci vob̄. Etiā ſancti ſunt filij dei. Joh. i. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: et per cōſequēs ſunt heredes dei. Roman. viij. Si autē filij et heredes. Inſuper ſunt reges et regine. Unde de quolibet ſancto dicit' p̄s. xx. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Unde etiā Luce. xij. Nolite timere puſillus grex. quoniam cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū Et hoc pʒ: qꝛ iam poſſident regnum celorū et poſt reſurrectionē cum anima reunita fuerit corpori: tunc pariter poſſidebūt eterna regna. Juxta illud Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei poſſidete regnū quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Tertia cauſa eſt ꝓpter noſmetipſos. quia ieiunamus vigilias: ⁊ feſta ſanctoꝝ celebramꝰ: vt ipſi ſancti intercedant pro nobis ad dominū deuʒ. Similiter triplici de cauſa ieiunamus vigilias beate Marie virginis et aliorum ſanctorū. Prima cauſa eſt vt deuotio noſtra augeat'. quia per ieiunia efficimur aptiores vt feſtuʒ ſequens deuotius celebremus. Unde Joſue vij. Sanctificauit in craſtinum. Unde etiaʒ beatus Auguſtinꝰ. Jeiuniū purgat mentem ſubleuat ſenſuʒ: carnē ſpiritui ſubijcit cor cōtritum facit et humiliatum: quod deus non ſpernit. Secunda cauſa eſt vt mens noſtra exēplariter inſtruat': videlicet ſicut ipſi ſcti ꝑ tribulationes et paſſiones ſolum peruenire potuerunt ad hoc ꝙ per nos ſolēniter colantur in eccleſia: et ꝙ iam letantur et eternaliter regnāt cum xp̄o. ita et nos ad celeſtē patriā peruenire non poſſumus niſi per vigilias: labores et tribulatōes. Unde Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celoꝝ. Unde etiam Gregorius ſuper Ezech. Si dulcia q̄rimꝰ: neceſſe eſt vt amara toleremꝰ. Tertia cauſa eſt vt ipi ꝑ merita ⁊ preces eoꝝ impetrēt nob̄ vt ad eoꝝ ſocietatē ꝑuenire valeamꝰ: et cum eis felicit' ⁊

eternaliter regnare. Quantū ad ſecundā par
tem illiꝰ ſmonis querit an nr̄as orōnes poſ⸗
ſumꝰ ad ſanctos dirigere: rogando eos vt o⸗
rent pro nobis. Rn̄detur ſm ſanctum Tho.
iiij. ſen. xv. di. ꝙ ſic. Nam illud quod orando
petimꝰ eſt beata vita vt dicit beatus Augu.
q̄ꝛ oīa illa q̄ petimꝰ nō petimꝰ niſi ſm ꝙ ad
beatā vitā ordinant. vitā aūt btām ſolus de
us hꝫ dare. ſancti vo pn̄t nobis cooꝑari ꝑ p̄⸗
ces ſuas et merita vt nobis detur. Oratō igi
tur ꝓprie ⁊ directe fit ad ſolū deū: a q̄ expe⸗
ctamꝰ qđ orādo petimꝰ. Fit ēt orō ad ſctōs vł
depcatio: vt eoꝝ p̄cibꝰ et meritis vitā beatā
obtineamꝰ. Igr̄ dr̄ Job. v. Ad aliquē ſancto
rum cōuertere. Ergo cū volumꝰ deū orare de
bemꝰ ad deū cōuerti vt orent ꝓ nobis. Item
ſciendū ꝙ ſolꝰ deꝰ adorandꝰ eſt tanq̄ largi⸗
tor oīm bonoꝝ. Un̄ ps. Miſerere mei deus
⁊c̄. Sꝫ ſancti adorandi ⁊ inuocandi ſunt tā⸗
q̄ꝫ mediatores et interceſſores nr̄i: vt nobis
a deo ip̄etrēt qđ petimꝰ aut qđ deſideramus
ꝗ dicimꝰ: ſancta Maria: ora ꝓ nobis. ſancte
petre: ora pro nobis. ⁊ ſic de alijs. Secūdo q̄⸗
ritur vtrū maior ſanctꝰ ſit plus honorandus
q̄ minor ſanctꝰ. Rn̄det ſm Thomā de aqui
no q̄uis ſuperiores ſancti ſint deo magis ac
cepti: vtile tn̄ ē qn̄q̄ʒ miores exorare ſanctos
Et hoc ꝓpter tria. Pͥo q̄ꝛ aliq̄s hō qn̄q̄ʒ hꝫ
maiorē deuotionē ad minorē ſctm̄ q̄ ad ma
iorem. Nam effectꝰ orōnis eſt maxime ex de
uotione. Secūdo ideo q̄ꝛ quibuſdā ſanctis ī
aliquibꝰ datꝰ eſt precipuus effectꝰ et cura. ſi
cut ſctō anthonio qui dr̄ liberare ab igne in
fernali ip̄m deuote inuocātes. Tertio vt om
nibus ſctīs exhibeat honor a nobis. Un̄ dic̄
beatus Tho. ꝙ aliqn̄ contingit orationē īfe
rioris ⁊ minoris ſancti efficaciorē eſſe q̄ꝫ ma
ioris. Tū q̄ꝛ deuotius imploꝛat. tum etiā q̄a
deꝰ ſanctitatem eius vult clarius declarare.
Tertio querit vtrū ſancti in celo cognoſcant
orōnes nr̄as. Rn̄r ſm Tho. ſancti in verbo
vidēt ⁊ cognoſcūt nr̄as orōnes. q̄ꝛ in vbo vi
dent q̄cq̄d pertinet ad gloriā et laudem eorū
Hec aūt pertinet ad gloriā eorū ꝙ orant ⁊ ꝙ
nos iuuare pn̄t. Et ſic cognoſcūt aliquas co⸗
gitatōes cordiū hūanoꝝ: et hoc in vbo. ſ. vo⸗
ta ⁊ deuotiones hoīm q̄ ad eorū auxiliū con
fugiunt vel aliquo alio modo quo deus vult
eis reuelare: ⁊ ſm ꝙ pōt et placet. Quarto q̄
ritur ex q̄ ſcti cognoſcūt orōnes nr̄as vtrum
ip̄i orēt ꝓ nob. Rn̄det ſm Bonauētu. ꝙ ſcti
orant ꝓ nob triplici de cā. Pͥo ꝓpt̄ noſtraꝫ
neceſſitatē, q̄ꝛ indigemꝰ ꝑ alios releuari. Se
cundo ꝓpter dei volūtatē: q̄ꝛ vult vt mēbra
ſpūalia mutuo ſe ament ⁊ iuuēt. Ipſi em̄ ſci
unt dei voluntatē ⁊ in oībꝰ eā implēt: ⁊ nos
eoꝝ ſumꝰ mēbra: ⁊ ideo ſolliciti ſunt nos ad
iuuare. Tertio ꝓpter charitatē ⁊ affectū ma
gnū quē hn̄t ad ſalutē nr̄am. Nunq̄ꝫ ei aliq̄
mr̄ intm̄ dilexit filiuꝫ ſuū ſicut ip̄i angeli et
ſcti in celo diligūt nos. Nec vnq̄ ꝑentes in
pn̄ti vita tā ardent affectabūt bonū ⁊ hono⸗
rē ſuis pueris ſicut ſctī in celo affectāt nobis
Quinto q̄ritur ex quo ſctī tam fidelit̄ orāt ꝓ
nobis an ſp a dn̄o ꝓ nob in ſuis petitōībus
exaudiant. Rn̄det ꝙ ſic: q̄ꝛ nō orant niſi pro
eis in q̄bꝰ ſe cognoſcūt velle ⁊ poſſe exaudiri
a deo: q̄ꝛ volūtas eoꝝ eſt ꝯformis voluntati
diuine: ſic ꝙ nūq̄ petūt nec q̄cq̄ꝫ faciūt qđ ſit
ꝯtra volūtatē dei. Ex q̄bꝰ iā dictis pꝫ error
illoꝝ q̄ diffinitiue credūt ⁊ firmit̄ tenēt ꝙ q̄
hoc ſeruitiū vel illud fecerit iſti ſancto vł hu
ic ꝙ ſibi h̄ faciat. ſ. ꝙ tꝑale aliqđ donet: vel
ꝙ ab iſta infirmitate vel tribulatione libere
tur. q̄ꝛ pōt eē ꝙ deꝰ vult ꝙ illo bono tꝑali ca
reas: vel ꝙ illā infirmitatē vel tribulationē
ſuſtineas ꝓ pctīs tuis ⁊ ꝓpt̄ ſalutē tuā. ⁊ ſic
ſancti nullo mō orant ꝓ te qđ ſit tibi impedi
mentuꝫ ſalutis tue. q̄ꝛ fortaſſis talis infirmi
tas aut pauptas eſt tibi cauſa ſalutis ⁊ p̄ſer
uat te a pctīs. Un̄ Hugo. lib. iij. de arra aīe.
Quoſdā deꝰ p̄ſciens multa peccare poſſe: fla
gellat eos infirmitate corpis: aut pauptate
vel alia q̄cūq̄ꝫ tribulatione ne peccēt: vt eis
vtilius ſit frangi languoribꝰ ad ſalutē q̄ꝫ re⸗
manere incolumes ad dānationē. Ergo cum
q̄s infirmat aut ꝑ pauptatē affligit: aut cuꝫ
puer alicuiꝰ infirmat: ⁊ cū inuocat ſanctos
dꝫ deo ⁊ ſctīs cōmittere ſi ſit ꝓ ſalute: vt ⁊ de
us illos ſctōs ⁊ ipꝫ exaudiat: q̄ꝛ fortaſſis in
firmitas ⁊ tribulatio eſt ſibi cā ſalut̄. Nam ſi
ſctūs paulꝰ ſtimulū carnis nō habuiſſet: nū
q̄ꝫ ſaluatꝰ fuiſſet. dicēte ſibi dn̄o. Paule ſuffi
cit tibi gr̄a mea. Uel q̄ꝛ fortaſſis talis deme
ruit ꝙ. ſ. puer ſuus infirmat. Nā tꝑalr̄ pueri
qn̄q̄ꝫ puniunt ꝓpt̄ pctā parentū: ſ; nō eternaꝫ
liter. Et de h̄ dr̄ in decre. Punit q̄s pro alio
a deo tꝑaliter: ſ; eternalit̄ nullꝰ. Aīa em̄ que
peccauerit ip̄a morietur. xxiiij. q. ſi habes. Sꝫ
tn̄ bona ⁊ firma ſpes ē habēda ad ſuffragia
ſctōꝝ ꝙ tibi hoc qđ poſtulas ab eis ip̄etret
a deo ⁊ bn̄ impetrare pn̄t a deo ſi ſaluti tue ꝓ
derit ⁊ diuine voluntati placuerit. Et ergo
ſm Tho. iij. pte. q. xxv. Arti. vi. Sanctos dei
in veneratione hr̄e debemus tanq̄ membra
xp̄i ⁊ dei filios ⁊ amicos ⁊ itercesſores nr̄os



⁊ ideo reliquias ⁊ corpa eoꝝ que fuerunt tē⸗
pla ⁊ organa ſpūſſancti in eis habitantis et
opantis deꝰ honorat in eoꝝ preſentia mi⸗
racula faciendo. Unde ſi q̄s ꝯtra eandē ſen⸗
tentiā crediderit: nō xp̄ianꝰ ſ; hereticꝰ eſt ha
bendus. Et ideo circa reliquias ſanctorū q̄⸗
ritur: vtrū reliquias ſctōꝝ liceat portare cir⸗
ca collum. Rn̄det ſm Tho. ij. ij. q. xcvi. Si re
liquie ſanctoꝝ portant ex fiducia dī ⁊ ſctōꝝ
quoꝝ ſunt reliquie nō eſt illicitū. Si aūt cir
ca hoc attenderet aliq̄d aliud vanū puta ꝙ
vas in quo ſunt eſſet triangulare ⁊ hmōi qđ
nō ꝑtinet ad honorē dei ſiue reuerentiā ſan⸗
ctoꝝ: ſic eſſet ſupſtitioſum ⁊ illicitū. Querit
ꝯſeq̄nter vtrū reliquie ſanctoꝝ poſſint furti
ue ſubtrahi vt honorabiliꝰ reponant. Rn̄de
tur ſm Guil. ꝙ nō: ⁊ rō eſt. Nam ſacrilegiuꝫ
eſt quotieſcūq̄ꝫ ſacrū de ſacro aufertur. xvij.
q. iiij. Quiſquis. Querit etiā vtrū liceat reli
quias ſanctoruꝫ emere vel vendere. Rn̄det
Ray. ꝙ nō q̄ꝛ ibi ſymonia cōmittit ⁊ iō nō
dꝫ fieri. Quantū ad tertiam ꝑtem illius ſer⸗
monis ſciendū ꝙ nō ſolum ſancti ⁊ reliquie
ſanctoꝝ ſunt honorāde: īmo etiam imagīes
ſanctoꝝ ſunt venerande. Un̄ ī decre. dr̄. Ima
gines ſanctoꝝ nō ſunt ꝯtēnende: ſ; veneran
de. de ꝯſecra. diſ. iij. Uenerabiles. Queritur
circa iſtā materiā vtrū ſine ydolatria poſſu⸗
mus imagines adorare ſanctoꝝ. Rn̄detur ꝙ
imago dupliciter pōt ꝯſiderari. Uno mō ꝓ⸗
ut eſt res quedā: puta lignū ſculptū vł pictū
⁊ ſic adoremꝰ imaginē nequaq̄: q̄ꝛ hoc eſſet
ydolatria. Alio mō ꝯſiderat vt ē ſignū alicu
ius rei. Et q̄ꝛ idē eſt motꝰ quo q̄s fert ī ima
ginē ⁊ in ip̄aꝫ rem inq̄ꝫtū eſt ſignū. Iō etiaꝫ
eſt eadē adoratio qua veneramur ip̄am ima
ginē ⁊ ip̄am rem cuiꝰ eſt imago. Un̄ ⁊ de hoc
hr̄ in decre. Non imaginū pictura eſt adorā⸗
da: ſ; res ꝑ ip̄am rep̄ſentata. de conſe. di. iij.
Uenerabiles. Ex iaꝫ dictis pꝫ ꝙ heretici iſti
errant q̄ imagines deſtruūt ⁊ dehoneſtant.
Nam a p̄ncipio xp̄ianitatis imagines fuerūt
inuente ⁊ picture. Un̄ ipſe xp̄s ſaluator no⸗
ſter ꝓ ſalute nr̄a iturus in mortē imp̄ſſit fa
ciem ſuā in vnū pannū q̄ vocat pannꝰ vero⸗
nice. ⁊ ſctūs Lucas euāgeliſta ſculpſit ima⸗
ginē crucifixi ⁊ vginis glͦioſe q̄ adhuc in ho
diernū diem hr̄ Rome. q̄ꝛ imagines ſctōruꝫ
⁊ picture ſunt libri laicorū ⁊ ſcripture vt hr̄
de ꝯſe. di. iij. perlatū. Ergo bonū eſt ⁊ ſalubre
hr̄e imaginē crucifixi aut etiā btē marie vgi
nis ac alioꝝ ſctōꝝ in domibus ꝓprijs vel in
ſtupha aut ī camera: aut circa lectū vt ex hoc
hō reuocet ad memoriā dn̄m nr̄m iħm xp̄m
⁊ btām virginē ⁊ alios ſanctos qn̄ videt cuꝫ
deuotiōe imagines ip̄oꝝ. Sꝫ oppoſitū faci⸗
unt q̄ depingunt ſibi in domibꝰ corizātes: bi
bulos ⁊ venatores cuꝫ auibus ⁊ cū canibus
⁊ hmōi vanitatibꝰ: ⁊ in hoc oñdunt ſe plꝰ in⸗
clinatos eſſe ad mundū q̄ ad deū. q̄ꝛ qđ hō
diligit hoc libent̄ videt: ⁊ de h̄ libent̄ loquit
⁊ audit. Un̄. i. Joh. iiij. Ipſi de mūdo ſunt: ⁊
iō de mūdo loquunt. Et. i. Joh. ij. Nolite di
ligere mūdū neq̄ꝫ ea q̄ in mūdo ſunt. Si q̄s
diligit mūdū nō eſt charitas pr̄is in eo. Ro⸗
gemꝰ igr̄ oīpotētē deū vt ꝑ merita ſctōꝝ ſuo
rū largiat nob remiſſionē pctōꝝ nr̄orum.

De ſancto andrea. Sermo ſecūdus.

**Venite poſt me faciā vos** fieri piſcatores hoīm. Uerba iſta originalr̄ ſcribuntur. Math. iiij. Mar. i. ⁊ Lu. v. Recitatiue in p̄⸗
ſentis feſtiuitatis btī andree apł̄i euāgelio
Sup q̄ vba in pn̄ti ſmone tria ſunt dicenda
Pͥmo de dignitate ⁊ priuilegijs ſancti an⸗
dree apł̄i. Secūdo ſpāliter aliq̄ ſunt dicēda
ꝓ informatōe ſimpliciū. Tertio ⁊ vltimo mi
racula quedā de ſctō Andrea apł̄o an̄ ip̄ius
mortē ⁊ poſt mortē. Quantū ad p̄mū ſcien⸗
dū ꝙ xp̄s multiplicit̄ priuilegiauit beatum
andreā apł̄m. Pͥo fecit eū primiceriū ſuuꝫ
qn̄ eū an̄ ceteros apł̄os ad ſe vocauit: ⁊ h̄ in
pͥma vocatiōe. de qua hr̄ Joh. i. Sed q̄rit
quis adduxit andreā ad xp̄m. Rn̄det ꝙ ſan
ctus Johānes baptiſta qn̄ dixit ad duos di⸗
ſcipulos ſuos quoꝝ vnus erat ip̄e andreas.
Ecce agnus dei ecce q̄ tollit pctā mūdi. Que
quidē teſtificatio fuit cā cōuerſionis ⁊ ſalu⸗
tis in btō andrea. q̄ꝛ mox xp̄m ſecutꝰ ē. Ex q̄
pꝫ q̄ꝫtum valet bonā ſocietatē habere: verba
dei libenter audire. Multum em̄ valuit btō
andree hr̄e ſocietatē cū iohāne baptiſta: q̄a
per eū meruit xp̄m inuenire. Eccl̄i. xxxvij. Cū
viro ſctō aſſiduꝰ eſto: quēcunq̄ꝫ noueris hr̄e
timorē dn̄i. Sicut em̄ carbo mortuus cū vi
uis poſitus accendit: ſic pctōr ex bonoꝝ con
uerſatione ⁊ ſocietate ad dei amorē inflāma
tur. Un̄ dr̄ in ps. xvij. Cum ſctō ſctūs eris: et
cum ꝑuerſo peruerteris. Multū etiā valuit
andree verbū dei a Johāne audire. q̄ꝛ fuit oc
caſio ſalut̄ ſue. Un̄ in ps. cvi. Miſit verbum
ſuū ⁊ ſanauit eos. Johānes igitur exemplo
ſuo ⁊ doctrina ſua btm̄ andream ad xp̄m du
xit: tanq̄ precurſor ad regem. Johānes enīꝫ
erat precurſor xp̄i. Lu. i. Preibis ante facieꝫ

dñi pare vias eiꝰ. Xp̄s aūt erat rex. Apoc. xix Rex regum ⁊ dñs dominantiū: cuiꝰ regnum nō hꝫ finem. Item Lu. i. Et regni eiꝰ nō erit finis. Scd̄a dignitas bti andree eſt ꝙ frēm ſuū petrū pncipē apl'oꝝ ad xp̄m duxit ⁊ vocauit eū ad ip̄m. O q̄tū tenet petrꝰ andreā diligere ꝑ quē meruit ieſuꝫ inuenire. O q̄ti meriti vir iſte erat apud deū q pncipē apl'orū cōuertere meruit ⁊ ip̄m ad ieſuꝫ perduxit. Tertia dignitas eſt ꝙ xp̄s fecit eū ſuū legatum in q̄tū eū fecit ſuū p̄dicatorē. ij. Cor. v. Pro xp̄o legatione fungimur. Fuit aūt p̄dicatio andree multū cōformis p̄dicationi xp̄i Habuit em̄ xp̄s in ſua p̄dicatione ſapiētiam ad Col'. ij. In quo ſunt oēs theſauri ſapientie ⁊ ſcīe abſcōditi. Sic andreas in ſua predicatōe habuit ſapientiā: vt pꝫ in miſterio crucis: qd̄ tam ſapient expoſuit dicēs. O bona crux, diu deſiderata ⁊ ꝯcupiſcēti aīo p̄parata ſuſcipe me diſcipulū eiꝰ q pependit in te: ⁊ redde me magiſtro meo. Itē xp̄s habuit eloquētiā. Joh. vij. Nunq̄ ſic locutꝰ eſt hō ſicut hic loq̄tur: ſic ⁊ andreas habuit eloquentiā. De his duobꝰ dr̄ Lu. xxi. Ego em̄ dabo vobis os ⁊ ſapiam. Itē xp̄us hūit ſctām vitā; q̄ illa q̄ predicabat ſp̄ prius faciebat. Act. i. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Sic ⁊ btūs andreas habuit ſctām vitam. Vñ de eo cauit in diuino officio. Vir iſte in pp̄lo ſuo mitiſſimꝰ appꝰuit ſctitate ⁊ grā plenꝰ. Itē ſicut xp̄s habuit finalē pſeuerantiā: ⁊ vſq̄ ad mortē a p̄dicatione nō deſtitit: imo in cruce pēdens ſepteꝫ vba valde īformatiua ꝓtulit. Sic ⁊ btūs andreas nec in vita nec in morte a p̄dicatione ceſſauit. Vñ de eo canit. Biduo viuēs pendebat in cruce ꝓ xp̄i noīe btūs andreas ⁊ docebat pp̄lm dei. Nam legit de eo ꝙ q̄ſi viginti milia hoīm circūſteterūt eū q̄n in cruce pendebat: ⁊ verbū dei ab ip̄o audierūt ⁊ receperunt. Et hoc eſt qd̄ xp̄s dixit q̄n illos q̄ttuor vocauit apl'os: vt pꝫ in euangelio hodierno: dicēs. Venite pꝰ me: faciā vos fieri piſcatores hoīm. Ubi ſciendū ꝙ p̄mitiui p̄dicatores erāt piſcatores. Quia ſicut piſcator vno tactu rhetis magnā mltitudinē piſciū capit ſic in vna p̄dicatiōe btūs petrꝰ apl's tria milia iudeoꝝ ꝯuertit ad xp̄m. vt hr̄ Actu. ij. Et btūs andreas totā ꝓuinciā achaiam ⁊ etiaꝫ mirmidones eccl'ijs ⁊ xp̄i fidelibꝰ repleuit. Sꝫ moderni p̄dicatores ſunt venatores: q̄a vix cū magnis laboribꝰ ⁊ clamoribꝰ pn̄t comprehendere vnā aīam: q̄ſi venator vnā feraꝫ Jere. xvi. Ecce ego mittā piſcatores multos ⁊ piſcabunt eos: ⁊ poſt hec multos mittam eis venatores ⁊ venabunt eos. Item ſciendū ꝙ diabolꝰ illis tꝑibus eſt q̄ſi videmiator xp̄s aūt q̄ſi racemoꝝ collector. Michee. vij. Ve mihi q̄ factꝰ ſum ſicut ille q in autūno colligit racemos. Quarta dignitas ē ꝙ xp̄s ei dedit iudiciariā p̄tātē cū ceteris apl'is ſuis Vñ Math. xix. Sedebitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes duodecī iudicātes duodecī tribꝰ iſrael. Quinta dignitas eiꝰ eſt: q̄ ſil'is fuit xp̄o in paſſione. Nam xp̄s crucifixus eſt: ſic ⁊ beatꝰ andreas in cruce mortuꝰ eſt. Sed in hoc diſſimilis fuit: q̄ xp̄s erectꝰ fuit crucifixus: btūs petrꝰ deorſum: btūs andreas vero ꝑ tranſuerſum Item xp̄us ſpōte ſuſtinuit crucē. Eſaie. liij. Oblatꝰ eſt q̄ ip̄e voluit ⁊ pctā nr̄a portauit Et btūs andreas videns crucē ſibi paratam dixit. Securꝰ ⁊ gaudens venio ad te, amator tuus ſp̄ fui, ⁊ ſp̄ deſideraui amplecti te. Iteꝫ xp̄s de cruce deſcendere noluit. Unde iudeis dicentibꝰ Math. xxvij. Si filiꝰ dei es deſcēde nūc de cruce. acq̄eſcere recuſauit. Similit dū egeas andreā de cruce deponere vellet: dicebat. Scias q̄ ego viuus de cruce nō deſcēdam. Jam em̄ video regē meū xp̄m q me expectat. Vñ ⁊ xp̄m in cruce exorauit ne ip̄ꝫ de cruce viuū deponi ꝑmitteret. Item xp̄s per crucē ad gloriā ſuā ꝑuenit. Lu. xxiiij. Oportebat xp̄m pati ⁊ ita in gl'am ſuā intrare. Similiter btūs andreas crucē ſalutādo ait. Accipe me ab hoībꝰ ⁊ redde me magiſtro meo ieſu xp̄o. Sexta dignitas eiꝰ eſt ꝙ corpꝰ eius in ſepulchro miraculoꝝ gl'ia illuſtrauit. Vñ ⁊ mānā in modū farine ⁊ oleū cū odore ſuauiſſimo ꝯſueuit de eiꝰ ſepulchro manare. Septima dignitas eiꝰ eſt ꝙ feſtū ipſiꝰ hodie ꝑ totū mūdū celebrat: ⁊ ip̄e ab oībꝰ xp̄i fidelibus veneratur tanq̄ ſingularis patronꝰ: q̄ oibus pōt ſubuenire. qd̄ pꝫ in multis miraculis Require in eiꝰ legenda. Octaua dignitas eſt ꝙ in q̄libꝫ miſſa ꝑ totū mūdū nomē ip̄iꝰ bis in canone nomiat. ſ. ante eleuationē corꝑis xp̄i ⁊ poſt. Nona dignitas eiꝰ eſt ꝙ ip̄e quartū articulū fidei cōpoſuit. Vñ ſciendū ꝙ in ſymbolo apoſtolorū ſunt duodeci articuli fidei ſm̄ numeruꝫ duodecim apoſtoloꝝ a quibus cōpoſitū eſt. Nā duodecim apoſtoli congregati deſcripſerūt duodeci articulos fidei Et hoc in p̄mo cōſilio. de quo habet Act. xv. Et quartū articulum ſm̄ magiſtrum Henricum de haſſia compoſuit beatꝰ andreas. ſcꝫ paſſus ſub pontio pilato: crucifixꝰ mortuꝰ ⁊ ſepultꝰ. Qui quideꝫ articulꝰ neceſſariꝰ eſt ad



ſalutem noſtram. Nam ſicut debemus credere incarnationē filij: ita neceſſarium eſt credere paſſionē et mortē eius. q̄ ſm̄ btm̄ Gre. Nihil naſci nobis ꝓfuiſſet ſi redimi nō ꝓfuiſſet. Item ſciendū ꝙ pontiꝰ eſt cognomē ab inſula ponti nominatū. ſed Pilatꝰ eſt ꝓpriū nomē: et erat gentilis et indignꝰ pane: quia ſm̄ Aug. Petōr nō eſt dignꝰ pane quo veſcit A quo pilato xp̄s ad mortē ſententiatus eſt ⁊ iudicatꝰ. Item ſciendū ꝙ ſm̄ Vincentium in ſpeculo hyſtoriali. Pilatus accuſatꝰ eſt in multis Vitellio preſidi ſyrie: ⁊ pro his miſſus eſt in exiliū: vbi multas ſuſtinēs calamitates ſeip̄m manu ꝓpria interfecit.

¶De eodem Sermo. iij.

in ps. lxxvij. Obliti ſunt bn̄factorū eius. Et hec eſt magna ingratitudo ⁊ ↄ rōnem humanam obliuiſci ⁊ nō regratiari bn̄factoribus. vñ Ariſto. in ethi. Oportet regratiari ei qui grām fecit. Sꝫ defunctꝗ alit̄ regratiari nō poſſum⁹. Scđo defuncti cōquerunt̄ de pueris ⁊ cognatis ſuis q̄ hic bona eoꝝ poſſidēt ⁊ ipīs nō ſubueniūt: ⁊ tales infidelit̄ agūt: q2 ſi q̄s nō ſubueniret amico ſuo quē in igne videret puniri infideliter ageret. Ecce aīa pr̄is tui ⁊ aīa matris tue: ⁊ etiā mariti tui: aut fratris ⁊ ſororis vel alteri⁹ cognati tui pn̄t adhuc eſſe in purgatorio in penis: ⁊ tu potes eis ſubuenire: ⁊ quare nō ſubuenis eis. audi q̄d aīe clamant. Miſeremini mei miſeremini mei. Et ſūt due cauſe q̄re bis dr̄: miſeremini mei Pria eſt q̄ſi dicerent: q2 eſtis in mūdo vbi eſt mīa. ps. cxviij. Miſericordia dn̄i plena ē terra. Secūda q2 nos aīe in purgatorio ſumus in miſeria ⁊ pauꝑtate: ⁊ ita pauperes ſum⁹ ſi totus mūdus daretur nobis ꝓ vno obolo nō haberem⁹: nec habemus ampli⁹ corꝑa noſtra vt poſſemus ieiunare meritorie: nec habem⁹ res tꝑales vt poſſem⁹ elemoſynas dare: nec aliq̄ modo poſſum⁹ nobiſipſis ſubuēire: ꝫ miſeremini nr̄i vos amici nr̄i: q̄ſi dicerēt Alieni nolūt nobis miſereri. vñ tu vxor mea tu fili mi: tu filia mea: tu q̄ es ↄſanguineus me⁹ vos q̄ poſſidetꝗ hereditatē nr̄am ⁊ ꝓpt̄ vos in purgatorium poſiti ſumus ꝓpt̄ peccata veſtra. Et ſi quis quereret: que eſt cauſa quare tui debeo miſereri. Tūc aīa illa rñdet: q2 manus dn̄i tetigit me: ⁊ q̄re me ꝑſeq̄mini ſicut deus: q̄ſi dicat. deus punit cū ſua iuſticia: penā mihi infligendo. ⁊ vos amici ꝑuitꝗ in pena me relinquēdo: ⁊ carnibus meis ſaturamini. i. meis tꝑalib⁹ diuitijs. q. d. iniuſtū eſt ꝙ vos amici in penis me relinq̄tis: q2 vobis oē cōmodū tꝑale preꝑaui: ⁊ aīam meam ſepe neglexi. Et iſta iam dicta iſti pueri ⁊ cōſanguinei nō attendūt q̄ de bonis parentū ⁊ ↄſanguineoꝝ pulchras veſtes ⁊ equos pulchros emunt: ⁊ domos magnas edificāt ⁊ in gula ⁊ in ſuꝑbia ⁊ in luxuria ⁊ in ludo taxilloꝝ oīa illa bona ↄſumunt. Silr̄ vxor que alium maritū duxit: ⁊ breuiter oēs hoīes q̄ hereditant bona defunctoꝝ tenent̄ ſubuenire ipſis a q̄bus hn̄t illa bona. Qđ ſi nō fecerint tūc ipſe anime cōquerunt̄ de ipſis. Tertio cōquerūtur de teſtatorib⁹ q̄ nō expediūt teſtamēta ipīs cōmiſſa: ſꝫ ꝓlongant ⁊ ꝓtrabunt de die in diem. Et hoc eſt cōtra charitatē ⁊ fidelitatē, q2 ſm̄ Tho. de aq̄no: aīe carēt interim ſubleuamine qđ eis deberet fieri de illo teſtamēto ſi debito tꝑe expeditū fuiſſet. Uñ in decre. Multū deliq̄ūt q̄ differūt erogare qui mortuis teſtm̄. xiij. q. ij. qui oblatōes. De talibus q̄ defraudāt aīas dr̄ in decre. Debita ſuffragia ꝓ mortuis nō reddētes fures ſūt ⁊ ſacrilegi ⁊ excōicandi. xiij. q. ij. q̄ oblatiōes Quarto conq̄runt̄ de ſacerdotib⁹ ⁊ religioſiſ ⁊ pauꝑib⁹ q̄ elemoſynas defunctoꝝ recipiūt ⁊ ꝓ ipſis nō fidelit̄ orant. Silr̄ ſacerdotes q̄ hn̄t ꝑbendas ⁊ altaria. Silr̄ religioſi q̄ poſſident monaſteria cū bonis appropriatꝗ ipſis monaſterijs ⁊ nō fideliter orant ꝓ illis aīabus a q̄b⁹ h̄ hn̄t: nā oēs hoīes q̄ de elemoſynis viuūt: magis dn̄t eſſe deuoti ⁊ orōnibus aſſidui. Qui nō ſolū dn̄t orare ꝓ ſeipīs: ſꝫ etiam ꝓ viuis ⁊ defunctis quoꝝ elemoſynis ſuſtētant̄. Uñ in decre. dr̄. Receptores elemoſynarū plus dn̄t orare. x. q. i. q2 ſacerdos. nec aliq̄s qui de labore poſſet ſe nutrire debꝫ elemoſynas recipere: ſꝫ debiles ⁊ infirmi: pauperes: ⁊ claudi. Uñ potentib⁹ ad laborandū minime danda eſt elemoſyna. Ultimo ſciendū eſt: ꝙ hodierna die multe aīe defunctoꝝ per ſuffragia oīm chriſtifideliū liberate ſūt a purgatorio. Et hoc oñſum eſt ꝙ in vna die. xv. milia aīaꝝ liberate ſunt a purgatorio: q̄re h̄ in ꝓmptu. P. xciiij. Etiā vxor liberauit aīam mariti ſui a purgatorio. ibidē. P. c. Etiā mr̄ q̄ incōſolabilit̄ fleuit ſuꝑ filiū ſuū defunctū ibidē. P. xcvij. Etiā mr̄ q̄ in q̄nq₃ annis liberauit aīam filij ſui. ibidē. P. xcviij. Etiā pueri dn̄t parētib⁹ ſubuenire. ibidē. P. xcix.

De ſancto martino epō. Ser. xlij.

## Ecce ſacerdos magnus

e qui in dieb⁹ ſuis placuit deo ⁊ inuentus eſt iuſt⁹. Eccl'a. xliiij. Iſte ſacerdos magn⁹ fuit ſctūs martinus qui nō ſolū placuit deo: ſꝫ etiā oīb⁹ ſcīs ⁊ angelis in celo ⁊ oīb⁹ bonis hoībus in mūdo. Uñ in pn̄ti ſermone ad honorē ſcti martini tria ſunt dicēda. Prīo ꝑuilegia ſcti martini. Secūdo aliq̄ pro informatiōe nr̄a. Tertio aliqua miracula ꝓ conſolatione noſtra.

Quantū ad primū ſciendū ꝙ ſctūs martinus habet nouem priuilegia. Primum q̄ in iuuentute incepit dn̄o ſeruire: ⁊ ſua₃ baptiſmalem innocentiā omnibus diebus vite ſue ſeruauit ⁊ nunq₃ mortaliter peccauit. Unde legit̄ ꝙ cum eſſet decem annorū inuitis parentibus gentilib⁹ ad eccl'iam confugit: ⁊ ſe fieri cathecuminū poſtulauit. Etia₃ cū eſſet

Ri.emitoꝝ heremū concupiuit: feciſſetqꝫ votum ſi carnis infirmitas nō obſtetiſſet. Etiā ob amorem ieſu chriſti a iuuentute ſua parētes deſeruit: ſeculū ꝯtempſit: ⁊ militiaꝫ reſignauit. Mat. x. Qui amat prēm aut mrēm ſup me: nō eſt me dignꝰ. Scōm priuilegium qꝛ pauperibꝰ multū miſericors fuit: qꝛ de eo legiť ꝙ nihil de ſtipēdijs ꝑter quotidianuꝫ victum reſeruās de craſtino nō cogitabat. i. Thi. vi. Habentes alimēta ⁊ qbus tegamur his ꝯtenti ſimus. Et illa mia hꝫ tres gradꝰ. Primus gradus eſt dare ꝑtem de ſupfluis ⁊ partē retinere. Lu. xi. Qđ ſupeſt date elemoſynam. Secūdus eſt dare oīa ſupflua ⁊ retinere neceſſaria. Tertiꝰ eſt dare neceſſaria ſicut illa vidua đ qua dr̄ Lu. xxi. Que in gazophilacio totū victū poſuit: ⁊ hic eſt ſummus gradus. Btūs aūt martinus nō tm̄ habuit p̄mū ⁊ ſcōm gradū liberalitatis: ſ ⁊ tertiū: qꝛ ea que erant ſibi neceſſaria largitus eſt. ſicut qñ partē clamidis pauperi tribuit ⁊ diuiſit: ⁊ hoc tm̄ placuit xp̄o: ꝙ ipm̄ in p̄ntia angeloꝝ ⁊ ſctoꝝ cōmendauit: dicēs. Martinꝰ adhuc cathecuminus hac me veſte cōtexit. Uñ de eo legitur ꝙ in vna feſtiuitate magna qñ erat eps volens ire ad eccl'iam ⁊ ſacrū officium ꝑagere: qdā paupꝑ nudus ſecutꝰ eſt eum. Tunc btūs martinꝰ ꝑcepit archidiacono ſuo vt veſtiret illū pauperē. Sꝫ cū ille diſtuliſſꝫ: btūs martinꝰ ingreſſus ē locū ſecretū: ⁊ tunicā pauperi tribuit: ⁊ cōtinuo eū abire iuſſit. Archidiaconus vō iuſſit ⁊ monuit btm̄ martinū vt ad ſolēnia miſſaꝝ ꝓcederet: ⁊ cernēs ꝙ tunicā pauperi dediſſet: cōpulſus ad forū cucurrit ⁊ vilē veſtē ꝓ ſex denarijs emit ⁊ añ pedes ſcti martini ꝓiecit. Ita btūs martinꝰ illā īduit: cuiꝰ manice ad cubitū longitudo ad genua extēdit. Cū aūt miſſam celebraret ⁊ manibus corpꝰ xp̄i leuaret tūc ambe manice de brachijs ceciderūt: ⁊ nuda brachia apparuerūt: ſtatim cūctis cernentibꝰ angeli brachia cooperuerūt. Tertiū priuile. qꝛ v̄ginitatē ſuā ſeruauit. Uñ de eo canitur. Corpore q̄ de v̄gineo. Etiā patuit poſt mortē ſuā: q̄a caro ſua vt nix lucebat. Quartū qꝛ magnā humilitatē ſeruauit. Nā cum eēt tribuni filius qui preeſt multis vno ſeruo erat cōtentus: q̄ vna ſecū cibū capiebat ſibi ſepe miniſtrabat ſibi ſepe calciamēta detergebat atqꝫ d̄trahebat: ſequens veſtigia xp̄i q̄ dixit. Math. xx. Filius hoīs nō venit miniſtrari: ſ miniſtrare. Uñ dr̄ ꝙ ex hūilitate nulla vnq̄ cathedra vſus eſt: ſ ſedebat in ſede ruſticana quā tripedem vocant. Itē fuit multe humilitatis: Nā leproſum quendā cūctis horribilē pariſius obuiā hn̄s ipm̄ obſculatꝰ eſt atqꝫ bndixit ⁊ ſtatim mūdatꝰ eſt. Quintū qꝛ artā ⁊ ſctāꝫ vitā duxit in cibo: potu: veſtitu: ⁊ lecto. In cibo qꝛ in monaſterio ſuo cū frībus ſuis radices herbarū ⁊ aquā bibebāt: nec vllus vinuꝫ guſtabat: niſi in infirmitate: ⁊ q̄ſi q̄tidie ieiunabāt: groſſum panē hora nona comedebāt In veſtitu qꝛ die ac nocte ciliciū deferebat. In lecto: qꝛ ſup lectum cinere ſparſum dormiebat. Uñ cū egrotaſſet vſqꝫ ad mortē ⁊ diſcipuli ſui ſibi lectū ꝑparauerūt: ille iuſſit euꝫ deijcere: ⁊ ſe ſup terrā iuſſit deponi. Etiā habuit magnā deuotionē in oroe. Uñ de eo dr̄ Oculis ac manibus in celū ſp̄ intentus inuictum ab oratione ſpm̄ nō relaxabat. Sextuꝫ qꝛ magnā miām habuit ſup pctōres: qꝛ nullum pctōrem quātūcūqꝫ magnū reſpuit. Uñ cum diabolus btm̄ martinū reprehenderet ꝙ ſic frequēter ⁊ indifferēter pctōres ad miſericordiam ⁊ pniam reciperet. rn̄dit beatus martinus diabolo. Si tuipſe o miſerabilis ab hoīm infeſtatiōe deſiſteres: ⁊ factoꝝ tuorum peniteres: ego tibi confiſus in dn̄o xp̄i miām pollicerer. Etiaꝫ nemo vidit vnqꝫ beatum martinum iratum niſi pax ⁊ mia inerāt cordi eius. Septimuꝫ: qꝛ in vita ſua placuit deo ⁊ oībus ſanctis eius ⁊ angelis. Fuit aūt dilectus a patre cuius ſignū eſt: qꝛ tantā potentiam miraculoꝝ habuit: pr̄i quideꝫ attribuitur potentia ⁊ miracula facere: magne ei potentie eſt ſicut in fine ſermonis pꝫ in miraculis que fecit. Fuit dilectus a filio: cuius ſignū: qꝛ ipm̄ cōmendauit coram angelis dicens. Martinus adhuc ⁊c. Fuit dilectus a ſpūſancto cuiꝰ ſignū eſt: qꝛ in ſpē ignis ſup caput eiꝰ apparuit. Fuit dilectꝰ a btā virgine: cuius ſignū eſt: qꝛ ſepe eum cuꝫ alijs virginibus viſitauit. Unde legiť ꝙ cū ipſe i cella ſolus eēt ⁊ loqui cū pluribꝰ audiretur a diſcipulis: interrogatꝰ ab eis rn̄dit. Maria et agnes ⁊ tecla ad me venerūt ⁊ ſepiꝰ me viſitauerūt. Fuit dilectꝰ ab angel': cuiꝰ ſignū eſt qꝛ in vita ſua ſibi celebranti aſtiterūt: ⁊ ad eius obitū cōuenerūt: ⁊ aīam eiꝰ in celū deduxerūt Octauū quia dignitatem ⁊ partē habet cuꝫ omnibus ſanctis noui teſtamēti. Primo cū apoſtolis: qꝛ ſpūſſanctus ſup eū ſicut ſuper apl'os in ſpecie ignis deſcēdit. Uñ hr̄ de eo ꝙ cū ꝓ vniuerſo grege ſibi cōmiſſo dep̄caret globꝰ igneꝰ apparuit ſup caput eiꝰ. Itē cum martyribꝰ: fuit eñi martyr: ſi non actu: tn̄ vo



luntate. Uñ Hylarius. O martine medicamētum ⁊ medice. o ſanctiſſima aīa: quā et ſi gladius ꝑſecutoris non abſtulit: palmā tn̄ martyrij nō amiſit. Fuit cōfeſſor: qꝛ chriſtū corde ore: ⁊ opere cōfeſſus ē. Fuit ⁊ virgo qꝛ integritatē corpis ⁊ mētis ſeruauit. Nonū qꝛ ꝑ totū mūdū hodie eiꝰ feſtū ſolēniť celebrať et nullius confeſſoris ꝑterqꝫ ſancti nicolai: qꝛ inter oēs confeſſores feſta iſtoꝝ. ſ. martini ⁊ nicolai celebrātur vniuerſaliť. Quis particulariť in aliquibꝰ ꝓuincijs feſta aliquoꝝ ſanctoꝝ celebrātur: ſicut feſtū beati arbogaſti ē in dioceſi argētinēſi. ⁊ ſancti vdalrici in auguſtenſi. lamberti leodiēſi. ſeuerini colonienſi. Quātū ad ſcđam ꝑtē iſtiꝰ ſermonis ſciendū ex quo ſanctꝰ martinꝰ noiať gemma ſacerdotū: tūc ꝓ noſtra informatione dicēduꝫ eſt hic de dignitate ſacerdotū: ⁊ q̄re ab oībꝰ hoībꝰ honorandi ſūt. Ubi notādū ꝙ ſacerdotes merito honorādi ſunt ꝓpter dignitates quas habent a deo. Nam ſacerdos aliq̄ modo eſt ſimilis virgini marie. Primo ſicut virgo maria ꝑ quinqꝫ v̄ba ꝯcepit ieſum chriſtū vt habeť Luc. i. Fiat mihi ſm̄ v̄bū tuū. Sic ſacerdos ꝑ q̄nqꝫ v̄ba cōficit corpꝰ chriſti. Uñ Bern̄. O venerāda dignitas ſacerdotū: i quorū manibꝰ tanq̄ꝫ in vtero v̄ginis dei filiꝰ incarnať. Etiā ſicut btā virgo poſt partū xp̄m portauit in manibꝰ ⁊ in ꝑſepe collocauit: ſic ſacerdos poſt ꝯſecrationē leuat xp̄m in miſſa. Et talis eleuatō ſignat eleuationē chriſti in cruce. Et poſtmodū locat et portat chriſtū ꝑ plateas ⁊ villas ad infirmos: et tractat eū cū manibꝰ ſuis: ſicut euꝫ btā virgo tractauit cū maternis manibꝰ ſuis. Etiā ſciendū ꝙ dignitas ſacerdotū aliquo modo ꝓcellit dignitatē angeloꝝ. qꝛ nulli angeloꝝ data eſt ptās cōficiēdi corpꝰ chriſti. Unde minor ſacerdos in terris poteſt hoc qđ ſummꝰ angelus non poteſt in cel'. Aug. Cōſecratōe facta tota celeſtis curia ſibi ſeruit: et dominꝰ celi ad eum deſcendit. Unde Ambroſius ſuper Lucam. Non dubites aſſiſtere angelos quando chriſtus aſſiſtit in altari. Unde ſacerdotes ſunt honorandi pre omnibus regibus: p̄cipibꝰ: militibus: et nobilibꝰ: qꝛ xp̄s dedit eis poteſtatem ligādi et ſoluēdi. Math. xviij. Quecūqꝫ ligaueritis ſup terrā ⁊c. Unde in decret. diciť. Sacerdos in ꝑſona dei eſt honorādus Ergo ſacerdotes ⁊ clerici debent eſſe cōtinētes et caſti: nec oīno mulieribus cohabitare: ſm̄ ꝙ eis precipitur extra de cohabi. cleri. et mulie. c. a nobis. Uñ ſciēdū ꝙ ſacerdos fornicariꝰ vel exiſtens in quocūqꝫ pctō mortali nōdū vere ꝯtritꝰ: nec dignā agēs pniam vt opꝫ quotiēs actū alicuiꝰ ordis facit: peccat mortaliť: vt qui baptizat vel abſoluit ꝯfitētes: vel ſacrm̄ eucharíſtie vel extremevnctionis ꝓbet: aut p̄dicat aut mr̄imonium ſolēnizat: vel aquā ⁊ ſalē in dn̄ica exorcizat: aut populū aſꝑgit: vel qđ magis his oībus ē q̄tiēs miſſam celebrat: in oībꝰ iſtis ⁊ in alijs actibꝰ q̄ ſacris ordinibꝰ ſunt annexi: ⁊ in quoꝫ iporū ſingulariť exercēdo mortaliť peccat: et totiēs q̄tiēs aliquē actū vt miniſter eccl'e exeq̄tur ⁊ exercet: ſicut ex dictis ſancti Tho. de aqno in q̄rto diſ. xxiiij. manifeſtiſſime cōprobatur. Ac nō ſolū in actibꝰ iā dictꝫ. ſ etiā ſm̄ Dionyſiū. i. c. celeſtis hierarchie. qñ et quotiēs ad aliquē hmōi actū exercēdū aliquā veſteꝫ induit ſiue ſumit: vt albā ſtolā: vel manipulū: vel caſulā: vel alias ſacras veſtes ꝯiūctiꝫ vel diuiſim: qđ reuera ſatis ē horrēdū: ſtupēdū atqꝫ periculoſum valde in tali ſtatu atqꝫ dignitate tot ⁊ tātis criminibꝰ ſubiacere atqꝫ implicari. Uñ nō imerito diciť. Quanto gradus altior: tāto caſus grauior. Etiā ſacerdos incōtinēs aut publicꝰ fornicariꝰ ē ſuſpēſus ipo iure a diuinis: ⁊ miſſa eiꝰ nō dꝫ audiri. vt pꝫ ex̄ de coha. cle. et mulie. c. vr̄a deuotio. Audiēs aūt miſſam eiꝰ peccat mortaliť ſꝫ Thomā in. x. quodlibet. q. viij. Hoc autē intelligitur đ publicis fornicarijs. ⁊ ſi ſic celebrat: fit irregularis. Queriť vtrū epūs i talibꝰ poſſit diſpēſare. Rn̄r ꝙ ſic: ex q̄ diſpēſatō in tali caſu nō ē ꝓhibita. Et iura q̄ ſueniunť i ꝯtrū illa intelligunť de ſuſpēſo ab hoīe: nō a iure: qꝛ iura benigniꝰ ſolēt agere q̄ homies. Hec Guil'. Etiā q̄riť vtrū clerici q̄ expēdūt pr̄imoniū crucifixi cū meretricibꝰ teneanť ad reſtitutionē. Rn̄r ꝙ clerici q̄ res eccl'e ꝓdūt: vł dāt nō ſolū meretricibꝰ: ſ etiā hiſtrionibꝰ: vł etiā ſuis cōſanguineis nō ꝓpť naturā ſuſtētandā: ſ vt faciāt eos diuites de patrimonio crucifixi: raptores ſunt: ⁊ peccant mortaliť: et tenentur ad reſtitutionē. Etiam queritur vnde faciant reſtitutionē. Rn̄deť ſi hn̄t patrimoniū ſeculare de hoc poſſunt facere: vel aliquid de artificio: vel labore manuali de iſtis poſſunt reſtituere: ſed de rebus eccleſie nō poſſunt reſtituere: quia quicquid eis ſup eſt ſup victū et veſtitū hoc debet dari pauperibꝰ. Unde in decre. diciť. Bona ſacerdotum ſunt bona pauperum. diſ. xlvij. ſicut hi. Iteꝫ xvi. q. i. c. vlti. niſi ſibi tunc ſubtraherent de neceſſarijs: vel niſi res quas de patrimonio

habuerūt vel de artificio expēdiſſent in vſus
ecclie. Hec Guill. Etiā q̄rit vtrū cōcubine ſa
cerdotū vel etiā meretrices teneant̄ reſtitue
re q̄ a ſacerdotib⁹ vel religioſis p̄ tali illicito
opere receperūt. Rn̄det̄ ḃm Ray. ꝙ ſic. Naʒ
fornicarie ⁊ hmōi turpes ꝑſone ſi a ſacerdo
tib⁹ receperūt tenent̄ ipi eccleſie vel pauperi
bus reſtituere. Si aūt a religioſis tūc tenen-
tur monaſterio reſtituere niſi forte fuerit eis
datū cauſa elemoſine in ſumma neceſſitate:
q2 tūc fuit debitū. Idē Hoſtiē. Quātum ad
tertiā partē iſti⁹ ſermonis ſciēdū ꝙ oēs xp̄i-
fideles debent hodie beatū martinum hono
rare: et eū tanq̄ ſingularē patronū inuocare
in oibus neceſſitatib⁹ et infirmitatib⁹. Et p̄-
mo infirmi. Unde legitur ꝙ beatus martin⁹
quēdam infirmū leproſum cunctis hoībi-
lem pariſius obuiam habuit: quem oſculat⁹
eſt atq̄ bn̄dixit: ſtatimq̄ mūdatus eſt. Etiā
qui q̄nq̄ venenatū cibū ex ignorātia ſumūt.
Un̄ legit̄ ꝙ cum beatus martinus ab arria-
nis hereticis eſſ; eiectus: venit ad quādā in
ſulam cū vno ſolo p̄ſbytero vbi p̄ſbyter elle-
boꝝ gramē venenatū inter alias herbas i ci
bū ſumpſit: ⁊ mortē ſentiēs beat⁹ martinus
oēm venenoſitatē virtute orōis fugauit. Eti
am qui incurrit periculū canū. Un̄ cum q̄dā
diſcipulus ſancti martini valde infeſtaret̄ a
cane latrāte, cōuerſus ille ad canē ait. In no
mine martini iubeo te obmuteſcere. Canis
cōtinuo obmutuit. Etiaʒ in periculo maris.
Un̄ legit̄ ꝙ cū quedā nauis periclitaret̄: qui
dam negociator nōdum chriſtian⁹ exclama-
uit. Deus martini libera nos. Et ſtatim trā-
quillitas magna ſucceſſit. ⁊ ille pagan⁹ fidē
recepit. Etiam parētes cum pueris. Un̄ cum
quidam iuuenis defunct⁹ eſſet: et mat̄ eius
cum lachrymis p̄ reſuſcitatione filij beatuʒ
martinū exoraret. ille in medio cāpi vbi ma
gna multitudo gētiliū erat genua flexit: ⁊ p̄
puero orauit: et puer ſtatiʒ ſurrexit. Quapro
pter oēs illi gētiles ad fidē ꝯuerſi ſunt. Etiā
in p̄iculo ignis. Un̄ cū in quodā phano ignē
miſiſſet beat⁹ martin⁹ ſtatim in domo p̄ria
herēte ei abagēte vēto flāma ferebat̄. Tunc
ſanct⁹ martin⁹ ſup̄ tectū dom⁹ aſcēdēs ſignū
crucis edidit: et ſtatim vētus in aliā partē ſe
v̄tit. Etiā refert Seuer⁹ in epiſtola ad euſe-
biū ꝙ cū btūs martin⁹ in quādā ciuitatē ſue
dioceſis veniſſet: ⁊ clerici ei lectū p̄pāſſent:
circa mediā noctē tota illa dom⁹ accenditur
⁊ martin⁹ rediēs ad ſolitū orationis refugi-
um ⁊ crucis emittens ſignaculum in medio
ignis illeſus p̄manſit. Monachi igit̄ cōcita
ti cōcurrūt: ⁊ martinū quē ꝯſumptū i̅ puta
bant: de medio flāmarū illeſuʒ deducūt. Eti
am qui pſecutōes et tribulationes patiunt̄
debēt inuocare ſanctū martinū. Un̄ legit̄ cū
beat⁹ martin⁹ q̄dā vice i veſte hiſpida nigro
pallio circūtect⁹ ſup̄ aſelluʒ p̄cederet equis
cōtrauenientib⁹ expauefactis in terram ſaltu
precipiti ſe dederūt. Qui ſanctū martinū ac
cipiētes grauiter v̄berauerūt. Protinus aūt
aīalia humo fixa manebāt vt quātūcūq̄ fla
gellata velut ſaxa moueri nō poſſent quouſ-
q̄ ad martinū redeūtes ⁊ peccatū ſuū quod
ignorāter in eū cōmiſerāt cōfitentes. ille eis
licentiā dedit: et gradu ꝯcito aīalia p̄ceſſerūt.

¶ De ſctā Eliʒabeth. Sermo. xliij.

O Ra pro nobis q2 mulier
ſcā es. Iudith. viij. Uerba iſta di
cta ſunt a filijs iſrael cū eſſent in
magnis tribulatiōib⁹ ad Iudith
vt ipſa oraret pro eis vt de⁹ eriperet eos ab
inſtantibus periculis. et illa verba nos chri
ſtiani qui ſumus in multis tribulationibus
⁊ periculis ꝯſtituti etiā deuote dicere debe-
mus ad ſctāʒ eliʒabeth. Ora p̄ nobis quoni
am mulier ſctā es. Un̄ in p̄ſenti ſermone ad
honorē ſancte eliʒabeth ⁊ ad edificationem
noſtram tria ſunt dicēda. Primo priuilegia
ſancte eliʒabeth. Secūdo aliqua p̄ informa
tione noſtra. Tertio aliqua miracula. Quan
tum ad primā ptē iſti⁹ ſermonis eſt ſciendū
ꝙ ſancta eliʒabeth hʒ nouē priuilegia. Pri-
mū q2 fuit filia regis Hungarie: et in hoc fu
it ſilis ſancte Katherine Coſti regiſ filie. Et
etiam q2 in iuuētute incepit deo ſeruire: ⁊ in
hoc ſimilis fuit ſancto Nicolao. Unde legit̄
cum beata eliʒabeth adhuc eſſet puella quin
quēnis: in eccleſia gratia orādi ſepe perma-
nebat: vt eam eius ſodales vel ancille auelle
re vix valerent. Quā cū ancille vel coetanee
obſeruarent aliquā de illis cauſa ludēdi v̄ſ-
ſus capellam inſequi videbatur: vt ex hoc in
trādi eccleſiam oportunitatē captaret. Quā
ingrediēs genua flectebat: aut pauimēto to-
talit̄ incumbebat. et licet peritiam litterarū
non haberet: tamen coram omniū oculis ſe-
pe pſalterium expādebat: et quodāmodo ſe
legere fingebat: ne velut occupataʒ aliq̄s im
pediret. Se quoq̄ cū puellis ad terram pro-
ſtratam ludi ſpecie mēſurabat: vt ſub tali oc
caſiōe deo reuerentiā exhiberet. In ludo eti-
am annuloꝝ et i alijs ludis ſpem totā pone



bat in deo. ⁊ ex his que lucrabat̄ vel aliis poſ-
ſidebat puellis pauperculis dedit: inducens
eas p̄ illa ad orandū orōnē dn̄icam vt crebro
virginem mariā ſalutaret. Secūdū priuile-
gium: q2 btām v̄ginē mariā in aduocatam ⁊
patronā: ⁊ btm̄ Iohānē apl'm ⁊ euangeliſtā
in ſue caſtitatis cuſtodem elegit. Cū aūt ſin
gule cedule ſctōꝝ apl'oꝝ noīb⁹ inſcripte: ipa
trib⁹ vicibus cedulā vbi nomen ſancti Iohā
nis erat inſcriptū vt deſiderabat accepit. ad
quē tante deuotiōis ferebat̄ affectu: vt nil i
eius noīe petētibus denegaret. Tertiū q2 p̄
pter dilectionē dei ſepe ſibi p̄ſpera mūdi ſub
traxit. Nā cū in aliquo ludo ſibi p̄ſpere ſucce
deret: reliquū intermittēs dicebat. Nolo p̄ce
dere: ſi p̄pter deū reliquū intermitto. Ad cho
reas quoq̄ a puellis ceteris aduocata cum
vnū circuitū p̄egiſſet: dicebat: Sufficiat no
bis vn⁹ circuit⁹. iā p̄pter deū alios dimitta-
mus ⁊ ſic p̄ talē modū puellas a vanitatib⁹
tēperabat. Quartū q2 feſta ſollicite ⁊ deuo-
te colebat: vt ēt manicas ſibi cōſui nulla rōe
pateret̄ anteq̄ ſolēnia miſſarū cōpleret̄. Offi
ciū eccleſiaſticū cū tāta audiebat reuerētia vt
cum ſanctū euāgeliū legeret̄: vel cum ſacra
hoſtia cōficeret̄: monilia deponeret: ⁊ cetera
capitis ornamēta in imo loco locaret. Ueſti
mētoꝝ ſupbiā ſp̄ abhorruit. ⁊ in his humili-
tatē ⁊ honeſtatē ſemp̄ ſuauit. ⁊ etiā cum ad
huc puella eſſet: certū ſibi numerū orōnuʒ in
dixerat: quem ſi aliqua occupatiōe preuenta
non potuiſſet pficere: de ſero ante ingreſſuʒ
lecti cū alie puelle dormirēt: pſoluebat. Qui
tū q2 data eſt in exēplū mulieribus in matri
monio exn̄tibus. Nam cum ex paterno ip̄io
tradita eſſet lantgrauio Thuringie in matri
monio: tāte deuotiōis extitit vt in nocte fre-
quēter ad orōnē ſurgeret. Ordinauit cū qua
dam domicella ſibi inter ceteras mag̃ fami
liari ſi forte ſomno depreſſa nō ſurgeret eaʒ
pede tangēs excitaret. Quadā vero vice pe-
dem dn̄e tangere voluit: ⁊ caſu pedeʒ mariti
impegit. qui ſubito excitat⁹ rem intellexit et
eā excitauit. Etiā fuit magne humilitat̄. Nā
in dieb⁹ rogationū p̄ceſſioneʒ nudis pedib⁹
laneis induta ſequebat̄. ⁊ in p̄dicationibus
tāq̄ paupercula ⁊ humilis inter paup̄culas
reſidebat. In purificatione et poſt ptū exem
plo marie puerū geſtās in vlnis ipſum ad al
tare cum agno ⁊ cādela hūiliter offerebat. de
inde domū rediēs veſtimēta cū quib⁹ ad ec-
cleſiam p̄ceſſerat alicui mulieri paupercule
tribuebat. Sextū ē ei⁹ pfecta ⁊ volūtaria obe
dientia. vn̄ p̄pter meritū obediētie ſe magi-
ſtro conrado q̄ fuit paup̄ ⁊ mēdic⁹ de ordine
fratrū minorū: ſꝫ tn̄ ſciētia et religiōe p̄cipu⁹
ſaluo iure mr̄imonij ⁊ obediētia mariti adeo
ſe ſubiecit vt q̄cq̄d ille p̄ciperet ipſa cū reue-
rētia pficeret et multo gaudio adipleret vt
ex hoc ⁊ obediētie p̄ciperet meritū: ⁊ dn̄i ſalua
toris qui fact⁹ ē obediēs vſq̄ ad mortē: imi
taret̄ exēplū. Quadā igit̄ vice ipſa vocata ab
eo ad quādā p̄dicationē ſuperueniente mar
chioniſſa miſnenſi impedita nō venit. qd̄ il-
le egre ferēs tantā inobediētiā relaxare no-
luit donec vſq̄ ad camiſiā expoliatā cū q̄buſ
dā ācillis ſuis que culpabiles fuerant fortit̄
verberari fecit. Etiā quadā vice cū clauſtruʒ
ſanctimonialiū ab eis obnixe rogata intraſ-
ſet: nō habita licētia a ſuo mgr̄o fecit eaʒ tā
grauiter v̄berari vt p̄ tres ebdomadas in ea
veſtigia v̄berationis apparerēt. etiā ſepe p̄
man⁹ ancillarū faciebat ſe in cubiculo v̄bera
ri: vt ſaluatori flagellato vicem repēderet: ⁊
carnē ab oī laſciuia coherceret. Septimū ꝙ
inter diuitias ⁊ epulas magnam tenuit ab-
ſtinentiā. Tantā aūt in cibo et potu tēperan
tiā ⁊ abſtiuētiā exhibebat vt in mēſa mariti
inter diuerſa ferculoꝝ genera interdū pane
ſimplici eſſet contēta. Sepe enim ad mēſaʒ
ſedens cibos cōtrectabat et diuidebat vt ex
hoc comedere videret̄. Octauū q2 fuit valde
miſericors: et mater pupilloꝝ et orphanorū
Sepe eñ cum ancillis manibus p̄prijs lanā
filabat: et inde veſtimenta fieri faciebat: vt
de p̄prij corporis laboribus elemoſinā deo
daret. Ipſa eſuriētes paſcebat et ſitiētes po
tabat: īfirmos viſitabat: ipa ſepulturas pau
perū frequētabat: leproſos mundabat et ci-
babat. Un̄ legit̄ ꝙ cuʒ quadam vice abſente
marito quendam leproſum poſuit ad lectuʒ
mariti ſui. His q̄q̄ p̄actis ſuperueniēte lāt
grauio quidā ſibi reuelabāt. ipſe ex ſtupore ⁊
vehemētia ⁊ ira irruebat in oſtiū cubilis et
dum crederet inuenire hoiem imūduʒ: vidit
ipſum ieſum xp̄m in cruce affixum ⁊ cruēta-
tū q̄ viſo dedit ei poteſtatē agendi oīa q̄ ho-
norē dei reſpicerēt: et anime ſalutē efficerēt
Etiā poſt obitū mariti ſui qui ad defenſionē
fidei ad terrā ſanctam perrexit: et ibi vitā fe
liciter finiuit. ipſa tanq̄ diſſipatrix ⁊ p̄diga
a quibuſdā vaſallis viri ſui turpit̄ et totalī
ter eſt eiecta. Adueniēte igit̄ nocte in domo
cuiuſdā tabernarij in loco vbi porci iacuerūt
ſe recepit grās agens deo. Recepta poſtmo-
dū dote ſua duo milia marcharū partem in

paupes diſtribuit. et de reliq́ in marchburgk
magnū hoſpitale cõſtruxit. ꝓpter qđ aliqui
eā diſſipatricē: aliq́ īſanā fore dicebāt. Poſt⸗
ꝙ aūt hoſpitale cõſtruxit: infirmis ſollicite
miniſtrauit ⁊ eos balneauit. ⁊ in lecto collo⸗
cās cooperuit adeo vt ancillis gratulabūda
diceret. O ꝙ bñ nobiſcū agit. qꝛ dñm noſtrū
ieſum xp̄m ſic balneamꝰ ⁊ regimꝰ. Quandā
aūt mulierē ⁊ horribilē leproſam ſepe ablu⸗
ens ī lecto collocauit: vlcera tergēs: vngueſ⸗
ꝗ pſcindēs. Nonū. qꝛ xp̄s apparuit ſibi ī vita
et ī morte. Nā ipſa petiuit a xp̄o in oratione
ſua tria. Pŕo cõtēptū oīm rerū tpaliū. Se⸗
cūdo vt filioꝝ ſuoꝝ dilectionē a corde ſuo a⸗
uelleret. Tertio vt in cõtumelijs ⁊ iniurijs ſi
bi patiētiā daret. Facta aūt orōe audiuit do
minū ieſum xp̄m dicētē ſibi. Elizabeth exau
dita ē orō tua ſpōſa mea. Etiā quadā vice re
clinauit ſe in gremio ancille ſue: ⁊ oculos ad
celū eleuās cū diu tacēs nullū v̄bū penitus
emiſiſſet: tādē leta facie locuta ē dicēs. Ita
dñe tu vis mecū eē ⁊ ego tecū: ⁊ nūꝗ volo a
te ſepari. Poſtea cū ab ãcillis īterrogaret vt
ad dei honorē ⁊ ad earū edificationē q̄d vi⸗
derat indicaret: illa ait. Uidi celū aptū ⁊ ie⸗
ſum ſe ad me inclinātē ⁊ dicētē mihi. Si tu
vis eē mecū ⁊ ego ero tecū. Cui ego rn̄di ꝓut
me loquētē audiuiſtis. Appropinquāte tpe
quo dñs ieſus dilectā ſuā de mūdi ergaſtu⸗
lo vocare diſpoſuit. vt que cõtempſerat mū⸗
dū ⁊ regnū mortaliū: regnū perciperet ange
loꝝ. xp̄s met cū angelis ſuis apparuit ei di
cens. Ueni electa mea ad eterna tibi prepa⸗
rata tabernacula. Poſt paululū vero ãno do
mini. M.ccxxxi. ad extremā horā pueniēs ob
dormiuit in pace. Quātū ad ſecūdā ptē iſtiꝰ
ſermonis dicēdū ē de vita viduarū que in ſe
debent habere vt xp̄o placeat vita ipſarū. ⁊
de hoc quere ī diſcipulo de xp̄e. ſermo. cxvi.
Quātū ad tertiā partē iſtiꝰ ſermonis ſciē⸗
dū: ꝙ oēs hoīes debēt hodie honorare ſan⸗
ctam Elizabeth: ⁊ eam inuocare in oībꝰ ne⸗
ceſſitatibꝰ ⁊ infirmitatibꝰ. Et primo q̄ patiū
tur defectū oculorū. Unde cū quidā puer q̄t⸗
tuor annoꝝ cecus natus eēt: meritis ſancte
Elizabeth lumē recepit. Mulier quedā cum
per annū integrū ceca manſiſſet: ad rogādū
ſanctā elizabeth tota deuotione ſe contulit:
et amiſſum lumē recepit. Etiam mulier que
dā cū per annū ceca mãſiſſet: ad tumulū ſan
cte Elizabeth faciēs ſe duci vniꝰ oculi lumē
recepit. q̄ ad propria reuerſa: in alio oculo ſe
torq̄ri grauit ſenſit. Cū v̄o iterū beate Eliza
beth merita im ꝓloraret: apparuit ſibi Eliza
beth dicens. Accedēs ad altare fac cū corpo⸗
rali ter tuos oculos ventilari: ſic recipies ſa
nitatē. Que cū iuſſa cõpleuiſſet: ſanitatē re⸗
cepit. Et iſte modꝰ cõiter ſeruat in Thurin⸗
gia. Etiā quidā vir lumīe oculorum priuatꝰ:
ſepulchrum ſancte Elizabeth viſitans plene
curatiõis bñficiū recepit. Poſtmodū v̄o idē
vir fluxu ſanguinis ē grauatꝰ vt moriturus
a familia crederet. Accipiens v̄o de terra ſe⸗
pulchri ſctē Elizabeth: ⁊ ipam cõterēs aq̄ cõ
miſcuit ⁊ bibēs ſanitatē plenā recepit. Etiā
ſurdi ⁊ muti debēt btāꝫ Elizabeth inuocare
Unde quedā puella dū viſu et auditu ꝓuata
eſſet. ⁊ loquēdi ⁊ ambulādi potētiā amiſiſſꝫ
pater et mater ad btām Elizabeth eā deuo⸗
uerūt: et perfecte eam ſanatā receperūt. ⁊ ſic
dei ⁊ btē Elizabeth laudātes magnalia. Eti
am claudi ⁊ gibboſi ſentiūt iuuamen ab ea.
Uñ quedā puella cū diu magnis et diuerſis
fuiſſet infirmitatibꝰ moleſtata: tandē gibbo
in dorſo: ſtruma in pectore creſcētibꝰ: ⁊ ſic ex
toto corpe incuruata ꝙ nulla rõne poſſet ſe
erigere. ſed manibꝰ ſup genua poſitis corpꝰ
ſuū totaliter ſuſtentaret. Cūꝫ ergo mater in
quadā ſporta eam ad tumulū btē Elizabeth
deportaſſet: ⁊ per dies decē cõmorantes ibi
dē nullū potuerūt ſanitatis remediū inueni
re. irata mater ipſiꝰ ꝯ ſctām Elizabeth mur⸗
murauit: dicēs. Omnibꝰ beneficia impēdis
⁊ me miſerā non exaudis. reuertēs ergo om⸗
nes quos potero a viſitatione tua auertam.
Cū ergo ſic irata recederet et miliare dimidi
um peregiſſet: et eius familia triſtis eſſet et
eius filia doloribꝰ cruciata fleret. tandem ip
ſa puella obdormiēs: vidit quandā pulcher
rimā dominā cū facie refulgēti: que corpus
eiꝰ in dorſo ⁊ in pectore liniens: dixit ei. Sur
ge et ambula. Euigilās puella: ⁊ ſe ab oi de⸗
formitate ⁊ curuitate penitꝰ ſanatā inueni⸗
ens: viſionē matri retulit: et gaudiū ⁊ letici⸗
am generauit. Redeūtes ergo ad ſepulchrū
ſancte Elizabeth: ⁊ deo ⁊ ſibi gratias egerūt
⁊ ſportā ibidē in ſignū dimiſerūt in q̄ puella
fuit deportata. Etiā vir quidā in genibus ⁊
cruribus īfirmatꝰ: ita vt nō poſſet pergere ni
ſi ab alijs portaret. votū fecit ꝙ ſepulchrū
beate Elizabeth cū oblatiõibꝰ viſitaret: poſt
modum ex toto ſanatus eſt. Etiam parētes
cū pueris ſanctā Elizabeth debēt inuocare.
Unde cum quidam puer quattuor annorū
cum caſu in puteum cecidiſſet: quidam veni
ens haurire aduertit puerum ibi ſubmerſū



iacere. quē cū difficultate extraxit: ⁊ ipſū mor
tuū reperit. Pro ipo igr̄ ſuſcitādo a parenti
bus ad btām Elizabeth votū emittit ⁊ cõti
nuo vita reſtaurat. Etiā q̄dā ſcholaris dum
piſcationi minꝰ caute inſiſteret: ⁊ in flumen
cecidit. Magno ḡ tēporis ſpacio interiecto
dum corpꝰ eius eſſet extractū: mortuꝰ eſt ab
hoībus iudicatꝰ. Tūc ſancte Elizabeth īplo
ranti merita: ⁊ cunctis videntibus ſibi reſti
tuit vita ⁊ ſalus. Etiā põt ſubuenire ī extre⸗
ma neceſſitate ⁊ in periculo mortis. Uñ vir
quidā noīe Nicolaus cū quodā fure innocē⸗
ter eſt deprehenſus ⁊ ſuſpēdio cū ipo adiu⸗
dicatus: cūctos hoīes rogauit vt deū ⁊ btāꝫ
Elizabeth rogarent vt eum ſm̄ merita iuua
ret. Cū ergo ſuſpēſus eēt: audiuit ſup ſe vo
cem dicentē. Cõfide btām Elizabeth ⁊ fidu
ciā habe: ⁊ liberaberis. Statiꝗ alio remanē
te ⁊ eiꝰ fune fracto: de alto loco cecidit: nullā
tñ leſionē ſentiēs: lꝫ noua camiſia q̄ induꝰ
erat rūperet. Qui exhilaratꝰ ter ait. Sancta
Elizabeth tu me liberaſti. ⁊ ſup ſtratū molle
me cadere feciſti Cū ḡ aliq́ dicerēt iterū eūꝫ
debere ſuſpēdi: iudex ait. Qnē deus libera⸗
uit denuo ſuſpēdi nõ permittam.

De ſancta Katherina v̄gine. Ser. xliiij.

a Damauit eam rex pluſ⸗
ꝗ oēs mulieres: habuitꝗ grati⸗
am ⁊ miām coraꝫ eo ſup oēs mu
lieres. Heſter. ij. Iſta verba q̄ le⸗
guntur de regina Heſter cõuenire etiam pñt
ſancte Katherine: que fuit de ſtirpe regali ꝓ
genita. ⁊ modo eſt oībus hoībus in ſingula⸗
rem patronam data: Quis autem xp̄s ſpon
ſus virginum omnes ſponſas habuerit cha
ras: ipſi tamen Katherine pre ceteris multa
dona donauit. Unde in preſenti ſermone ad
honorem ſancte Katherine que floruit anno
domini. cccxi. ſub Maxentio impatore tria
ſunt dicenda. Primo eius priuilegia. Secū
do aliqua pro informatione noſtra. Tertio
aliqua miracula. Quantū ad primaꝫ par
tē iſtius ſermonis ſciendū ꝙ ſup oēs virgi
nes poſt btām virginem Mariam videt eā
xp̄s adamaſſe. qđ oſtenditur in priuilegijs ⁊
gratijs que alijs ſanctis particulariter: ſed
ſancte Katherine vniuerſaliter cõtulit. Pri
mum priuilegiū eſt angelica vita: quia inte⸗
gram ⁊ immaculatā virginitatē ſeruauit. qđ
eſt ꝓprium angeloꝝ. Uñ Ambro. In carne p̄
ter carnem viuere nõ terrena vita eſt: ſed ce⸗
leſtis. Et in hoc priuilegio aſſimilat aliquo
modo virgini Marie q̄ eſt virgo virginum
Qđ aūt virginitas ſctē Katherine ſit cõmē
dabilis pꝫ ex eo: qꝛ tanta v̄ginitas eſt maio⸗
ris meriti quāto maiorem pre ceteris hꝫ re⸗
pugnantiā ⁊ pugnā ⁊ plura retrahētia: ⁊ ta⸗
lis fuit v̄ginitas Katherine. Habuit ei iuuē
tutem: qꝛ erat. xviij. annoꝝ. Iuuentus auteꝫ
eſt mulris cā laſciuie. Iſta autē iuuentus ſi⸗
bi nocere nõ potuit: qꝛ cordis grauitatem et
maturitatē ſeruauit. Etiā habuit pulchritu
dinem. Uñ dicitur de ea ꝙ erat incredibilis
pulchritudinis. ⁊ oīm oculis admirabilis vi
debat. Pulchritudo aūt v̄ginibꝰ ⁊ mulieribꝰ
ſepe eſt cauſa ruine ſibi ⁊ alijs. ſibi per ſuper
biam. alijs p malam ꝯcupiſcentiā. Iſta aūt
pulchritudo ſibi nocere nõ potuit. qꝛ non cu
rauit de pulchritudine exteriori: ſꝫ interiori
vñ ps. xliiij. Oīs glia eius filie regis ab intꝰ
Etiā habuit rerū abundantiā: qꝛ patri ſuo q̄
erat rex magnꝰ in diuitijs ſucceſſit. Iſta aūt
rerū opulentia ei nocere nõ potuit: qꝛ lꝫ hrēt
rerum abundantiam: tñ in diuitijs ſeruauit
paupertatem. Nam ⁊ pauperibus oīa tribu
it: ⁊ in ſeipſa temperantiam ſeruauit. Etiaꝫ
habuit multiplicē ſollicitatoreꝫ. qꝛ tyrannꝰ
imperator tria ei ꝓmiſit: que mulieres ⁊ vir⸗
gines affectare cõſueuerūt vt ſibi cõſenſum
preberet. Promiſit ei diuitiarū copiam. pro⸗
miſit dignitatē magnā. ſcꝫ ꝙ ſecūda eſſet in
palatio poſt reginam. tertio ꝓmiſit gloriam
immenſam: qꝛ ſibi ſtatuā in foro erigeret: et
ab hoībus adorari deberet. Huiuſmodi aūt
munera multis mulieribꝰ ⁊ virginibus fue
runt cā ruine. ſed beate Katherine iſta noce
re non potuerunt: qꝛ diuitias contempſit: di
gnitates reſpuit: gloriam mundanaꝫ abhor
ruit. Unde tyranno dixit ꝑſuadenti. Deſine
talia dicere que nephas eſt etiam cogitare.
ecce primū priuilegiū. Secundū priuilegiū
eſt xp̄i viſitatio. Et illud fuit in Iohāne euā
geliſta: ad cuius tranſitū xp̄s cū diſcipulis
ſuis venit. Et illud priuilegium in beata Ka
therina inuenitur: quia cum eſſet in carcere
chriſtus cum multitudine angelorum ⁊ vir
ginū ad eam deſcendit: dicēs. Agnoſce filia
creatorem tuū: pro cuius nomine glorioſuꝫ
⁊ laborioſum iniſti certamen. conſtans eſto
qꝛ ego tecum ſum. Tertium eſt celeſtis refe⸗
ctio. ⁊ illud fuit in magdalena: que celeſtibꝰ
refectionibus paſcebatur. Et illud fuit ī bea
ta Katherina: que in carcere poſita fuit vt
ibidē diebus. xij. fame cruciaretur: ſed deus
per columbā ſibi cibuꝫ quotidie deſtinabat.

Quartū eſt petitionū exauditio. Illud fuit ī
btā Margaretha: ⁊ etiā ī ſctō Blaſio. qui in
ſua paſſione deū rogauerūt: vt quicūq̃ i noſ
mine ipoꝝ aliqͩ peteret a deo: obtineret. Et
etiam illud fuit in btā Katherina: qui in ſua
paſſiōe deū orauit: vt quicūq̃ memoriā ſui
ageret: vel in morte ſe ſibi recōmēdaret: vel
in quacūq̃ alia neceſſitate eā inuocaret: diſ
uine mīe effectum ſentiret. Et facta eſt vox
de celo: dicēs. Ueni dilecta mea in thalamū
ſponſi tui: q2 quecūq̃ petiſti impetraſti. ⁊ ꝓ
quibus oras ſalui erunt. Quintū eſt celeſtis
porte reſeratio. Et illud fuit in btō Stepha
no: qui vidit celos apertos in tpe paſſionis
⁊ mortis ſue. Et illud fuit in btā Katherina
que cū decollari deberet vox facta eſt ad eam
dicens. Ueni ſponſa mea. ecce tibi ianua ceſ
li aperta eſt. Sextū eſt angeloꝝ acceſſio: qḋ
fuit in Magdalena. Illud etiā fuit ī beata
Katherina: cū angeli obſequiū in morte preſ
ſtiterūt: ⁊ in vita ſua: ⁊ in martyrio ſuo. ⁊ pꝰ
mortē ſuā. Septimū eſt diuine lucis choruſ
ſcatio. Et illud fuit in btō Andrea: in cuius
martyrio lux magna emicuit: ⁊ cum ipā luce
aīa eius in celū aſcēdit. Et iſtud fuit in btā
Katherina: que cū in carcere tenebroſo fuiſſ3
incluſa: magna claritas ibi reſplēduit: q̄ etiā
ipſos carceris cuſtodes in fugam conuertit.
Octauū eſt lactis emanatio. Et iſtud fuit ī
beato Paulo aplo. in cuiꝰ decollatione vnda
lactis ꝓ ſanguine emanauit. Iſtud etiā fuit
in btā Katherina: que cū decollata fuiſſet: ꝓ
ſanguine lac effluxit: ⁊ iſtud denotat ſuā ma
gnā puritatē. Nonū q2 xp̄s fecit eā per ange
los ſepeliri. Angeli eñ corpꝰ eius ad mōtē
ſynai itinere pluſꝙ. xx. dieꝝ deduxerūt: ⁊ ibi
honorifice ſepelierūt. Et in eodē monte deꝰ
dedit decē p̄cepta moyſi. vbi iā eſt ſepulchrū
ſancte Katherine. Et in hoc aſſimilatᷣ ſancto
Clemēti: cui angeli in mari monumentū feſ
cerūt marmoreū: ⁊ ibi ipm ſepelierūt. Deciſ
mū q2 ex corpore ſancte Katherine reſudat
oleum valens in ſalutē multoꝝ. Et ꝗtrū ad
hoc ſiſis fuit ſancto Nicolao: de cuius corpe
oleū manat: qḋ cūctos lāguores ſanat. Unſ
decimū q2 xp̄s tricentenā ſibi cōtulit coronā
Uñ centena ſibi xp̄us p̄mia dedit. Et in hoc
aſſimilatᷣ Iohāni baptiſte. de quo cantatur.
Serta terdenis alios coronāt ⁊c̄. Nā beata
Katherina habet coronā ꝟginū: q2 virgo fuit
mente ⁊ corpe. Etiā habet coronā p̄dicatoꝝ:
q2 p̄dicatrix fuit. Nā ipſa cōuertit q̄nq̄ginta
rhetores: q̄ in oī ſciētia ⁊ ſapiētia pollebant
⁊ omnes alios magiſtros p̄cellebant totius
mūdi: quos impator in medio ciuitatis cōſ
buri iuſſit. Etiā cōuertit reginā que fuit vxor
maxentij impatoris cui iuſſit impator maſ
millas abſcindi: ferreiſq̃ vngulis extrahi. ⁊
deinde decollari. Etiā cōuertit porphiriū p̄n
cipe3 militū cū ducentis militibꝰ: quos etiā
maxētiꝰ fecit decollari. ⁊ corpa eoꝝ canibus
dari. Et inſuꝑ multos alios homīes: viros ⁊
mulieres: ſenes iuuenes: diuites ⁊ pauperes
cōuertit ad fidē catholicā. ⁊ reduxit ad vias
ſalutis. Etiā habuit coronas martyrū. quia
beata Katherina quintuplex genꝰ martyrij ꝑ
peſſa eſt. Primū q2 fuit ſcorpionibꝰ flagella
ta. Scdm eſt q2 poſtꝙ fuit flagellata ⁊ laceſ
rata ſic in obſcuriſſimo carcere recluſa ē. Ter
tium q2 fuit fame cruciata. Ordinauerat ei
tyrannꝰ vt ſine cibo ⁊ potu. xij. diebꝰ moreretur.
Quartū eſt q2 fuit ſuꝑ rotas horribiles
extēſa: q̄ rote fuerūt diſſipate ꝑ orōem eiꝰ. ⁊
ꝑ angelū cōcuſſe ſunt. ⁊ quattuor milia infideſ
liū interierūt. Quintū q2 fuit decollata. Et
ergo merito h3 coronas martyrū: p̄dicatorū
⁊ ꝟginū. Duodecimū p̄uilegiū q2 hodie ī toſ
to mūdo eiꝰ feſtū ſolennitᷣ celebratᷣ. Et in hͦ
p̄cellit oēs ꝟgines in celo exiſtēs: pter ꝟginē
Mariā. q2 nulliꝰ ꝟginis feſtū ꝑ totū mūdū
celebratᷣ. Quis in aliqbꝰ diocesibꝰ ⁊ ꝓuincijs
ꝑticulariter feſta aliquarū ꝟginū celebrant
tñ nō vniuerſaliter ꝑ totū mūdū. Quātū
ad ſcdam ꝑtem ꝓ noſtra informatione q̄reſ
ritur vtrū ꝟgo vel q̄cūq̃ hoim poſſit peccaſ
re ſine actu in luxuria mortalr̄. Reſpondetᷣ
ꝙ ſic. ⁊ hoc ꝯtingit multiplr̄. Primo cu3 q̄s
dat ꝯſenſum in moroſam delectationē. ſicut
qui delectantᷣ cū plenis rōne in malis cogita
tionibꝰ: qḋ tñ nimis ꝑiculoſum eſt. vñ Aug.
Cogitatio moroſa cum delectatione ⁊ ꝯſenſ
ſu eſt mortalis. Sed tñ ſciendū qñ alicui inſ
cidit turpis cogitatio contra voluntatē nulſ
lum eſt pctm̄. Greg. Quantūcunq̃ ſit immū
da cogitatio nō mentē polluit ſi ratio nō cō
ſentit. Secūdo cōmittitur luxuria ſine actu
ſc3 cū viſu. vt cum quis ea intentiōe inſpiciat
aliquā ꝑſonā vt eā cōcupiſcere velit. Mat.
v. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiſcendū eam
iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Tertio cōſ
mittitᷣ locutione: vt cū quis alloq̄tur vl̄ arri
det aliquā perſonā ea intētione vt eam alliſ
ciat ad peccatu3 mortale: peccat mortaliter
ſed ſi in ioco loq̄tur ei: tunc niſi venialitᷣ. Uñ
dicitur in decre. Deus iudicat verba ſm inſ
tentionem proferentis. xxij. q̄. v. humane.



Quarto cōmittitᷣ ꝑ tactū impudicū: vel āple
xus et oſcula: et hmōi. q̄ modꝰ ab aplo voca
tur turpitudo. vt hr̄ ad Ephe. v. Quinto cōſ
mittitᷣ per ornatū corpis: vt mulieres vel vir
gines q̄ ad hoc ſe ornāt vt alios allicere poſ
ſint: mortalitᷣ peccāt. Sexto cōmittitᷣ per do
na et munuſcula: vt cu3 q̄s dat alicui ꝑſone
donū vel clenodiū ea intētione vt eu3 ſic ad
malū actū alliciat. ⁊ ēt qui portat talia doſ
na vel lr̄as amatorias ſciēter: mortalitᷣ pecſ
cat. Septio cōmittitᷣ qñ aliq̄s h3 volūtatē
malā ꝑficiēdi actū cū nō pōt hr̄e locum et ꝑ
ſonā. vel etiā qui haberet locū ⁊ ꝑſonam et
oportunitatē ꝑpetrādi actū. ſed ſolūmō pro
pterea dimittit: q2 timet mūdū ⁊ ſcandalu3
hoim et cōfuſionē ꝓpriam ne impugnetᷣ: vel
ne alijs publicetᷣ: ſed ſi ſciret ſe poſſe latere ī
hoc actu nec deum nec ſanctos curaret quin
hoc ope ꝑpetraret. talis peccat mortalitᷣ pro
pter malā volūtatē. Et hoc idē intelligendū
eſt de quolz pctō mortali qḋ q̄s non ꝓptᷣ deū
dimittit: ſed ſolum ꝓpter timorē hoim. Uñ
Leo papa. Sūt nōnulli qui dum corde cōciſ
piunt pctm̄ faciendi deliberant. illud vero ti
more dimittūt: aut ꝓpter difficultatē imple
re nequeūt. hi ꝓfecto nō ī dūo moriuntᷣ. Au
gu. Ipſa voluntate reus eſt qui vult qḋ non
licet. ſed ideo non facit: q2 non poteſt impuſ
ne fieri. Quantum ad tertiam partē iſtiꝰ ſer
monis ſciēdū ꝙ oēs hoies cuiuſcūq̃ ſtatus
debent honorare ſanctam Katherinam ⁊ eiꝰ
feſtum ſolēniter celebrare. et eam deuote in
omnibꝰ neceſſitatibus ⁊ infirmitatibꝰ tanꝙ
ſingularē patronam cū oī fiducia inuocare.
Et primo ſacerdotes ⁊ clerici ⁊ litterati. q2 ip
ſa maxime litterata fuit. et magiſtra ſeptem
artiū liberaliū excellens fuit tanq̃ ſpōſa xp̄i
a ſpū ſancto edocta. Et in ſignum huius quī
quaginta oratores ad ſponſum ſuū Ieſum
xp̄m cōuertit. Uñ legitur ꝙ quidam ſcholaſ
ris in āglia ī ciuitate cātuariēſi deuote ſerui
uit ſancte Katherine: vt ſibi grām a deo īpe
traret vt poſſet ſtudere in ſcientia et vita et
in moribus: ad honorē dei ⁊ ſalutē ꝓximoꝝ
Et ſic tulit libros ſuos ⁊ ꝓfectꝰ eſt ad geneſ
rale ſtudiū. ⁊ in breui tēpore tantū ꝓfecit ꝙ
adeptꝰ eſt magiſteriū. Rex aūt anglie audiſ
ens famā eius: q2 ſic litteratꝰ eſſet et probus
ipm ad ſe vocauit: et filiū ſuū ei commiſit: vt
eum fideliter inſtrueret. Et magiſter omne3
diligentiā fecit: ſed filius regis duri ingenij
et rebellis fuit. Accidit aūt ſemel ꝙ ꝓptᷣ reſ
bellionem ſuam magiſter eum exuit: ⁊ queſi
uit virgam vt eum diſciplinaret ſicut bñ me
ruit. et filius regis nudo corpore camerā exi
lijt: ⁊ currēs per pontē in aquā cecidit ⁊ ſubſ
merſus fuit. Magiſter aūt territus deuote
recōmēdauit eū ſancte Katherine. Statiq̃
piſcatores cū manibus ſunt miſſi vt quereſ
rent filiū regis: ſ3 nō eſt inuētus ab eis. Ma
giſter incarceratᷣ: et in carcere continue inuo
cauit ſanctā Katherinā: recommendans ei
filiū regis. Et tertia hora ſequentꝭ diei cum
cantaretᷣ ſumma miſſa in parrochia filiꝰ reſ
gis intrauit eccleſiā habēs albā camiſiā: in q̄
aureis litteris erat ſcriptū illud. p̄s. cxviij.
Da mihi intellectū vt diſcam mandata tua.
Hec regi ⁊ regine narrantᷣ. qui ſtati3 cū gau
dio venientes ad ecclām viderunt filium ſuū
ſanū ⁊ viuū. Et filius regis narrauit patri ⁊
matri et oibus circunſtantibꝰ ꝙ beata Kaſ
therina eum ſuſtentauit in aqua per diem ⁊
noctē ſine omni leſione ꝓpter magiſtrū qui
recōmendauit eū ſancte Katherine. cui fide
liter a iuuētute ſeruiuit. Et poſtmodū idem
filius regis optimū ingeniū ſtudendi habuſ
it ⁊ quecūq̃ ſibi legebātur ſtatim intellexit.
Rex aūt cū oī pplo valde gauiſus eſt. ⁊ exalſ
tauit magiſtrū illu3 ad magnos honores: ⁊
ad magnas dignitates ꝓpter meritū ſancte
Katherine. Et ipſe rex ⁊ regina et filius ſuꝰ
amodo oibꝰ diebꝰ vite ſue fideliter ſeruieſ
rūt ſancte Katherine. Tūc magiſter compoſ
ſuit illā collectā que hodie in eiꝰ miſſa legitᷣ
Deꝰ qui dediſti legē moyſi in ſummitate mō
tis ſynai. ⁊ in eodē loco corpꝰ beate Katheſ
rine virginis ⁊ martyris tue per ſanctos an
gelos mirabilitᷣ collocaſti. cōcede ꝓpiciꝰ: vt
eius meritis ⁊ interceſſione ad montē q̄ xp̄s
eſt valeamꝰ peruenire. Et ſic p3 ꝙ beata Ka
therina ſeruiētes ſibi nō dimittit in neceſſiſ
tatibꝰ: ſed ſuccurrit ipſis. Etiam quida3 pleſ
banus dilexit multū btām Katherinam ⁊ in
feſto eius ſingulis annis conuiuium prepaſ
rauit: et ſacerdotes ⁊ pauperes inuitauit: ⁊ q̄t
tuor fures dixerūt ad ſeinuicem. Plebanꝰ iā
cantat in eccleſia cū ceteris clericis: ⁊ nos vo
lumus domū ſuā intrare. et nullo vidēte res
ſuas exportare. Et intrantes domū neminē
inuenerūt: niſi famulam que erat retro in co
quina preparans cibaria: et paruum canem
qui latrabat: cui fures caput amputauerūt.
et camerā eius intrauerunt: et oīa rapuerūt
Sed nutu dei camerā exire nō poterant ⁊ ca
put canis amputatū adhuc continue latraſ
bat. Et ſacerdos cum ceteris rediens de ecſ

cleſia fures in camera reperit: et caput canis
amputatū vidit adhuc cōtinue latrare. ⁊ ipſi
fures videntes magnalia dei et btē Katheri-
ne petierūt a plebano veniā ⁊ promiſerūt e-
mendā. Sic ſancta Katherina ſeruauit res
ſui dilectoris. Etiā ſciēdū ꝙ quidam dilecto
res ſancte Katherine cōſueuerūt ſingulis
annis aliq̄d ob reuerentiā eiꝰ dimittere. Vñ
quidā mechanicus fideliter ſeruiuit btē Ka
therine ⁊ omni anno aliq̄d ꝓpter ipſam omi-
ſit. Uno anno abſtinuit a vino: alio anno a
carnibus. aut ieiunauit in qualʒ ſeptimana
vnū diē. aut mane ſurrexit. aut aliquam ele-
moſinam ſingulis diebus dedit. aut certum
nūerū orōnū orauit. Semel vno anno ꝓmi-
ſit ſe nō ſciēter velle mentiri: ſed ſemper cuʒ
veritate emere ⁊ vēdere. Et p̄mo plures em-
ptores perdidit q2 ſimplicit̄ dixit. ſic tibi da-
bo et non remiſſius et hoc firmiter tenuit: ⁊
ſic dānū incurrit: attamē ꝓmiſſum infringe
re noluit. Poſt aliquos dies btā Katherina
a deo impetrauit ꝙ oēs cognouerunt verita
tem ipſius in emēdo ⁊ vēdendo. et ſic acquiſi
uit ſibi magnū cōcurſum populi. et ſic in bre
ui dānū recuperauit. ⁊ poſtmoduʒ ditatꝰ eſt
pluſq̄ʒ antea fuit. et veritatē vſq̄ʒ ad obituʒ
ſuū in artificio ſuo ſeruauit. Et ſic pʒ ꝙ btā
Katherina ſuis ſeruitoribꝰ etiam in tēpora
libus ſubuenit. Etiā beata Katherina ſubue
nit homini in anima. Unde quidā iudex ini
quus ieiunauit omni anno in vigilia ſancte
Katherine. et feſtum eius ſolēniter celebra-
uit. ⁊ ſingulis ānis ob reuerentiā ſancte Ka
therine aut aliquid fecit: aut aliquid omiſit
⁊ vno anno ꝓmiſit ꝙ quicq̄d peteret ab eo ī
honore ſancte Katherine hoc nollet denega
re. Apparuit aūt ei beata Katherina in ſpe-
cie paupercule mulieris et petiuit manū eiꝰ
dexterā ſibi dari. qui amputauit ſibi ipſi ma-
num dexterā et dedit paupcule mulieri. Tūc
amici ipſiꝰ de hoc verecūdātes ꝙ manū non
habuit: induxerūt eum ad ingreſſum religio
nis. Poſtq̄ʒ autē intrauit religionem: beata
Katherina impetrauit ſibi magnam gratiaʒ
a deo ꝙ ſe multū emēdauit. ⁊ deo ⁊ btē Ka
therine amplius fideliter ſeruiuit. Et cū ia-
ceret in extremis apparuit ei beata Katheri
na pulchra valde: dicens. Noſti me? Qui re-
ſpondit. Non. Et illa dixit. Ego ſum Kathe
rina cui manū tuā dediſti. Et oſtēdit ei ma-
num: dicēs. Hoc ideo feci. quia aliā viam te
ſaluandi inuenire non potui. Et ſic feliciter
obijt. Etiā mercatores per terras cum merci

monijs ambulantes debent eam inuocare ⁊
ei ſeruire. Unde vir quidā mercator multuʒ
dilexit btām Katherinā. ⁊ vno tempore iuit
cū pānis vendendis ad nūdinas: q2 pannici
da erat. et raptores venientes rapuerunt ſibi
pannos. Et ipſe inuocauit beatā Katherinā
dicens. O beata Katherina quō poſſum cre-
ditoribus meis debita ꝑſoluere. et vnde de-
beo amplius vxorē et pueros nutrire. Et ſta
tim raptores ꝑcuſſi ſunt cecitate et tremore
mēbrorum. Qui vidētes plagaʒ dei ⁊ beate
Katherine ſuꝑ ſe: oīa reſtituerūt: et eū libere
abire fecerunt. Et inuocauerūt btām Kathe-
rinam. ⁊ vouerūt amplius nūq̄ velle ſpolia
re aliquē hominē ſi meritis ipſius ſanarent̄
Et ſtatim ecōuerſo ſanati ſunt: et vitam ſuā
emendauerunt. Etiam beata Katherina nū-
q̄ vel raro permittit damnari ſeruiētes ſibi
Unde legit̄ ꝙ quidā canonicꝰ habens plu-
ra beneficia malā vitam duxit: ſed btām Ka-
therinā dilexit. Qui habuit capellanū virū
deuotū et caſtum et aliū presbyterū cōmēſa
lem qui etiam ſatis ſeculariter vixit. Et qua
dam nocte capellanus viſionē habuit et vi-
dit canonicū et presbyterū. ambos ad iudici
um trahi. et iudex volens ſententiare ſuper
ambos vt decapitarent̄. beata Katherina in
terceſſit pro canonico apud iudicē vt ſniam
adhuc per annuʒ differret: vt ſic ſe in illo an
no emēdaret. ſʒ alius presbyter nō habuit in
terceſſorē. ideo decapitatus eſt. De mane fi-
nito diuino officio presbyter ad menſam nō
venit. de quo admirabat̄ canonicꝰ. Et capel-
lanus vir iuſtus caſtus et deuotus narrauit
canonico quā viſionē viderat in nocte. et ſic
ambo iuerūt ad domū presbyteri: ⁊ eum ſu-
bitanea morte defunctū inuenerūt. Quo vi-
ſo perterritus canonicꝰ: oīa beneficia libere
reſignauit: ⁊ ordinē ciſtercienſiū intrauit: et
vitam ſuā in bono finiuit. Etiaʒ meretrices
debēt honorare ſanctam Katherinā. Vñ legi
tur ꝙ q̄dā meretrix per. xx. ānos in meretri-
cio ꝑdurauit ⁊ nihil boni fecit niſi ꝙ ieiuna
uit vigiliā ſctē Katherine. ⁊ iuit ad eccleſiā ⁊
cōtritioneʒ habuit ſuꝑ oīa pctā ſua q̄ fecit ꝑ
totum annū. et promiſit ſe velle emēdare: ſʒ
ſꝑ recidiuauit. Et in. xx. anno iterū iuit ad ec
cleſiā cū ꝓpoſito emēdationis. ⁊ proſtrata an̄
imaginē btē ꝟginis Katherine: inuocauit eā
deuote ⁊ promiſerat realiter emēdā. et ima-
go magna btē Katherine cecidit ſuꝑ eam et
mortua eſt. Et cāpanator volens pulſare ad
veſꝑas inuenit eā mortuā. ⁊ vocauit ſacerdo



tem ⁊ populū ad videndum hoc factum. Et
ſacerdos ⁊ ppl's cognouerūt eā eē meretricē
illam: ⁊ rogauerūt deū ⁊ ſanctā Katherinaʒ
vt reuiuiſceret ſi eſſet ſpes ſalutis notifican
do eis quō mortua eſſet. Et ſtatim ſurrexit ⁊
ſacerdoti ⁊ oī ppl'o indicauit quō imago btē
Katherine eaʒ occidiſſet. ⁊ btā Katherina du
xit eā ⁊ oñdit ei penas dānatoꝝ: ⁊ etiā gau-
dia bonoꝝ ⁊ beatoꝝ: ⁊ inſuꝑ impetrauit ei a
ſpōſo ſuo ieſu xpō vt ecōuerſo reuiuiſceret ⁊
pctā ꝯfiteret̄. Et ſupplicauit ſacerdoti vt au
diret cōfeſſionē eiꝰ ꝓpter deū. ⁊ ſic integraʒ
cōfeſſionē fecit: ⁊ poſtmodū nūq̄ mortalit̄
peccauit. Etiā ſctā Katherina ſuccurrit mu-
lieribꝰ ꝑgnantibꝰ. Vñ filiꝰ cuiuſdā p̄ncipis
defunctis parētibus fideliter ſeruiuit beate
Katherine. Nam habuit capellaʒ ꝓpe caſtrū
ſuū in honore ſctē Katherine dedicatam. ad
quā quotidie intrauit ⁊ btē Katherine ora-
uit. Accidit aūt ſemel dum ſic oraret ꝙ tres
pulcherrime ꝟgines ſibi apparerēt ⁊ ipſe ter-
riꝰ caput ad terrā inclinauit. ⁊ vna illarum
dixit. O q̄ʒ ruſticaliter agis cū tū ſis nobilis
inſpice in nos: q2 ꝓpter te huc venimus. Et
media dixit. Quā ex nobis ꝓ ſponſa vis hr̄e
Et illa ad dextris ſuis dixit ſibi occulte vt
mediā ſibi eligeret: ⁊ dixit illā eſſe beatā Ka-
therinā huiꝰ capelle patronā. ⁊ ipſe elegit ſi-
bi eandē in ſpōſam ſuā. Tunc ipa btā Kathe
rina in ſignū deſponſatiōis dedit ſibi crina-
le pulcherrimū de roſis pulcherrimis ⁊ pre-
cioſis: ponēſq̄ʒ ſuꝑ caput ipſiꝰ. Et ī ſe reuer-
ſus inuenit ſuꝑ caput crinale de quo ꝓceſſit
odor ſuauiſſimꝰ. ⁊ ex hoc valde fuit gauiſus
ſeruauit crinale illud cū oī diligētia: ⁊ multo
fideliꝰ ⁊ deuotiꝰ ampliꝰ ei ſeruiuit. Poſtq̄
aūt attigit virilē etatē: amici ſui tradiderūt
ſibi pulcherrimā ꝟginē ⁊ nobilē in mr̄imoni
um. Et celebratis nuptijs eque ſeruiuit bea
te Katherine: ⁊ ſꝑ de mane ſurrexit: ⁊ capel-
lam intrauit ⁊ orauit. Et vxor ipſiꝰ iam im-
pregnata q̄ſiuit ab ancilla ſua quo dñs eiꝰ d̄
mane trāſiſſet. Cui ancilla. Eſt ciuis ꝓpe ci-
miteriū qui habet pulcherrimā filiā ⁊ ad il-
lam vadit ⁊ vxor ex hoc valde triſtata eſt. Et
de ſero multū q̄ſiuit vir in lecto cur ſic triſtiſ
eſſet. Et ipſa r̄ndit. None merito triſtari de-
berē: q2 vnā aliaʒ plꝰ diligitis: ⁊ ſꝑ de mane
ſurgit̄ ⁊ ad eā itis. Et ille. Que eſt iſta. Ipa
r̄ndit. Filia illiꝰ ciuis ꝓpe cimiteriū. Et ipſe
r̄ndit. Nō eſt illa filia ciuis cui ſeruio: ſed eſt
alia multo pulchrior ea ad quā de mane va-
do ⁊ ei ſeruio. Et iteꝝ altera die de mane ab

ea ſurrexit ⁊ ad capellā iuit. ⁊ ipſa nimiū tri
ſtata ſeipſam occidit cū gladio ⁊ puerum in
vtero. Et ipſe rediēs de capella ⁊ aperiēs ca
merā. vidit matrē cū puero occiſam. ⁊ ama-
re cepit flere ⁊ clamare. Ue ve ve: quare non
dixi tibi veritatē: nā ego ſum occaſio iſtiꝰ ma
li: ⁊ ſic ſtatim ecōuerſo cucurrit ad capellam
⁊ flendo inuocauit btām Katherinā. Et iteꝝ
apparuerūt ſibi ille tres ꝟgines: ⁊ btā Kathe
rina terſit ſibi oculos ⁊ faciē: dicens. Quare
ſpreuiſti me ⁊ recepiſti aliā ſpōſam: attamē
q2 mihi ſꝑ ſeruiuiſti: ego tibi ſuccurrā ⁊ vxo-
ri ⁊ puero: ſurge cito ⁊ vade ad caſtrū tuū: et
inuenies vxorē tuā viuā. q̄ peperit filiā quā
etiā Katherinā noīare debes ⁊ ꝓ ſatiſfactōe
q2 me ſpreuiſti debes cōſtruere hoc monaſte
riū ſanctimonialiū. ⁊ filia q̄ iaʒ eſt nata erit
prima abbatiſſa huiꝰ monaſterij. ⁊ erit ꝟgo
deuota. ⁊ ipſa liberabit cū ſuis deuotis orōni-
bus aīam pr̄is tui de purgatorio. Et ipſe ſta
tim letāter cucurrit: ⁊ matrē ⁊ filiā inuenit ⁊
ipſa fatebat̄ ꝙ demones aīam eiꝰ ad infer-
nū deduxiſſent ſi btā Katherina ſibi non ſuc
curriſſet. Et ipſe ꝯſtruxit monaſteriuʒ: ⁊ cri-
nale roſeū qd̄ btā Katherina ſibi tradidit ad
monaſteriū dedit: ⁊ noīauit monaſteriuʒ ad
roſeū crinale. Et ipſe ⁊ vxor btē Katherine oī
bus diebꝰ vite ſue ſeruierūt.

Sequūtur ſermones cōes diſcipuli.

¶ De dedicatione. Sermo. xlv.

Domus mea domus ora
tionis vocabit̄. Eſa. lvi. Mat. xxi
Mar. xi. Lu. xix. Joh. ij. Hodie
peragit̄ feſtū dedicatiōis huiꝰ ec
cleſie que in honore iſtiꝰ ſancti. N. vel iſtorū
ſctōꝝ. N. ⁊. N. dedicata. Et tale feſtū ſolēni-
ter: ⁊ deuote ⁊ letāter ē pagēdū. Vñ in decre.
dicitur. Dedicationis ſolennitas eſt ſingulis
annis ſolenniter celebranda. de conſecratio
ne. di. i. ſolēnitates. Vñ in pn̄ti ſmone tria ſūt
dicenda. Primo quō ꝓbat̄ ꝙ feſtū dedicatō
nis eſt ſolēniter celebrandum. ⁊ q̄d cogitare
dʒ quis cū intrat eccliam. ⁊ quare libent̄ ire
debemus ad eccleſiam et ad dedicationem.
Secūdo de illis qui nō ſunt ſepeliendi in lo
co ſacro. Tertio q̄dam exēpla ⁊ miracula ꝓ
informatione nr̄a. Quantū ad primā par
tem iſtiꝰ ſmonis ſciendū ꝙ feſtū dedicatio-
nis eſt ſolēniter: letāter: ⁊ deuote pagenduʒ
ab oībꝰ xpifidelibꝰ. Hoc ꝓbat̄ primo ex vete
ri teſtamēto. Nā Exo. xxiij. p̄ceptū eſt a dño
ꝙ vniuerſus populꝰ iſrl' ter in anno. i. tribꝰ

feſtiuitatibꝰ.ſ.paſche:pẽthecoſtes ⁊ in feſto
enceniorꝝ.i.dedicatiõis tẽpli vnuſqſqꝫ pſen
tet ſe dño in hierl'm.⁊ offerre deberet hoſti-
as in lege determinatas.Et ſic nos cũ orõibꝰ
⁊ oblatiõibꝰ ſolẽnizare debemꝰ feſtũ dedica
tionis.vñ dr̃ Exo.xxiij.Non apparebis in cõ
ſpectu meo vacuꝰ.Si paupꝫ es offer deo cor
ꝯtritũ.ps.l.Sacrificiũ deo ſpũs cõtribulatꝰ
⁊c̃.Secũdo ꝓbaẜ in nouo teſtamẽto. Nam
xps pſonal'r viſitauit feſtũ dedicationis. vt
pꝫ.Joh.x.Facta ſunt encenia in hierl'ꝫ ⁊ hy-
ems erat.⁊ ambulabat ihs in tẽplo in porti
cu ſalomonis.Et qͣtienſcũqꝫ ihs hierl'm ve-
nit:freq̃nter pmo templũ viſitauit vt nobis
exemplũ daret.Vñ Greg.Oĩs xpi actio nr̃a
eſt inſtructio. Augu.Tota vita xpi in terris
quã p hoĩem geſſit:diſciplina morũ fuit.Se
quamur igitur xpm in nouo teſtamẽto ⁊ ſan
ctos patres veteris teſtamenti q̃ placuerunt
in hoc deo.Sic ⁊ nos ſperare debemus in h'
deo placere ꝙ deuote ⁊ letanter feſtũ dedica
tionis peragimus.Pro quo ſciendũ ꝙ gau-
diũ pñtis dedicationis repñtat nobis gau-
diũ futurũ in celo.In ſignũ huiꝰ flores ⁊ gra
mina ſparguntẜ:⁊.xij.cãdele q̃ ſignãt.xij.apo
ſtolos in parietibꝰ accẽdunẜ. altaria ⁊ ima-
gines decoranẜ.⁊ ſacerdotes induũt pcioſio
res caſulas:⁊ clerici canũt cantũ q̃ cantaẜ i
maioribꝰ feſtis Kyrieleyſon Sanctꝰ ⁊ Agnꝰ
dei.Et in aliq̃bꝰ eccleſijs cantaẜ in organis:
cytharis:⁊ cimbalis in eleuatiõe corpis xpi
ps.cl.Laudate dñm i tympano ⁊ choro: lau
date eũ i chordis ⁊ organo.Vñ ſciẽdũ ꝙ qñ
qs intrat eccl'iam cogitare dꝫ q̃re eccl'a ꝯſtru
cta ⁊ dedicata ẽ.ſ.vt deꝰ ibi adoreẜ a xpifide
libꝰ.ꝙ dr̃ domꝰ orõis.Hoc nõ cogitãt q̃ i ec-
cleſijs v'ba inutilia ⁊ q̃nqꝫ nociua pferunt.
Cõtra tales dr̃ in decre.Nõ dꝫ in loco orõis
intẽdere fabulis ocioſis.di.xxv.alias.Exem
plũ legiẜ de ſcõ Britio:q̃ vidit diabolũ ſcri-
bentẽ v'ba in eccl'ia ꝓlata.Vñ h' exẽplũ q̃re i
ꝓmptuario.xvi.E.Etiã aliq̃ ptrãſeũt eccl'as
quaſi beſtie.nec flectũt genua.Etiã aliq̃ ſupꝫ
be intrãt eccl'iaꝫ cũ lõgis caudis ⁊ manicis ⁊
ſpiſſis peplis,⁊ maſculi in ſciſſuris tortis cri
nibꝰ ⁊ argẽteis cingulis.⁊ ſup tales equitat
diabolꝰ.Job.xli.Ipſe ẽ rex ſup oẽs filios ſu
perbie.Exẽplũ de h' ſcribit Guil'.lugd.i ſum
ma vitiorꝝ ꝙ quidã vidit diabolũ equitãteꝫ
in longa cauda cuiuſdã ſupbe mulieris:q̃ de
cauda cecidit in lutũ:⁊ aliꝰ diabolꝰ riſit:⁊ ta
lia ſunt illicita ⁊ inhoneſta.Vñ in decre. dr̃
In eccleſia nihil debet agi inhoneſte,di,xlij.

Ergo q̃ncũqꝫ q̃s intrat eccl'iam:intrat eã re-
uerẽter ⁊ hũiliter:qꝛ ibi veraciter pſens ẽ in
ſacrõ xps:⁊ deũ deuote dꝫ inuocare orõibꝰ
ſuis.vñ Augu.in regula.In oratorio nemo
aliq̃d agat:niſi id ad qð factũ eſt:vñ ⁊ nomẽ
accepit.Vñ dr̃.Domus mea domus orõis.
Inſup ſciendũ ꝙ eccl'ie:cimiteria ⁊ monaſte
ria ſunt ab eccl'ia puilegiata.ſic ꝙ nullꝰ lai-
cus cuiuſcũqꝫ auctoritatis ſit dꝫ iuadere do-
na eccl'ie ⁊ parrochie ⁊ monaſterij.nec p viꝫ
ſibi vſurpare nec retinere ad vſum ſuũ oppo
ſitũ faciẽtes:ſiue nobiles ſiue ruſtici: nõ pro
ſperabunẜ in hac vita:qꝛ vt freq̃nter occur-
rũt eis infortunia:qꝛ ſic ſancti iudicãt ⁊ vin
dicãt ſe in eis:⁊ ꝯq̃runẜ regi celorꝝ ſup eos.
Et inſup tales ſunt excõicãdi.Vñ in decre.
dr̃.Inuadere bona clericorꝝ eſt inuadere bo-
na eccleſie.⁊ tales ſunt excõicandi.xij.q.ij.ec
cleſiarũ.xvi.q.i.ſi'r.Sed q̃ incendũt ⁊ fran-
gunt eccl'ias ⁊ monaſteria:ſunt ipſo facto ex
cõicati:⁊ poſt denũciationẽ ad papam mit-
tendi ſunt.Hanc ſniam nõ curant heretici:
qui heu iam plures eccl'ias ⁊ monaſteria cõ
buſſerũt.Et etiam qui defraudãt eccleſias ⁊
aĩas in teſtamẽtis ⁊ ſuffragijs grauiter pec-
cant:⁊ aĩe cõquerunẜ de ipñs. Vñ in decre.
dr̃.Multũ delinquũt qui differũt exequi te
ſtamentũ.xxiij.q.ij.Immo pſone fugientes
ad eccl'iaꝫ cũ ſuis rebus debẽt tueri ab eccle
ſia.Vñ de hoc dr̃ in decre. Qui fugientibus
ad eccl'iam dãna inferũt ſunt excõicãdi. xvij
q.iiij.diffiniuit.Exemplũ de illis q̃ ſibi vſur
pant bona eccleſie p fructum quere infra in
promptuario.xvij.E.Etiam tyrãni qui cum
potentia inuadũt eccl'ias qñ puniantẜ.Exẽ
plũ de hoc vide ibidem.xviij.E.Vñ etiaꝫ ſci
endũ ꝙ libenter debemꝰ viſitare dedicatio-
nes.Primo qꝛ ibi oraẜ a ſacerdotibꝰ ꝓ ipis
heri in veſperis:hodie i matutinis:i miſſis:
in tertia:in ſexta:in nona:⁊ in ſecũdis veſpe
ris.vt quiſq̃s hoc tẽplũ bñficia petiturus in
grediẜ:cũcta ſe impetraſſe leteẜ.Et etiã quo
tidie i qualibet miſſa oraẜ pro aſtantibꝰ in
canone.Et oĩm circũſtantiũ quorum tibi fi-
des cognita eſt ⁊ nota deuotio:ꝓ quibꝰ tibi
offerimus.Ergo ſalubre eſt ſingulis diebus
audire miſſam.qꝛ angeli illo die delectabil'r
moranẜ cũ illo hoĩe.⁊ plus ſollicite ſeruiunt
ſibi ⁊ cuſtodiũt ipſuꝫ.Et etiã ꝓſperabiẜ ille
hõ in agẽdis.Math.vi.Primuꝫ querite re-
gnũ dei ⁊ iuſticiã eiꝰ ⁊c̃.Secũdo propter in-
dulgentias cõſequendas:nõ propter laute
comedere:bibere:⁊ chorizare:nec propter lu-



dere:ſed ꝓpter indulgentias debemꝰ deuote
viſitare dedicationes:⁊ illũ diem in ſeruitio
dei expẽdere:ſcilicet audiẽdo miſſas: ſermo
nes:⁊ veſperas.Oppoſitũ faciũt qui intrãt
tabernam ⁊ inebrianẜ:vel qui circũſtant cho
ream ⁊ ſic iudicant hoĩes.⁊ miſſas negligũt
ſermonẽ ⁊ veſperas.⁊ ſic illũ diẽ expendunt
in ſeruitio diaboli.quia ſm ſermonẽ chriſti
Math.vi.Nemo poteſt duobus dñis ſerui-
re.Exemplũ de virgine cui cõfeſſor inhibuit
ne ampliꝰ chorizaret in publica chorea: que
poſtmodũ venit ad dedicationẽ.⁊ icepit cho
rizare:⁊ deus plagauit eaꝫ ꝙ in chorea ſubi
tanee obijt.Item aliud exemplũ quomõ mu
lier in chorea necata eſt cum baculo. Et hoc
quere in promptuario.xij.C.Item tibicen q̃
in chorea a fulmine extinctꝰ eſt.Et hoc q̃re
ibidem.xiij.C. Quantũ ad ſcðam partem
ſciendum ꝙ ex quo hodie peragiẜ dedicatio
huiꝰ eccleſie ⁊ cimiterij.tunc queriẜ qui ſunt
iſti quibus denegaẜ ſepultura in loco ſacro.
Reſpõdeẜ ꝙ multi ſunt.Et primi ſunt infi-
deles:pagani:heretici:iudei.de ꝯſe.diſtin.i.
eccleſiam.Secundi ſunt chriſtiani excõicati
xxiiij.q.ij.Sane ⁊ ſuper.Et ſm Guil'. etiam
notorij excõmunicati minori excõmunicatio-
ne.Tertij vſurarij manifeſti.extra de vſur.c.
Quia in omnibus.al's Quãq̃.lib.vi.Quar-
ti publici raptores.extra.eo.cap.Super eo.
Immo raptorꝝ ⁊ vſurariorꝝ oblationes non
ſunt recipiende.vt habeẜ extra de rapto.Su
per eo.Quinti q̃ in torneamẽtis moriuntur
Et exponit Hoſtieñ.Si q̃s etiã ibi vulnꝰ le-
tale acceperit:licet poſtea ſupuixerit:q̃ꝯuis
peniteat ⁊ ei eucharíſtia nõ denegatur: care
bit tñ eccleſiaſtica ſepultura:extra de tornea
men.c.i.Etiã duellum ⁊ candẽs ferrũ:quod-
libet illorꝝ eſt ꝓhibitũ.xxij.q.ij.Queriẜ.Se-
xti qui ſeipſos interficiũt.Immo tales dñt
ſepeliri ſubtꝰ patibulũ.xxiij.q.v.placuit.Se
ptimi publici blaſphemi dei ⁊ ſanctorꝝ.extra
de malediq.c.Statuimus.Nota capitulum
Octaui religioſi ꝓprietarij vtriuſqꝫ ſexꝰ.ex̃
de ſta.mona.c.Sup quoſdaꝫ.Noni famuli ⁊
nutrices iudeorꝝ ſi in ſeruitijs eorũ decedũt
Decimi meretrices:ſi in meretricio decedũt
Undecimi lictores in tali officio decedẽtes.
Duodecimi publici traditores.Tredecimi pu
blici luſores.Et nota iſta ꝯcludendo ꝙ gene
raliẜ nullus notoriꝰ de peccato mortali ſepe
liẽdus eſt in loco ſacro.Et hoc ſignanẜ locuꝫ
hꝫ ſi tales nõ ſunt recõciliati eccleſie p peni-
tentiam,Nam ſi recõciliati eſſent vel certa ſi

gna penitẽtie apparerẽt ſepeliẽdi ſũt:ſꝫ herẽ
des teneneẜ pro eis ſatiſfacere.xiij.q.ij.q̃bus
peccata dimiſſa.⁊.c.non extimemus.Quere
illam materiã diligenter.Decimiquarti pue
ri qui ſine baptiſmo moriunẜ. Circa quod
queriẜ vtruꝫ mulier pregnãs defuncta debe
at ſepeliri cũ puero.Rñdeẜ ſm Hoſtieñ. ſi ẽ
certũ ꝙ partus ẽ mortuus in vtero:tũc mu-
lier cũ partu ſepelieẜ.Si v'o certũ ẽ ꝙ partꝰ
viuit vel dubitaẜ de hoc.tunc mulier dꝫ ſci-
di prius.Et ſi viuꝰ ſit partꝰ:debet baptizari
ſi eſt mortuꝰ:extra cemiterium ſepeliri debꝫ
Etiaꝫ ſciendũ ꝙ ſepultura debet eſſe libera
Unde pcipiẜ vniuerſis clericis ſecularibus ⁊
religioſis ſub interminatiõe maledictõis eter
ne ne inducãt aliquos ad vouendũ ſiue iurã
dũ fide interpoſita ſeu al's ꝓmittendũ vt eo
rũ apud eccleſias eligãt ſepulturas:vel iam
electã vlterius nõ immutẽt:al's talis electio
irrita eſſet.Et q̃ ꝯtrã fecerit:ipſo facto eſt ex
cõicatus:⁊ nõ põt abſolui niſi a papa . extra
de ſepul.animarꝝ.li.vi.Queriẜ quid ſi taxeẜ
ꝓ quãta pecunia quis ponatur in tali eccl'ia
vel cimiterio.Rñdeo ſm Hoſtieñ. ſymonia
eſt.Itẽ ſi aliquid datur pro exequijs vel vigi
lijs mortuorꝝ:vtrũ cõmittaẜ ſymonia.Rñde
tur ſm Hoſtieñ.pro hmõi nihil dꝫ exigi:ſed
pie cõſuetudĩes debent obſeruari.extra eo.
ad noſtram.Quid cum datur clericis pecu-
nia vt vigilent ſuper defunctos : vel dicant
pſalteriũ.Rñdeẜ ſm Hoſtieñ.ſi recipiũt pe
cuniã vt vigilent:lꝫ ad vigilias ſeq̃tur orõ:
non eſt ſymonia.Si aũt de legendo pſalteri
um pactum fiat:ſymonia eſt.Quid ſi detur
pecunia ꝓ anniuerſario fiendo. Rñdeẜ ſm
Hoſtieñ.diſtinguendum eſt:quia ſi detur tẽ
porale ꝓ ſpirituali tanq̃ appreciatio eiꝰ: ſy
monia eſt.Si v'o nõ detur tanq̃ principale
precium:ſed vt inductiuũ deuotõis ⁊ ꝓ ele-
moſyna:licituꝫ eſt.Similiter ſi fieret pactũ
de miſſis legendis:ſymonia eſt.Item q̃ueri
tur vtrum ſacerdos poſſit recipere pecuniaꝫ
pro miſſis legendis quas ipſe in penitẽtijs
iniunxit.Reſpondetur ſm Hoſtieñ.non de-
bet miſſas quas ſic iniunxit celebrare : quia
ſpecies mali eſt.extra de vita ⁊ honeſta.cleri
co.Cum ab omni.Iteꝫ ſacerdos qui propter
temporalia principaliter adminiſtrat ſacra
menta:ſcilꝫ baptiſmi:extreme vnctionis pe
nitentie:⁊ ſignanter qui habet auctoritateꝫ
epiſcopi ⁊ dicit:gratis non habeo:nec abſol
uam te niſi in tantuꝫ dederis mihi.Talis ſa
cerdos cõmittit ſymoniam: ⁊ ipſo facto in-

currit excõmunicationem. Nihil em̃ pro ad-
miniſtratione ſacramentorum eſt exigendū
vt habetur extra de ſymo. nõ ſatis. ⁊ c. ſeq̃n
ti. Unde etiam dicit xp̃s in euãgelio. Mat.
xiiij. Gratis accepiſtis: gratis date. Nota
circa hanc materiam ſm̃ beatum Thomam
de aquino in q̃dam queſtione ad quolibet:
vt in diſpenſatione ſacramentorum ſymo-
nia euitetur tria ſunt neceſſaria. Primū eſt
vt fiat ex conceptione iuris diuini vel hũa-
ni: aut ſaltem pie conſuetudinis. Secundū
eſt vt ſit intentio pia ⁊ nõ corrupta. Tertiuꝫ
vt ſit forma honeſta: vt non req̃ratur añ pij
officij exhibitionem: ne pactū interuenire vi
deatur: ſꝫ expleto officio poterit exigi. Si igi
tur illa tria conueniant: ſecure recipiant.
Quantum ad tertiam parteꝫ ſciendū ꝙ deo
diſplicet ⁊ ſanctis qñ ꝓpter pecuniaꝫ praui
hoĩes ſepeliuntur in eccleſijs. Hoc oſtenſuꝫ
eſt in illo ep̃o qui ſepeliuit iniquū hoĩem in
eccl'ia ſancti Fauſtini martyris quõ poſtmo
dum ſubitanee obijt. Exemplū hoc quere in
fra in ꝓmptuario. i. S. Item ꝑuerſuꝫ homi
nem noĩe Ualentinū diaboli traxerũt cū fu-
nibus de eccleſia. Hoc quere ibidem. ij. S.
Item vſurarius ſepultus in monaſterio mo
nachos inquietauit. Exemplū de hoc quere
ibidem. iij. S.

Item de dedicatione ⁊ indulgentijs. Ser
mo. xlvi.

## Vere dominus eſt in loco

iſto. Gene. xxviij. Libenter debe-
mus viſitare eccleſiaꝫ. Primo ꝓ
pter preſentiam dei: q̃ hic eſt ve
raciter ſicut natus eſt de maria virgine: et a
mortuis reſurrexit in ſacramento. Ergo dici
tur. Uere dñs. Secundo ꝓpter indulgenti-
as quas hic homo mereri poteſt. Uñ loquẽ
do de indulgẽtijs tunc in preſenti ſermone
tria ſunt dicenda. Primo q̃d ſit indulgentia
⁊ vnde ortum habẽt indulgentie: ⁊ quis po-
teſt conferre indulgentias. ⁊ quare xp̃s de-
dit talem poteſtatẽ prelatis eccl'ie. Secũdo
que req̃runtur ad indulgentias conſequen-
das. Tertio alique queſtiones cum exẽplo.
Quantum ad primū indulgẽtia nihil aliud
eſt ꝙ̃ remiſſio pene ꝓ peccatꝫ debite. Uñ ſan
ctus Tho. in. iiij. di. xx. Indulgẽtie valẽt ad
remiſſionẽ pene reſidue poſt cõtritionẽ ⁊ cõ-
feſſionem. Pro quo ſciendū ꝙ in contritiõe
⁊ cõfeſſione remittitur culpa: ſed ſolutio pe
ne adhuc manet. q̃ ſm̃ magiſtrū ſen. li. iiij.
di. xxiiij. deus ex iuſticia impunitū nõ dimit
tit delictum. Unde Aug. Nullum malū im-
punituꝫ: aut hic: aut in futuro. In purgato-
rio opꝫ nos ſoluere penã ꝓ peccatis. ⁊ reſpe
ctu talis pene valent indulgẽtie. Itẽ querit̃
vnde indulgẽtie habent originem. Reſpon-
detur ꝙ ſunt q̃ttuor theſauri eccleſie vñ ille
indulgentie emanãt. Primus eſt theſaurus
reconditus ex ſuperabundanti merito paſ-
ſionis chriſti. quia illud merituꝫ ſufficiebat
ad infinitos mundos ⁊ ad infinitos homi-
nes redimendos: ⁊ de ſuperabundanti in-
dulgentie dantur. Secundus theſaurus eſt
genitricis dei marie que nunquam veniali-
ter nec mortaliter peccauit: ⁊ tamen multoſ
dolores ſuſtinuit: ⁊ ſpecialiter in morte filij
Lu. ij. Tuam ipſius aĩam pertranſibit gladi
us. Et de ſuperabundantia iſtius theſauri
dicũtur ille indulgentie erogari. Terti' the-
ſaurus eſt iohãnis baptiſte qui in vtero ſan
ctificatus erat. cuius cib' erãt locuſte ⁊ mel
ſilueſtre: ⁊ veſtis de pilis cameloꝝ: ⁊ inſuper
caput eius datum eſt ſaltatrici: ⁊ ſanctoruꝫ
apoſtolorum ⁊ omniū martyrū quorum ſan
guis ꝓ chriſto fuſus plus meruit ꝙ̃ eis fuiſ
ſet neceſſariuꝫ ad p̃miū. ⁊ de tali ſupfluo ſu
mit̃ illud vnde indulgẽtie dantur. Quartus
theſaur' eſt ſanctoꝝ confeſſorum: virginū ⁊
omnium electoruꝫ qui in ieiunijs: vigilijs ⁊
orationibus ⁊ caſtigatiõibus: peregrinatio
nibus deo fideliter ſeruiunt: quoruꝫ merita
ita fuerunt ſublimia vt lõge minora eis ſuf
feciſſẽt ad ſalutẽ: ⁊ ideo d' ipſoꝝ ſupfluo cete
ris pctõribus ꝓuident̃ indulgẽtie. Sed di-
ceres q̃ ſcti ſunt iã premiati in celo vltra cõ
dignū: ẜ nihil remãſit ſupfluū. R̃ñdet q̃daꝫ
doctor ꝙ q̃ölibet bonū opus in charitate fa
ctū ad duo ꝓficit. Prĩo ẽ meritoriū vite eter
ne: ⁊ ſic veruꝫ eſt ꝙ ſancti p̃miati ſunt vltra
condignū: q̃ hñt iam vitã eternaꝫ cui nulle
dant̃ hic paſſiones cõdigne: vt pꝫ ꝑ apl'm di
centẽ. ad Roma. viij. Nõ ſunt ꝯdigne paſſio
nes ⁊c̃. Scdo bonū op' in charitate factum
eſt relaxatiuū pene ꝓ peccatꝫ debite: ⁊ ſic ſan
cti ꝑ bona opera ⁊ paſſiones etiã meruerũt
relaxationẽ pene ꝓ pctis deputare. ideo quo
ad hoc nõ ſunt p̃miati: q̃ ipſe glorioſus do
minus noſter ieſus xp̃s peccatum non fecit
nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et etiaꝫ
glorioſa virgo maria nõ peccauit venialiter
nec mortaliter: ⁊ etiam ſanctus iohãnes ba
ptiſta nõ peccauit mortal'r: ⁊ ſancti apoſto-
li ⁊ ſancti martyres ⁊ ſancti ꝯfeſſores ⁊ ſan



cte virgines pauca peccata cõmiſerunt ⁊ tñ
multa bona opa ⁊ exercitia habuerunt labo-
rando: ieiunãdo: vigilando: caſtigãdo corꝑa
ſua: et inſuꝑ multas paſſiones ſuſtulerunt
q̃ ꝓ peccatis multoꝝ poſſent ſufficere. Et in
hoc cõcordat ſctũs Tho. in. iiij. di. xix. Quo
rum meritoꝝ tanta eſt copia ꝙ oẽm penam
debitã nũc viuẽtib' excedũt: ⁊ p̃cipue ꝓpter
meritū xp̃i. Itẽ q̃rit̃ cui cõmiſſus eſt theſau
rus eccl'e: et qui expendendi theſaurū eccl'ie
habent ptãteꝫ. R̃ñdetur ſm̃ ſctm̃ Tho. i. iiij.
di. xxiiij. ꝙ ſolus papa habet ptãtem plena-
riam ſuꝑ theſaurum eccleſie. Uñ d' extra de
peni. et remiſ. c. cū ex eo. Indulgẽtijs dãdis
ſummus põtifex habet plenitudinẽ poteſta
tis. Sꝫ ep̃i hñt limitatã ptãtem faciẽdi in-
dulgẽtias: nõ vniuerſalẽ. Itẽ querit̃ quare
deus dedit ſuo vicario. ſ. dño apoſtolico ⁊ e-
piſcopis talẽ ptãtẽ ſuꝑ theſauris eccl'e. R̃ñr
ꝙ q̃ntuplici rõne. Prĩa rõ vt oſtendatur dei
bonitas imẽſa ⁊ eius infinita miſericordia.
Et hec ẽ potiſſima cauſa. Nã de' per hoc oñ
dit ſe plus velle acceptare modicū op' ex cha
ritate factum. i. elemoſinam: orõnem: pere-
grinationẽ: ꝙ̃ ꝙ velit hoĩem pati penã ma-
gnã inuite. Secũda vt hoĩes per indulgenti
as moueant̃ ad opera pietatis exercenda: et
ad venerandas reliq̃as ſanctoꝝ: que organa
ſpũſſancti fuerunt. Placet em̃ deo honorare
ſanctos ⁊ reliq̃as ſanctoꝝ: q̃d oſtendit in h'
ꝙ miracula in p̃ñtia reliquiarū facit. Tertia
vt diuites delicati q̃ de minimis pẽis dolẽt
valde: ne deſperẽt cū penas purgatorij audi
ent ita horribiles eſſe dant̃ eis indulgẽtie ꝑ
elemoſinarū erogationẽ q̃d ſine dolore ĩ p̃ñ-
ti poſſit efficere ⁊ ſic penas purgatorij euadere
in futurū. Quarta vt pauꝑes cõſolarent̃: q̃
cū diuites faciũt elemoſinas: pauꝑes vtiq̃
cõſolant̃. q̃ dñs ſollicit' eſt pauperū q̃d oſtẽ
dit in hoc. Quinta vt de' ꝓbaret nr̃am fidẽ
quõ credamus in ſanctam eccl'am catholicã
et quõ credam' ꝙ dñs dedit tantam ptãtẽ:
p̃mo beato petro apoſtolo ſingulariť dicẽs.
Mat. xvi. Quodcũq̃ ſolueris ſuꝑ terram ⁊c̃. Et
candẽ ptãtem habet iam dñs apoſtolic' quã
habuit beatus petrus ⁊ cõſeq̃nẽter alij p̃la-
ti eccleſie. Et hoc quantum ad primã partẽ.
Quãtū ad ſecũdam partẽ querit̃ que requi
runt̃ ad indulgentias cõſequẽdas. R̃ñr ſm̃
btm̃ Tho. in. iiij. di. xx. quattuor requirunt̃.
Primo auctoritas dantis indulgẽtias. Sꝫ
ſi q̃ratur quis poteſt dare indulgentias. R̃ñ
det̃ papa habet plenitudinẽ poteſtatis. Nã
põt centum annos vel mille dare: imo poteſt
dare indulgẽtiaꝫ oĩm pctõrum vel dimidiaꝫ
vel ſeptimã partem pctõꝝ: ⁊ breuit̃ inq̃ntum
vult põt dare. ſꝫ ep̃i hñt auctoritatẽ limitatã
qñ dedicat̃ eccl'a nõ debẽt nec p̃ñt dare vltra
annū. In ãniuerſario vo dedicationis aut ex
alia quacũq̃ cauſa nõ p̃ñt dare indulgenti-
as niſi. xl. dierū. extra de peni. et remiſ. Cum
ex eo. Utrū p̃lati aliq̃ñ. ſ. abbates: prepoſiti:
decani: priores p̃ñt dare indulgentias. R̃ñr
ꝙ non. Unde hoc habetur in iure canonico.
Non inferiorum: ſed tm̃ epiſcoporum eſt da
re indulgẽtias. extra de peni. et remiſ. Cum
ex eo. Sed ſciẽdū ꝙ tales prelati p̃ñt cõfer-
re fraternitateꝫ ⁊ bñficia ordinis vel mona-
ſterij ſui: que participatio valet homini ĩ vi
ta et poſt mortem ſic ꝙ quicq̃d boni ſit in to
to ordine per fratres et ſorores: ſi generalis
ordinis dat vel in tota prouincia: ſi prouin-
cialis ſit. vel in monaſterio ſi abbas vel pri-
or ſcilꝫ celebrando: legendo: cantando: oran-
do: vigilando: ieiunando: et ſic de ſingulis.
De quolibet enim bono opere talis habet ſpe
cialem participationẽ, in vita ſi eſt in gratia
vel ſingulare ſubleuamen ſi eſt in purgato-
rio. Secũda eſt cauſa rationabilis. Pro quo
ſciendū ſm̃ beatum Thomã ꝙ cauſa q̃re dã
da ſit indulgentia debet eſſe honor dei: ⁊ vti
litas eccleſie: ſiue vtilitas proximorū. Et qñ-
cunq̃ illa concurrunt tunc prelat' habet cau
ſam ſufficientem ad dandum indulgentias
Tertium eſt ꝙ recipiens indulgentias ſit in
gratia. Nam indulgentie non proſunt exi-
ſtenti in quocũq̃ peccato mortali de quo nõ
eſt contritus nec confeſſus: nec habet ꝓpoſi
tum dimittendi. Nec valent excõmunicato
maiori excõicatiõe niſi ſit abſolutus. Quar-
tum eſt ꝙ faciat illud ꝓ quo indulgentia da-
tur. Unde queritur ſi indulgentia valeat ei
qui eſt in gratia et libent̃ faceret illud pro q̃
datur: ⁊ nõ poteſt. R̃ñdetur ſm̃ Tho. in. iiij.
di. xlv. Non. q̃ indulgẽtia datur ſub hac for
ma. ſ. vt faciat vel det hoc vel illud. Iſta q̃t-
tuor iam dicta requirunt̃ ad indulgentiã cõ
ſequendam. ⁊ ſi vnū de his quattuor defue-
rit nihil cõſeq̃tur. Quãtū ad tertiã partẽ po
nende ſunt aliq̃ queſtiões. Et primo querit̃
an q̃s totiens habeat indulgentias quotiẽs
intrat eccl'am vbi poſita ẽ indulgẽtia. R̃ñde
tur ſm̃ ſanctū Thomam. in. iiij. diſtin. xxiij.
Aliquando indulgentia determinata eſt ad
tempus: puta quicunq̃ vadit ad talem ec-
cleſiam vſq̃ ad tale tempus habeat tantum

be indulgētia.⁊ tūc intelligiť ſemel tm̄. Ali
qn̄ eſt indulgentia pennis ſicut in eccl'ia ſcti
petri rome quadraginta dierū. ⁊ tūc qͦtiens
quis vadittotiens idulgētiā cōſequiť. Item
queriť vtrū qui ꝓpe ecclam morať etiam cō
ſequať indulgētias ſicut qui a remotis vēit
Rn̄deť ſm ſctm̄ Tho.in.iiij.diſ.xxiiij. Ille q̇
eſt vicinꝰ eccleſie et etiā ſacerdotes et clerici
conſequunť tantam indulgentiam ſicut ille
q̇ venit a mille dietis.q: remiſſio nō ꝓporti
onať labori.ſed meritꝫ que diſpēſanť:ſed ille
q̇ plus laborat:plus acq̇rit de merito eēntia
li. Utrū religioſi pn̄t mereri indulgentias.
Rn̄det Thomas. Quāuis religioſus ſit i ſta
tu pfectionis.tn̄ ipſe ſine peccatis venialibꝰ
viuere nō poteſt.Et ideo ſi aliquando ꝓpter
petm̄ reus ſit alicuius pene:pōt per indulgē
tias ad hoc expiari. que etiā ſi ſit indulgētia
de dando:poſſunt dare ſi habent adminiſtra
tionem:vel aliq̇d dandi a ſuis p̄latis pete
re. Item queriť quantū valent indulgentie.
Rn̄deť ſm Tho.in.iiij. Indulgētie ſimplici
ter intantū valent quantū ſonāt. Ualēt igr̄
omnibꝰ ſuſcipiētibꝰ quadraginta dies idul
gentie intantū quātū valent eidē quadragi
ta dies penitētie in pn̄ti. nō tn̄ equaliter oī
bus : ſicut nec quadraginta dies penitentie
equaliter valent oibus. Nā ſicut in mūdo.xl.
dies penitētie plus valent vni perficiēti cū
maiori labore et feruore ſeu afflictione ꝙ al
teri cū minori.ita quadraginta dies indulgē
tie plus valent illi qui ſe ad eam diſponit cū
maiori labore afflictōe:feruore:ſeu dati quā
titate ꝙ alteri qui cū miori. Unde ſequitur
ꝙ duo ſimul quadraginta dies ſiue ānū ſiue
centū ſiue mille annos cōſequunť:et vni de
let plꝰ penā purgatorij ꝙ alteri. Siſr ſi ē in
dulgētia ad dimidiā partē.vel ad quartā vł
ſeptimā partē peccatoꝝ quo ad penā: tūc in
tantū valet ꝙtum valet penitentia facta ſuf
ficiens ꝑ tantorū peccatorū quātitate.Et iō
de iſta portione nō habebit penam in hoc ſe
culo neqꝫ in futuro. q: deus nō punit bis in
idipſum. ſimiliter ſi ſonant indulgentie ad
totum cumulū peccatorū.tunc omne debitū
auferť:nec ꝓ hoc amplius habebit penā ne
qꝫ in preſenti ſeculo neqꝫ i futuro. Unde pa
pa ex cauſa que cōcernit honorē dei et vtili
tatē eccl'ie ⁊ proximorū poteſt dare indulgē
tias prout vult vel pro toto vel ꝓ parte. Cir
ca quod queriť q̇d ſit de illo qui cōſequiť ge
neralem indulgentiā poſitam per papā. Re
ſpondeť ſm Hoſti.ſtatim in celū euolat ſi in
tali ſtatu decedat:q: nullū impedimētum eſt
aſcēdēdi in celū ex quo quis moriť in gr̄a ni
ſi ſolutio pene. Et dicit btūs Tho. ꝙ q̇ idul
gētias ſuſcipit nō abſoluiť ſimpl'r a debito
pene:ſʒ dať ſibi de theſauro eccl'e vn̄ debitum
ſoluat. Ergo cū remiſſa eſt pena illa tota ex
theſauro eccl'ie ꝑ indulgētias.idē ē ac ſi eēt
ꝑ ipm̄ hoiem ſoluta ⁊ ſic iuſticie dei ſatis ē
factū. Un̄ ꝯſulendū eſt illis qui multa pctā
cōmiſerūt:et ꝑuā pniam reſpectu pctōꝝ ꝑfe
cerūt vt diligēter querāt indulgētias: q: qcq̇
quid ſupeſt:in purgatorio lugebūt:q: nullū
petm̄ impunitū. Quātūcūqꝫ em̄ ꝑuū ſit pec
catū:opꝫ ꝙ ſatiſfaciat iuſticie dei: aut h̄ aut
in futuro in purgatorio. Et pena purgatorij
eſt grauiſſima q: ſi vnū hauſtū ſine neceſſita
te bibis:vł de mane ſano corpore aue maria
qn̄ pulſať: vel primā miſſam ex pigritia ob
dormis:vel vnū ſermonē ſine cauſa neglig
vel veſpas vel vides libēter chorizare: haſti
ludere: aut pl'chras puellas:aut ornatas:āt
rides ex leuitate:aut iocos exerces: vł verba
inutilia aut ſcurrilia ꝓfers:⁊ ſic de ſingulis
q: ꝑ vno pctō veniali ſuſtinebis. maiorē pe
nā in purgatorio ꝙ ſanctꝰ laurētius ſuſtinu
it i craticula. Un̄ Aug. Grauiꝰ eſt eē i purga
torio ꝙdiu oculꝰ claudi ⁊ apiri poſſit ꝙ illa
pena quā ſanctꝰ laurētiꝰ ſuſtinuit in craticu
la. Et alique aīe tā lōgo tp̄e ibi punienť q̇dā
xx.aut.xl.annis plus vel minꝰ:immo alique
cētū annos vel mille vel vltra. vn̄ Richard.
de ſancto victore. Aliq̄ chriſtianoꝝ aīe vſqꝫ
ad finē mundi ad ignem purgatorij ex dei iu
ſticia ſunt deputate.vn̄ Ceſarius in dialogo
ſuo ſcribit de quadā aīa q̄ per duo milia āno
rū fuit ad purgatoriū deputata: ſed ꝑ ſuffra
gia xp̄ifideliū in duobꝰ annis fuit liberata.
Itē legiť de quadā virgine q̇ fuit ſoror ſctōꝝ
martyrū coſme ⁊ damiani: ꝙ ꝓ vno veniali
peccato.ſ. q: audiuit cū aliq̄li delectatōe can
tare ⁊ chorizare in platea de ſero qn̄ debebat
ire dormitū:ꝑ q̇ndecim dies debebat puniri
in purgatorio. Hoc aduertere deberēt chori
zātes ⁊ etiā circūſtātes choreā viri et mulie
res. Modo ad talē acerbā penā tollendā va
let indulgentia. nam ſi quis per centū ānos
vel mille annos deberet puniri in futurum
totam penam in preſenti poteſt exoluere ꝑ i
dulgentias. Modo pōt contingere ſi niſi ꝑ
tres dies in purgatorio deberes puniri:libe
ter romam ires in pane ⁊ aqua et nudis pe
dibꝰ: vt tu ab illa pēa poſſes ſupportari. De
acerbitate pene purgatorij nota illō exēplum
Erat quidam puer nouē annoꝝ ſatis facetꝰ
in verbis ⁊ factis. q̇ incidit in grauē infirmi
tatē:⁊ ſic obijt:⁊ poſt mortem apparuit ma
tri multū lamētabiliter:⁊ maṫ queſiuit quō
ſe haberet. rn̄dit. in maximis penis ſum. Et
maṫ. Quāte ſunt pene tue. Puer rn̄dit horri
bile vbū dicēs. Si oēs carbones quos om̄s
carbonarij in vniuerſo mundo a tēpore nati
uitatis xp̄i vſqꝫ hodie arſerūt.in vno cumu
lo iacerent ⁊ arderent:⁊ tu dilecta mater in
medio cumuli ſtares ⁊ arderes:nō tātas pe
nas ſuſtineres ſicut ego iam i purgatorio ſu
ſtineo. Qō aūt ſit tanta pena purgatorij pro
bať ex decre. Igni purgatorio nulla pena tē
poralis cōparabilis eſt. di.xxv. Qui in aliud
O chriſtiane quō audes ſciēter mēdaciter ꝑ
deum iurare aut blaſphemare deū:maledice
re ꝓximo:ieiunia ſoluere:vota frāgere:luxu
riari:inebriari:res iniuſtas acq̇rere. Mater
queſiuit puero. Un̄ meruiſti tantā acerbam
penam cū ſatis obediēs fuiſti ⁊ libenter ora
ſti:nec iuraſti:nec maledixiſti . Puer rn̄dit.
Ego cōſueui accōmodare denarios:⁊ hallē
ſes a familia tua:⁊ inde emi pira:poma:⁊ nu
ces:⁊ qn̄ hoſpites honeſtos habuimꝰ: ⁊ cum
dederūt mihi denarios vł hallēſes:tūc exol
ui econuerſo. mō ſic obij ꝙ nō oēs exolui: iō
talem penam ſuſtineo. Et mater. Poſſum ne
ego tibi in aliquo ſuffragari. Puer reſpōdit
Si exolueres ꝓ me tales denarios:ſtatim li
berarer. Et ſic puer diſparuit. Maṫ ſtatī vo
cauit ad ſe familiam dicēs. Uolo per obediē
tiam vt cōputetis mihi debita pueri mei. Et
oibꝰ cōputatis:tūc puer nouem hallēſes in
debitis poſt ſe reliq̇t:⁊ mater ſtatim ꝑſoluit
⁊ eodē die puer ſecūdario apparuit matri le
te dicēs. O maṫ dilecta gr̄as ago tibi exquo
debita ꝓ me ſoluiſti a purgatorio me libera
ſti. Jam celos introibo vbi deū fideliť ꝓ te ⁊
pro patre meo orabo ⁊ ꝓ fratribꝰ meis ⁊ ſo
roribus ⁊ amicis meis ſupplicabo.

De dedicatiōe ſiue nouo anno. Ser.xlvij.

Omū tuā decet ſanctitu
do ⁊c̄. p̄s.xcij. Ariſt.viij.eth. Qui
dam ſunt diſpoſiti ad v̄tutes ex
natura.q̇dā ex cōſuetudine.q̇dam
ꝑ doctrinā. Modo ſmones fiūt vt audien
tes retrahanť a vitijs ⁊ diſponanť ad virtu
tes:⁊ hoc nō fit ſine gr̄a. Joh.xv. Sine me
nihil poteſtis facere. Un̄ Gre. Inuanū labo
rat lig̃ua doctoris niſi cooperet ei gr̄a ſalua
toris. Ergo inuocemꝰ v̄ginē btām ⁊c̄. Un̄ in
pn̄ti ſermone tria ſunt dicenda. Prio de tri
plici domo. Secundo aliqua ꝓ informatōe
noſtra. Tertio exēplum. Quantū ad primam
partem ſciendum ꝙ triplex eſt domus:⁊ q̇li
bet illarū debet eſſe ſancta. Prima eſt domꝰ
materialis.ſ. eccl'ia q̇ ꝯſtructa eſt cū elemoſy
nis chriſtifideliū ⁊ ab ep̄o i honore. N. dedi
cata:ſicut hodie annua dies dedicatiōis hu
ius domꝰ celebrať. Et in tali domo nō debēt
fieri locutiōes inutiles:nec q̇cq̄ inhoneſtum
etiā mercatio. Joh.ij. Nolite facere domum
patris mei domū negociatōis. Et cimiteriū
gaudet eadem emunitate. Unde diciť in de
cre. Mercatio non debet fieri in loco ſacro.
xvi.q.vij. q: ibi in cimiterio requieſcunt plura
corpora ſctōrum quoꝝ anime iam cū chriſto
regnant in celo. Sed orandū eſt in cimiterio
pro ibi ſepultis quoꝝ anime adhuc in pur
gatorio ſunt. Scd̄a eſt domus ſpiritualis.i.
ad Coꝝ.iij. Templū dei ſanctum eſt qō eſtis
vos. Unde cor dr̄ quaſi camera omnipoten
tis regis.nam q̇cūqꝫ eſt in gr̄a ille eſt tēplū
ſpūſſancti.⁊ q̇cūqꝫ in mortali pctō eſt: in il
lo habitat diabolꝰ. Un̄ xp̄us eiecit de maria
magdalena ſeptē demonia.de qua dicit bea
tus Greg. Maria magdalena ſeptem demo
nia habuit q̇ vniuerſis vitijs plena fuit. Un̄
etiam Ber. ſuper Canti. Ubi nempe peccatū
dimittiť ibi ꝓculdubio diabolꝰ a corde pec
catoris repellitur. Et illa domus ſpūalis dꝫ
eſſe ornata ⁊ depicta cum diuerſis virtutibꝰ
Un̄ Ariſto. Uirtuoſitas beatiſſima eſt vita.
Unde etiam Grego. in morali. Abſit ꝙ tan
ta ſit delectatio in vitijs quanta in virtuti
bus. Tertia eſt domꝰ eternalis ſiue celeſtis.
de qua diciť in p̄s. Beati qui habitāt in do
mo tua dn̄e ⁊c̄. In illa domo celeſti noſcimꝰ
⁊ diligimꝰ nos mutuo:⁊ vnuſquiſqꝫ hꝫ ſpe
ciale gaudium de quolibet ſancto. Un̄ magi
ſter ſentē.li.iiij.di.xlix. Per charitatem q̄ in
ſingulis erit perfecta tm̄ quiſqꝫ gaudebit d̄
alterius bono ꝙtum gauderet ſi haberet in
ſeipſo:⁊ ideo pre multitudine gaudiorū vi
detur electis tp̄s multū breue. Un̄ p̄s. lxxxix
Quoniā mille anni ante oculos tuos tanꝙ
dies heſterna que preterijt. Quantum ad ſe
cundā partem iſtius ſermonis ꝓ dedicatio
ne ſiue etiā pro nouo anno intendo cuilibet
homini auem ſpālem aſſignare. Et prīa auis
erit aquila: ⁊ illa conuenit nobilibus:q̄ ha
bet tres ꝓprietates quas debent hr̄e nobi
les. Prima ꝓprietas eſt ꝙ altius volat cete
ris auibus:attamē infra ſe videt ad terram

Sic nobiles principes ꝙ̄ꝙ̄ exaltentur super
alios hoies in dignitate ⁊ honore tñ debent
infra se videre ad terrã. q2 mortales sunt et
de terra creati ⁊ in terram reuertẽtur. Unde
Eccle.vij. Memorare nouissima tua ⁊ ieter
num nõ peccabis. vñ Ber. Cogita vnde vene
ris ⁊ erubesce: vbi es: ingemisce. quo ꝓperas
⁊ ptimesce. Item plati dñt cogitare quotidie
de rõne reddẽda ꝓ se ⁊ subditis suis in die
iudicij. Sap.vi. Iudiciũ durissimuꝫ fiet his
qui psunt. Scda ꝓprietas aquile est ꝙ pre
dam cõdiuidit alijs auibus. ⁊ sola nõ come
dit. Sic nobiles ⁊ principes debẽt cõdiuide
re bona tẽporalia subditis ⁊ alijs pauperib⁹
Uñ xps in euãgelio. Lu.xi. Quod supest da
te elemosynã: ⁊ xps reputat sibi factũ quod
pauperi fit. vñ Math.xxv. Qd vni ex mini
mis meis fecistis mihi fecistis. Oppositũ
faciũt q bona sua histrionib⁹ dant poti⁹ ꝙ̄
pauperib⁹. Aug. histrionib⁹ dare est demo
nibus immolare. Tertia ꝓprietas est ꝙ pul
los suos cõtra radios solis ꝓbat qui clarevi
dẽt aut q lippos oculos habẽt. Sic nobiles
debent ꝓbare pueros suos vtrũ apti sint ad
litteras vel ad studiũ ⁊ ad sapientiam: ⁊ de
bent eos coartare vt studeant quõ seipsos ⁊
alios regere debeãt. Secũda auis est philo
mena: q cõuenit sacerdotib⁹ ⁊ religiosis. Nã
philomena dulciter de nocte cantat. vñ Am
bro. in li. exameron dicit ꝙ i estate qñ philo
mena residet sup oua sua i nocte ꝓpter tedi
um qd h3 incipit alacriter cantare ⁊ multuꝫ
dulciter: ita ꝙ homo tristatus posset recrea
ri: ⁊ griseas ⁊ simplices vestes portat. sic sa
cerdos ⁊ religiosi in media nocte debent sur
gere: aut de mane ⁊ cantare ⁊ laudare deũ i
hymnis ⁊ canticis: vt dicere possint cum da
uid vt habet in ps. cxviij. Media nocte sur
gebã ad cõfitenduꝫ tibi. Et etiam debẽt por
tare vestes humiles ⁊ deuotas: nõ preciosas
nõ varioꝝ coloꝝ. Uñ hoc hr̃ in iure canoni
co. Clerici viridibus ac rubeis vestimentis
non dñt vti. extra de vita ⁊ hone. cleri. Offes
ramus. Tertia auis est cygnus: q cõuenit se
nibus ꝓpter tres ꝓprietas suas quas habꝫ
Primo cygnus est albus in plumis. Secun
do niger in cute. Tertio h3 longuꝫ ⁊ obliquũ
collum. Illa tria debent esse in senibus tam
viris ꝙ̄ mulieribus. Primo senes debẽt esse
albi. i. puri ⁊ mundi mente ⁊ corpore. Uñ di
citur in decre. Quãto senes sunt morti vici
niores: tanto dñt esse puriores di.lxvi. Tã
ta. Secundo debent esse nigri in cute. i. hũi
les sic ꝙ non supbiãt de bonis operibus si q̃
fecerunt in iuuentute: sicut quidã quotidie
iactant se fuisse ad sctm̃ iacobũ: vel in aquis
grana. periculosum: eñi est se extollere in bo
nis operib⁹ Greg. Quisq̃s reminiscendo qd
gessit dum se apud se erigit. apud auctorem
humilitatis cadit. Tertio cygnus h3 collum
obliquũ ⁊ longũ in quo designatur sapiẽtia
Uñ pictores depingũt viruꝫ sapientẽ cũ col
lo obliquo ⁊ longo: ideo vt sapiens d3 ꝓmo
premeditari bis aut ter quid loquat: aut qñ
aut vbi loqtur: vtrũ sit vtile aut licitũ vel ho
nestũ: aut bonũ: aut verũ. Sic senes in q̃bus
debet regnare sapientia verboꝝ ⁊ disciplina
bonorum moruꝫ debent premeditari quid ⁊
quomodo loquãtur coram iuuenibus: q2 iu
uenes vt cõmuniter diu retinẽt verba senio
rum: ergo senes debent ꝓferre verba bona ⁊
edificatoria sic ꝙ filij ⁊ filie post viginti ãnos
possint dicere: h' audiui a patre meo: a mre
mea: a cognato meo: ⁊ sic de singulis. Oppo
situ aũt faciũt inueterati dierũ viri ⁊ mulie
res qui cũ actum amplius nõ possunt ꝑfice
re: tñ delectant in preteritis pctis ⁊ gloriãn
tur in malis suis loquẽdo verba impudica
coram iuuenibus ⁊ puellis eos scandalizan
do. Math.xviij. Ue hoi per quem scãdalum
venit. Item qui scandalizauerit vnuꝫ de pu
sillis istis q in me credũt. expedit ei vt suspẽ
datur mola asinaria in collo ei⁹ ⁊ demergat
in ꝓfunduꝫ maris. Quarta auis est apis et
cõuenit iuuenib⁹: q2 apes in opatiõe est val
de fructuosa ⁊ ꝯtinue laborat quãdo tẽpus
habet: ⁊ volat sup rosas ⁊ sup lilia ⁊ sup flo
res ⁊ liquorẽ quẽ sugit ex his q conuertit in
mel ⁊ obedient seq̃t regẽ suũ: sic iuuenes de
bẽt hr̃e illas cõditões. Primo eñi dñt insiste
re laborib⁹ ⁊ discrete laborare nũq̃ ociosi eẽ
q2 homo ociosus non est dignus pane quo
vescitur. Apostolus. Qui nõ laborat nõ mã
ducet. Item ociositas inducit multa pecca
ta: q2 ociositas ⁊ voluptas arma sunt diabo
li ad miseras animas captiuãdas: vt habe
tur extra de renun. Nisi cum pridẽ. Itẽ sicut
volat super rosas: sup lilia ⁊ flores: sic iuue
nes debẽt attẽdere probos ⁊ deuotos homi
nes: ⁊ recipere bonum exemplũ ab illis. Ab
illo exẽplũ humilitatis. ab illo exemplũ pie
tatis. ab illo exemplũ deuotõis: ⁊ mane sur
gere orare: elemosynas dare: ecclĩas frequẽ
tare: missas ⁊ sermões audire: festiuare: ⁊ sic
de singulis. Uñ in decre. Ea exẽpla sunt ma
gis imitãda que sunt plus pia. di.ix. Sana



quippe. Itẽ sequũtur regem et ei obediunt:
sic pueri debent sequi parẽtes in bonis ⁊ eis
obedire in licitꝭ ⁊ honestis. Quinta auis ẽ co
lũba q cõuenit illis q sunt in mrĩmonio ꝓpt
ꝓprietates quas h3 ⁊ sunt tres. Primo due
se sociãt. Secũdo fetus multiplicãt. Tertio
fetũ fidelit nutriũt: sic i mrĩmonio simul de
bent esse cõiũcti. vnde Math.xix. Jam non
sunt duo: sed vna caro. Itẽ actũ matrimonij
debent ꝓpter ples ꝑficere. Unde Gen.i. Cre
scite et multiplicamini. Itẽ pueros fideliter
debent nutrire: et eos in bonis edocere. s. pa
ter noster: aue maria: et simbolũ fidei ⁊ decẽ
ꝑcepta. Et si delinquũt debẽt eos corrigere:
alioqn peccata pueroꝝ in parẽtes redũdãt.
Apostolus ad roma.i. Digni sunt morte nõ
solũ faciẽtes: s3 etiã cõsentiẽtes facientib⁹.
Sexta auis est turtur ⁊ cõuenit virginib⁹ ⁊
viduis ꝓpter ꝓꝑetates qs h3. Nã turtur est
auis casta sic virgines debent esse caste men
te ⁊ corpe ⁊ sic ducũt vitã ãgelicã. vñ Hiero.
In carne pter carnem viuere nõ est hũanũ
s3 ãgelicũ. Itẽ turtur eligit sibi granuꝫ purũ
et triticeũ: et nõ curat cadauer sicut coruus:
sic virgines debẽt sibi eligere christũ in spon
sum: q se in euãgelio assimilat grano tritici
⁊ sic ṽgines sunt spõse christi et regine celi.
Uñ in ps. xliiij. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato. vnde Aug. Gaudia ṽgi
nũ xp̃i sunt de christo: cũ christo: per xp̃ꝫ: ꝓ
christũ: ꝓpter xp̃m. Item turtur quãdo per
dit maritũ tũc nũq̃ assumit sibi aliũ: nec sup
ramũ viridem amplius sedet: nec aquã pu
ram bibit. Sic vidua postq̃ perdit maritꝰ
debet eligere sibi statũ viduitatis q h3 fru
ctum sexagesimũ: cũ stat⁹ mrĩmonialis habꝫ
fructũ tricesimũ: s3 virginũ habet fructũ cẽte
simũ. Itẽ turtur qñ perdit maritũ tunc habꝫ
gemitũ ꝓ cantu: sic vidue debẽt peccata sua
deplangere: nec ampli⁹ turpia ṽba ꝓferre: s3
orationi insistere. Itẽ turtur caret felle: sic vir
gines ⁊ vidue debent eẽ mites et nõ iracun
de exẽplo marie que est mat virginũ ⁊ vidua
rũ ⁊ oim̃ mulierũ. Septima auis est grus ⁊
cõuenit famulis ⁊ ãcillis ꝓpter propetates
suas. Nã grues habẽt regẽ cui oẽs obediũt.
Item habent custodem et vigilem de nocte
q custodit regẽ cũ ceteris. Et iste vigil a na
tura habet illã ꝓuidentiã ꝙ recipit lapides
in pedẽ dextrũ ⁊ stat sup sinistrũ: et q̃ cito in
cipit dormitare tũc lapis cadit de pede ⁊ sic
euigilat: et qñdo aliqd audit tunc clamat:
et sic omnes euigilant et euolant et euadũt
periculum. Sic serui et ancille debent obedi
re dominis et dominab⁹ suis in licitis ⁊ ho
nestis. vnde apostol⁹ ad Ephe.vi. Serui obe
dite dominis vestris sicut christo: q2 christ⁹
dabit ipsis verũ premiũ in celo pro laborib⁹
suis. Item debent esse vigiles et diligent cu
stodire res dominoꝝ suoꝝ et pre oculis ha
bere vt satisfaciant sponsioni quã fecerũt ꝓ
mouendo bonum dominorũ suorum: et pre
ueniendo damnũ inq̃tum poterunt. Ex qui
bus patet ꝙ illi non satisfaciunt promissio
nibus suis qui furtiue subtrahunt ⁊ occulte
comedũt: vel alijs personis dãt res dñorum
suoꝝ ꝫ volũtatẽ eoꝝ. et ipsi serui ⁊ ãcille ⁊ cẽ
q recipiũt ab eis tenẽtur restituere si volunt
verã pniam de peccatis agere. q2 nõ dimitti
tur pctm̃ nisi restituat ablatũ. Quãtũ ad ter
tiam partẽ isti⁹ sermonis nota exẽplũ de q
dam opario q orauit ꝓ diuite pro pcio diur
no: ⁊ sic diues saluat⁹ ẽ. Hoc qre infra i ꝓm
ptuario exẽploꝝ. iij. L. Item quõ in morte
diuites qñq̃ abijciũtur: ⁊ paupes qñq̃ exal
tant. Hoc exẽplũ qre ibidem. xlix. P.

¶ De duodecim fructibus misse. Sermo.
xlviij.

**Ecce ego vobiscũ sum oĩ**
e die vsq̃ ad cõsummationẽ seculi
Mat.xxviij. Johãnes de sancto
Geminiano dicit. Sicut corp⁹ ni
hil valet sine societate aĩe ex eo ꝙ caret vita
naturali: attestante Aristote. de aĩa. Egredi
ente aĩa de corpore corpus marcessit et expi
rat ita anima nihil valet sine societate dei:
ex eo ꝙ caret vita spirituali. Unde dicitur i
decre. De⁹ est vita anime. de pe.di.i. Si aliq̃
Expedit ergo nobis ⁊ omnino necessariũ est
ꝙ deus sit nobiscũ. Tũc aũt de⁹ erit nobiscũ
quando diligenter et deuote audimus mis
sam. Unde dicit. Ecce ego ⁊c. Unde in ꝑsen
ti sermone dicẽdũ est de duodecim fructib⁹
quos quis consequitur qui deuote et diligẽ
ter audit missam: vt sic alliciantur grossi ho
mines ad intrandum ecclesiam qui stant in
foro vel in cemiterio: et raro audiunt missaꝫ
etiam in dieb⁹ dominicis. Prim⁹ fructus est
ꝙ q̃tum spacium terre si homo interim trã
siret ⁊ totũ daret in elemosinã: nõ tantũ pro
desset sicut deuota auditio vni⁹ misse. Quid
tunc qñ in vno die quattuor vel sex audit. Si
quis daret vnum pratum vel vnum agrum
propter deum: talis putaret se magnum o
pus fecisse. Modo infra celebrationẽ vnius

miſſe poſſꝫ quis ꝑtrāſire plura prata. vł plu
res agros. O quot miſſas neglexiſti de ma
ne diu dormiēdo: in cemiterio vel in foro ſtā
do: vel in taberna ſedēdo tpe diuinoꝝ. Se
cūdus fructꝰ ꝙ angeli delectabilit̄ morātur
cū illo hoīe ꝛ ſollicite eū cuſtodiunt: qꝛ ipē fe
cit ſe sociū ipoꝝ āgeloꝝ in aſſiſtēdo ꝛ laudā
do regē angeloꝝ ꝛ hoīꝫ. Ambroſiꝰ ſup Luc.
Non dubites aſſiſtere āgelos qn̄ aſſiſtit xp̄s
in altari. ſ. qn̄ immolat̄. Un̄ angeli cuſtodi
unt illo die hoīeꝫ illū quo die audit miſſam
vbicūqꝫ locoꝝ in mēſa: in lecto: in cāpo: i la
bore. Et ſic erit meliꝰ cuſtoditꝰ illo die in cor
pore ꝛ in aīa. p̄s. xc. Angelis ſuis deus māda
uit de te ꝛc̄. Tertiꝰ fructꝰ ꝙ q̇ in venialibus
peccatis eſt ꝛ deuote viſitat eccl'iam audien
do miſſam: venialia peccata ſibi dimittūt̄: ꝛ
h̄ fit multiplr̄. Primo cū intrat eccl'am ꝛ de
uote recipit aquā bn̄dictā. vt hr̄ de cōſe. diſt.
iij. aquā ſale. Secūdo dicēdo. Confiteor cuꝫ
ſacerdote illi q̇ ſciūt. Tertio quotienſcunqꝫ
audit nomē ieſus vel maria in collecta: i epi
ſtola: in euāgelio: ꝛ deuote flectit genua: ꝑcu
tiendo pectꝰ ſuū: totiens dimittunt̄ ſibi pec
cata ſua venialia. Quarto in eleuatiōe qn̄ vi
det corpus chriſti eleuare in miſſa: q̇ ſignifi
cat eleuationē chriſti in cruce: ꝛ ſic deuote ꝑ
cutit pectus ſuum. Quīto poſt eleuationem
ꝛ poſt memoriā defunctoꝝ quādo ſacerdos
dicit. Nobis quoqꝫ pctōribus et ſic etiā cum
ſacerdote percutit pectꝰ ſuū. Sexto in ſum
ptione corpis xp̄i: qn̄ ſacerdos ſumit corpus
chriſti: et laudabile eſt ꝙ nola paucis ictibꝰ
pulſetur. et cū ſic q̇s deuote percutit pectus
ſuum: tunc etiā venialia ſibi dimittunt̄. Se
ptimo in fine miſſe quādo deuote recipit bn̄
dictionē de manu ſacerdotis. Octauo quan
do poſt miſſam recipit aquā benedictam de
manu celebrantis. Nono quot pat̄ noſter in
fra illā miſſam orauit ſine etiā al's: tūc ꝓpt̄
quodlibet pater noſter dimittūtur venialia
peccata. vt habet̄ in decre. de peni. di. iij. De
quotidianis. Ex quo oēs ſumꝰ in pctīs veni
alibꝰ. Prouer. xxiiij. Septies in die cadit iu
ſtus et reſurgit. Un̄ etiā in decre. Omnis hō
habet peccata venialia. de peni. di. i. Medi
cina. et. c. Tres aūt. Tunc libēter debemꝰ au
dire deuote miſſam vt nobis peccata venia
lia dimittant̄. Item ſciendū ꝙ plura venia
lia vel pauciora dimittunt̄ per illa iaꝫ dicta
ſm̄ deuotionē audientis miſſam. Quartus
fructus ꝙ qui in peccatis mortalibus audit
miſſam ꝛ p̄ſens ē in eccleſia cū xp̄us immo
latur in altari qn̄qꝫ ante finē miſſe deꝰ reci
pit eū ad grām: indulgendo ſibi oīa peccata
ſua mortalia. vn̄ Henricꝰ de Haſſia ſup Geſi.
Chriſtus in terra degens nulli miſericordiā
denegauit fideliter petēti. Hoc patet i latro
ne cui dixit in cruce. Hodie mecum eris i pa
radiſo. Silr̄ in btā maria magdalena cui di
xit. Luc. vij. dimittūtur tibi peccata tua. Nū
quid equale vel maius eſt nūc inuiſibilē fide
credere p̄ntem in eucharıſtia ieſum xp̄m ma
rie filiū: ꝛ in p̄ntia ipſiꝰ qui veracit̄ p̄ns ē in
altari ipm̄ corde cōtrito ꝛ hūili inuocare. vi
detur ꝙ nihil refert quo ad effectuꝫ grē ꝛ ve
nie cōſequēde. Et hoc idē vult illud dictum
euāgelij Joh. xx. Bti q̇ nō viderūt ꝛ credide
rūt. Querit̄ vtrū peccator debeat intrare ec
cleſiam ꝛ miſſaꝫ audire. Rn̄r ꝙ ſic. etiā q̄ntū
cūqꝫ magnꝰ peccator: niſi eēt excōicatus aut
interdictꝰ. Nā excōicatus maiori excōicatio
ne nō debet intrare ad eccl'aꝫ niſi ad ſmonē
et finito ſermone ſtatim exire tenet̄: et ſic ex
eundo dꝫ cogitare ꝙ nō eſt dignus cum cete
ris chriſtifidelibꝰ ſtare in loco ſancto: nec eti
am in futuro cū ſctis ꝛ āgel' in celo: ꝛ opꝫ eū
carere fructu iſtiꝰ miſſe ꝛ oīm miſſarū ꝛ orō
num ꝛ idulgētiarū: ꝛ oīꝫ bonoꝝ q̄ hodie fiūt
in toto mūdo ꝛ eſt q̄ſi mēbrū abſciſum a ca
pite. i. a chriſto: ꝛ a mēbris xp̄ifideliū: ſic ꝙ
nullꝰ audet ſibi loq̇: nec comedere: nec bibere
nec quouis mō ſibi participare. Un̄ dicit̄ in
decre. Cōmunicans excōicato indebite: excōi
cationē incurrit. xi. q. iij. Precipue. Sed excō
municatꝰ minori excōmunicatione poteſt ec
cleſiam intrare et miſſaꝫ audire: ſed ad oſcu
lum pacis nō debet accedere niſi ſit abſolutꝰ
a minori excōmunicatione: et ſuus ꝓpriꝰ ſa
cerdos poteſt eum abſoluere a minori excōi
catione quam incurrit participādo cuꝫ excō
municatis publice denunciatis. Ex iam di
ctis patet ꝙ bonū eſt groſſis peccatoribꝰ in
trare eccleſiam et audire miſſam et ſmoneꝫ
Unde Criſo. Multis infundit̄ gratia in p̄n
tia corporis xp̄i. Sed diceres quomodo poſ
ſum hoc cognoſcere ꝙ deꝰ indulſit mihi pec
cata mea. Hoc quere ſupra ſermone. v. parte
iij. Quintꝰ fructꝰ eſt ꝙ q̇ p̄ſens eſt miſſe pōt
quotidie ſpūaliter cōmunicare. Sed quō q̇s
cōicat ſpūalit̄. Rn̄det̄ ꝙ quādocūqꝫ quis de
uote audit miſſam exiſtens in gratia et ſine
pctō mortali: et habet affectum ad ſacramē
tum ꝑcipiendū: ꝛ cogitat in corde ſuo. O pie
dn̄e ieſu chriſte q̄ libēter vellem te hodie ſu
ſcipere in ſacramento altaris, ſꝫ heu non au



deo accedere. qꝛ timeo te offendere ꝓpter in
diſpoſitionē meā. attamē ſupplico tibi ex to
to corde: quatenꝰ mihi hodie etiā miſericor
diter velis impartiri illā gratiā quā ꝑceptu
ri ſunt iſti deuoti hoīes qui hodie in eccleſia
dei te digne in ſacramēto altaris recipiūt. et
ſic talis ſpūaliter cōicat. vn̄ Aug. Crede ꝛ mā
ducaſti. Et talis q̇ ſic cū magno deſiderio et
deuotōe audit miſſam maiorē gratiaꝫ inter
dum pōt conſeq̇ q̄ ille qui etiā eadeꝫ die ad
ſacramētū acceſſit. imo q̄ꝫ ipſe ſacerdos cele
brans miſſam. qꝛ ſacerdotes qn̄qꝫ non ſunt
ita bn̄ diſpoſiti et deuoti: ſed diſtracti ꝛ inde
uoti. Sextꝰ fructꝰ eſt q̇ p̄ſens eſt miſſe magꝭ
ꝑticeps erit eo die omniū bonorū que fiunt
in eccleſia dei ab oībꝰ xp̄ifidelibꝰ in toto mū
do. p̄s. cxviij. Participē me fac deꝰ omnium
timentiū te ꝛc̄. Nam iſte eſt articulus fidei:
credere ſctōꝝ cōionē. i. credere ꝙ quilibet exi
ſtens in gratia habet quotidie participatio
nē oīm miſſarum: elemoſinarū: ieiuniorū et
generaliter omniū bonoꝝ que fiūt in mūdo
Sed diceres. Unde hoc. Rn̄detur ꝙ vnio et
charitas fraterna facit hoc. Unde Ber. Cha
ritas largiflua oīa facit cōia. ſ. hic et in celis
attamē vnꝰ eſt plus participabilis q̄ alius
qꝛ qui eſt diſpoſitior ꝛ propinquior capiti. i.
chriſto. plꝰ participat. Modo audiendo miſ
ſam erit hō magis perceptibilis. et de h̄ me
rito quiſqꝫ gaudere debet quia mł'ti ſunt ad
huc boni hoīes in mundo qui fideliter ſerui
unt deo: et multa bona opera faciūt: qꝛ ſi bo
ni nō eſſent. deꝰ mundū diu plagaſſet. ſed ꝓ
pter bonos parcit malis. Un̄ Geñ. xviij. Si
decem iuſti inuēti fuiſſent in ſodomis. dn̄s
ꝓpter deceꝫ pepercıſſet ſodomitis. Septimꝰ
fructꝰ eſt ꝙ oratio tua citiꝰ exaudit̄ in eccl'ia
et in preſentia dei. et etiaꝫ oratio ſacerdotis
celebrātis. qꝛ quilibet ſacerdos in qualibet
miſſa tenet̄ orare ꝓ circūſtantibꝰ. Hoc patꝫ
in canone in miſſa vbi dicit̄. Et omniū circū
ſtantiū quorum tibi fides cognita eſt et no
ta deuotio ꝓ quibꝰ offerimꝰ. Et etiam orati
ones ſanctorū et angeloꝝ. Nam pie creden
dū eſt. ꝙ ſanctꝰ iſte vel illi de quibꝰ legit̄ miſ
ſa imo angeli qui preſentes ſunt in ſpeciali
orant pro celebrante et circūſtantibꝰ. ꝛ tales
oratōes citiꝰ exaudiunt̄. Octauus fructꝰ ꝙ
anime ꝓ quibꝰ celebrat̄. vel etiā ꝓ quibꝰ cir
cūſtātes orāt habent ex hoc ſpeciale ſolaciū
ſm̄ Aug. in enchiridon. ꝛ ſm̄ Greg. in dial'.
Quod etiā cōfirmat btūs Ber. dicens. O q̄
tū ꝛ mirificū donū de dei miſericordia ꝙ nū
q̄ꝫ celebrant̄ diuina miſteria quin ibi cōcur
rant duo virtuoſa opera. ſ. vnius peccatoris
cōuerſio: et vniꝰ anime a penis liberatio. Ob
latio euchariſtie eſt maximū ſacrificiū. vnde
btūs Alexāder papa. Nihil in ſacrificijs ma
ius eſſe pōt q̄ꝫ corpus et ſanguis xp̄i. Exem
plum de aīa illa que per q̇ndecim ānos debe
bat in purgatorio puniri. ꝛ ꝑ vnā miſſam fu
it liberata. Iteꝫ aīa cuiuſdā q̇ ꝑ tres miſſas
de purgatorio fuit liberata. Hoc exēplum q̄
re infra in ꝓmptuario. v. P. Nonꝰ fructꝰ ſm̄
Anſel. ꝙ vna miſſa in vita hoīs cū deuotio
ne audita plus valet q̄ mille poſt mortē. ſ.
quo ad p̄miū eſſentiale. et cū hoc etiam pur
gatoriū illius hoīs qui cum deuotiōe audit
miſſam minorat̄. Unde de vtilitate miſſe di
cit Criſo. Tātum valet celebratio miſſe q̄ntū
mors chriſti in cruce. Unde Tho. de aquino
In qualibet miſſa inuenit̄ oīs fructꝰ et vtili
tas quā xp̄s in die paraſceues operatꝰ eſt i
cruce cum morte ſua. Et eandē gratiā et fru
ctum q̇libꝫ deuotus qui digne cōicat ꝑcipit.
Et firmiter ſperandū eſt ꝙ etiā ille q̇ deuote
audit miſſam. ꝛ ſic ſpūalit̄ cōicat ēt ꝑcipiet.
Decimꝰ fructꝰ ſm̄ Bedā. Mulier pregnās q̄
intereſt miſſe deuote ſi cōtingit eā eadeꝫ die
parere. ſperandū eſt ꝙ deꝰ letificabit eaꝫ in
partu. et angeli cuſtodiāt ſollicite matrē cū
fetu. Et mulier pregnās infra miſſam debet
deuote inuocare btāꝫ virginē Mariā matrē
xp̄i ꝙ impetret ſibi a filio ſuo dn̄o noſtro ie
ſu xp̄o vt letificetur in partu. ſicut ipſa fuit
letificata qn̄ peperit filiū ſuū. ꝛ nō credere i
litterā q̄ noīat̄ longitudo xp̄i. ꝛ ad ſupſtitio
nes vetularū circa parturiētes. Undecimus
fructꝰ ē ſm̄ Ambro. Quicq̇d hō illa die come
dit plus cōuenit ſue nature poſt auditioneꝫ
miſſe q̄ an̄. Ergo laudabilis cōſuetudo ē nō
comedere niſi audita miſſa. Inſup ꝓſperabi
tur illa die in labore. in artificio. in emptiōi
bus in peregrinationibꝰ. et dn̄s cōfortat eū
in corpe ꝛ aīa. et neceſſaria vite habebit. nec
erit pauperior anno elapſo. etiā ſi quotidie
audiuit miſſam. vn̄ Math. vi. Primū queri
te regnum dei et iuſticiaꝫ eius et hec omnia
adijcient̄ vobis. Scit enim pater veſter ꝛc̄.
Exēplū de duobus ſutoribꝰ. quoꝝ vnꝰ quoti
die audiuit miſſam ꝛ ſatis habuit cum vxo
re et pueris. et alius raro audiuit miſſam. et
laborauit in diebꝰ feſtiuis: et tn̄ ſemꝑ in ege
ſtate vixit cum ſola vxore. ꝛ nullū puerū ha
buit. ꝛ ſemper in debitꝭ fuit. Duodecimꝰ fru
ctus. ſi cōtingeret te illo die quo miſſam au

diuiſti mori.tũc xp̃s pñſens erit tibi i extre-
mis:et vult tibi aſtare ſicut tu pñſens fuiſti ⁊
ſibi aſtitiſti miſſam audiẽdo. Luc.vi. Eadẽ
menſura ⁊c. Inſup ſi illo die quo miſſaȝ au-
diuiſti incideres periculũ vite tue. tunc ſecu
rior eris ⁊ deꝰ miſericordit de manibꝰ inimi
corum te perſequẽtiũ eripiet. hoc fiducialit
ſperare debes. Utrũ quilibet quotidie tenea
tur audire vnã miſſam. Reſpõdetur ſm Ho
ſtienſ. Die dñico quilibet tenet ex ꝑcepto au-
dire vnam miſſam etiã totaȝ ita ꝙ accipiat
benedictionẽ de manu ſacerdotis. vt habet
de cõſecra.diſt.i. Miſſas Niſi excuſetur ma
gna neceſſitate.vt habet in decre.in dicto.c.
Miſſas. Hoc illi deberẽt attẽdere qui ſtant
in cimiterio vel ſedent in taberna infra miſ
ſam.⁊ quãdo audiũt pulſum ad eleuatiõem
tũc currũt in eccliam. et viſo corpore chriſti
ſtatim ecõuerſo exeunt.et ſic quandoq̃ i qt-
tuor ſeptimanis nũꝗ integram miſſam ant
ſermonẽ audiũt. Itẽ ſciẽdũ ꝙ famule ⁊ ãcil
le:filij ⁊ filie tenẽtur dñica die audire miſſaȝ
integram.et ſi dñi eos impedirent ſine ratio
nabili cauſa.vl iuberent eos laborare in die
feſtiuo. in eos redũdaret. et in hoc grauiter
peccarent. Sed quid de ancillis que de ma-
ne infra miſſam laborãt. et poſt prandiũ ad
choream vadũt. Rñdetur ꝙ tales tripliciter
peccant mortalit. Primo miſſam ſine cauſa
Senex q̄ viginti annis habitauit in heremo: ⁊ poſtmodū ꝓiecit ſe in ꝓfundā foueaꝫ ex iuſſu diaboli quē credebat eē angeluꝫ dei hoc q̄re in diſci. de tꝑe ſermo. xviij. Q

Capitulum de E. Ebrietas.

Ebrioſus quidā in extremis vidit infernū apertum. Exemplū. i.

f **Aber quidā qui alijs euntibꝰ ad eccl'am: ipſe ī fabrica ſua** remanebat ebrietati et illecebris carnis frequēter vacabat: q̄ ſubita infirmitate infirmatꝰ cū ab alijs ꝑmoneret ad p̄niam deſperās cepit clamare ſe non poſſe penitere: q2 ſicut btūs Stephanꝰ vidit celos aptos ſic ip̄e vidit infernū aptū ⁊ locū ſibi parū apud pilatū caypham et iudam: et alios qui chriſtū occiderūt. Et poſt dixit ſibi iudiciū inſtare: nec ſue ſalutis ſpem ſupeſſe ꝓpter ebrietates ſuas continuas. Et hec dicens mortuus eſt ⁊ longe ab alioꝝ ſepultura poſitus: nec aliq̄s ꝓ eo aliquod ſuffragiū auſus eſt facere. Hoc Beda in geſtis anglorum libro quinto.

Peregrinus quidam veſtem ꝓ vino expoſuit. Exēplū. ij.

p **Eregrinus quidā veſteꝫ** ſuā ꝓ vino forti exponēs in tātū bibit ꝙ īebriatꝰ ē ⁊ alienatꝰ ē mēte vt q̄ſi mortuꝰ eſtimaret. Eadē hora ductꝰ ē ſpūs eiꝰ ad loca tormētorū vbi ſuꝑ puteū opculo igneo tectū reſidere cōſpexit ipm ꝑncipē tenebraꝝ. Iteꝝ int̄ ceteras animas adductꝰ ē p̄latꝰ q̄dā: quē p̄nceps multū ſalutās cū calice igneo ſulphureū potum ei miniſtrās. Qui cū bibiſſet amoto opculo miſſus ē in puteū igneū. Peregrinꝰ aūt h̄ videns ꝑterritꝰ ē. Tūc clamabat diabolꝰ fortit̄. Adducite huc illū ꝑegrinū: q̄ veſtē ꝑegrinationis ſue vino exponēdo inebriatꝰ eſt. Quo audito ꝑegrinꝰ ad bonū angelū qui eū illuc deduxerat reſpiciēs: ꝓmiſſo deo ⁊ ſibi ꝙ nūq̄ꝫ ampliꝰ inebriaret: dūmodo illa hora liberaret eum. Qui mox ad ſe reuerſus diem et horā notauit. rediensq̄ꝫ in terrā ſuam dictuꝫ prelatū eodem tēꝑore obijſſe cognouit. Hec Arnoldus.

Ebrioſus quidā occidit patrem et matreꝫ in ebrietate. Exēp. iij.

e **Brioſus quidā qui cum** veniſſet de taberna ebriꝰ occurrit ei p̄r ſuꝰ arguēs eū. Quē cū crederet aduerſarium eē: extracto gladio occidit eū. Et cū mr̄ de nocte ad clamorē occurreret: idē ei fec. ⁊ captꝰ eſt et tentꝰ obſtupuit in mane ſe talia feciſſe.

Ebriꝰ occidit regē et filios ſuos. Exē. iiij.

q **Uidā bō fideliter ſeruiuit** cuidā regi. Et dū vitā ſuā ieiunꝰ bñ regeret: et ſuo dño ſeruitia ſua bñ placerent qui cū miſſus fuit ad cōuiuiū: ⁊ cū ibi inebriatꝰ fuiſſet occidit regē ⁊ filios ſuos. Sic ⁊ nos dū ieiunamꝰ fugiūt vitia a nobis dū vo iebriamur int̄ficimꝰ oēs v̄tutes: ⁊ regē .i. aīam ⁊ rōeꝫ. ⁊ filios ſuos .i. q̄nq̄ꝫ ſenſus cū quibꝰ corpꝰ ⁊ aīam regere debemus.

Ebrioſus vidit duo pro vno. Exēplum. v.

r **Uſticus inebriatꝰ videbat** duo ꝓ vno: ⁊ mulieri īpoſuit adulteriū: dicēs eā q̄ttuor pueros habere: cū niſi duos hr̄et. Et ipſa dicebat ſe ferrū ignitū portare: in ſignuꝫ ꝙ eſſet īmunis ab adulterio. Et vomere poſito in igne dixit mulier. Porrigē mihi vomerē ignitū ⁊ ego portabo ī ſignū īnocētie. Et ip̄e volēs ferrū porrigere mulieri cōbuſſit manꝰ. ⁊ ſic ad ſobrietatē reuſus cognouit ſe erraſſe ⁊ iebriatū fuiſſe.

Ebrioſus quem inebriatuꝫ fecerūt monachum. Exemplum. vi.

q **Uidam cōſueuit adeo inebriari** ꝙ q̄ſi inſenſibilis videbat̄: et odioſus factꝰ ē vxori intm̄ ꝙ eo relicto alteri adherebat. Sꝫ q2 eo ad nutum viri nō poterat moleviri oppſſa cogitauit ꝙ a ſe eū repelleret. Et cū vna vice inebriatꝰ ſic fuiſſet. ita ꝙ oīno īſenſibil' videbat̄ ⁊ aīo alienatus: ipſa vocās monachos dixit eū laborare in extremis. ⁊ ꝙ veſtirēt eū habitu religioſo ⁊ facerēt eū monachū: qđ ip̄e petiuerat cum eēt ſane mētis. Qđ ⁊ ipſi monachi amore pecunie libent̄ fecerūt: quē tōſum et veſtitum portauerūt ad abbatiā. Ip̄e aūt de mane vino digeſto īuenit ſe monachū: ⁊ audiens ab vxore ⁊ monachis ꝙ fuiſſet ī extremis: ⁊ feciſſet votū dō ⁊ btē marie v̄gini ⁊ oībꝰ ſctis: p̄ v̄ecūdia mā ſit in ordīe: ⁊ ap̄liꝰ meliꝰ vixit.

In diſcipulo de tempore.

Ebrioſus nomine Udo qui frequent̄ iuit ad tabernam cum ad eccleſiam ire deberet: qualem potū; ⁊ qualem lectum; et quale bal

neum iam hꝫ in inferno. Hoc q̄re in diſcipulo de tempore ſer. lxij. Y.

Item miles q̄ apparuit poſt mortem filie ſue cū cruſibulo in quo erat ſulphur ⁊ ignis hoc q̄re ſer. xcix. P.

Item bibulus q̄ tenuit cyphū in manu et dixit ī ludo. Tres ſoluit. ⁊ ſic ſubitanee obijt Hoc q̄re de tꝑe ſer. lx. Q.

Item q̄ in taberna vēdidit aīam ſuā quē diabolus cū rapuit cū corꝑe ⁊ aīa. Hoc quere ſermo. cxxxij. W.

Item hoſpitem bibuloꝝ ⁊ luſoꝝ quē diaboli cuꝫ corꝑe ⁊ anima rapuerūt. Hoc quere de tempore ſer. cxliiij. N.

Elemoſyna.

Elemoſyna danda eſt in preſenti vita. Exemplum. vij.

l **Egitur de btō Ludouico** rege francie ꝙ infirmatus vſq̄ꝫ ad mortē: conuocauit oēs ſuos nobiles medicos ⁊ clericos theologos ⁊ religioſos: ⁊ eos cōſulens an poſſet curari. Et audito ꝙ nō: rn̄dit. Nūc pꝫ ꝙ diuitie mee nō proſunt q̄bus potentiſſimus ⁊ ditiſſimꝰ rex ſanari nō pōt. Unde niſi ꝓximis ⁊ pauperibꝰ in elemoſynis ſubueniſſem: ad eternā vitā modo non venirem.

Quidaꝫ habuit mēſam plenā ante ſe ⁊ vacuam retro ſe. Exemplū. viij.

h **Eremita quidaꝫ vidit in** viſiōe multas aīas in diuerſis ſtatibus: inter q̄s vidit vnū virū ſedētem: ⁊ ſtabat vna mēſa añ eum repleta oībꝰ bonis. alia mēſa ſtabat retro eū vacua. Quē queſiuit q̄d hoc notaret: rn̄dit. Mēſa illa q̄ ſtat ante me ſunt opa m̄ie q̄ feci añ mortem ⁊ illis bonis mō vtor. mēſa vo retro me poſita eſt qđ diſpoſui cū adhuc viuerē: ⁊ mādaui vxori ⁊ pueris meis vt aīe mee ſubuenirent in elemoſynis ⁊ ſuffragijs ⁊ in teſtamētis. ⁊ ecce adhuc vacua eſt: q2 occupauerūt ſe tpalibꝰ rebus diuidendis ⁊ mei obliti ſunt. Uñ dicit ſapiēs. Fac bñ dū viuis: poſt mortē viuere ſi vis. Uñ etiā Amb. Hoc tm̄ tuū reputa qđ pauperibus erogaſti.

Quidā vēdidit. xxx. libras q̄s ꝓpter deum dedit ⁊ miſere obijt. Exemplum. ix.

q **Uidam diues in infirmitate** nimia timēs mortē: tulit. xxx libras ⁊ diſtribuit paupibus. Factum eſt aūt vt cōualeſceret de infirmitate cepit penitere ꝙ hoc fecerat. Hic vo amicuꝫ quendā habuit virū religioſuꝫ cui ip̄e diues dixit cogitatōeꝫ ſuā. Penitet me ꝙ hoc feci. Qui dixit. Gaudere te magis opꝫ in h̄: q2 qđ paupibus dediſti deo dediſti: ⁊ ipſe tibi reddet in futuro. Sꝫ ille nō acq̄eſcebat v̄bis eiꝰ ait ei. Ecce. xxx. libras do tibi vt eamꝰ ſimul ad ſctām mariā: ⁊ dic ibi ego nō ſum ille qui diſtribuit paupibꝰ. xxx. libras: ſꝫ iſte ē: demōſtrando me. Ille vo accipiēs. xxx. libras ab alio gauiſus. Perrexit ḡ ad ſctām mariā ⁊ fecit ſicut ille p̄dixerat. Cōtigit autē cuꝫ egrederet̄ de tēplo portans ſecū pecuniā quā receperat. ⁊ cū egreſſus eēt ianuā cadens ī terrā mortuꝰ eſt. Hec vidētes q̄ aderāt dixerunt ei q̄ pecuniā illi dederat. Accipe pecuniā tuā Et ille rn̄dēs dixit. Nō faciā. cū q̄ ei obtuli do ipſiꝰ eſt: ſꝫ magꝰ detur paupibꝰ: qđ ⁊ factū eſt Oēs eñ q̄ viderūt ⁊ audierūt hec: glorificabāt deum q̄ fecit mirabilia ſolus.

Quidam cū triginta libris fabricauit ſibi palacium in celo. Exemplum. x.

l **Egitur in vita ſancti Iohānis** elemoſynarij qualiter glīa dñi miſericordibꝰ eſt oñſa. ꝙ cum quidam ep̄s Trullus iuiſſet ad alexādriam: ⁊ xxx. libras auri expēderet ꝓ palacio fabricando: quē iohānes p̄dictus inuitās ad domū ſuā: monuit eū dicēs. Hoc eēt edificiuꝫ ⁊ theſaurū epoꝝ refouere paupes ieſu xp̄i: q̄ ad eius p̄dicationē p̄dictum auruꝫ reddidit ipſi ſctō iohi ad dandū paupibꝰ. Sed poſtea penitens de p̄dictis cū eēt auarꝰ decidit ī lectum. Qđ ſctūs iohēs audiēs aurū eideꝫ remiſit: q̄ ſtatim curatꝰ eſt. Iterū inuitatꝰ cuꝫ eo comedit. Et poſtmodū in extaſi poſitꝰ ductus ē ab angelo ad palaciū mire pulchritudinis mirū hn̄s ſplēdorē: ⁊ portā aureā in q̄ erat ſcriptū. Hec fuit req̄es eterna trulli ep̄i Qui cū hoc legeret: attēdēs mirā pulchritudinē eius dixit angelis. Delere hūc tituluꝫ ⁊ ſcribite. hec req̄es erit iohānis p̄riarche. Sꝫ hac viſione territꝰ nō ſolum p̄dictas libras auri paupibꝰ erogauit: ſed etiā poſt magnus elemoſynarius factus eſt.

Hortulanus quidam collegit lagenā cum denarijs. Exemplum. xi.

f **Uit quidaꝫ hortulanꝰ qui** oēm laborē ſuū in elemoſynam expendebat: ⁊ tm̄ ſibi retinebat ꝙ ad ſolum victū ſibi ſufficeret. Immiſit aūt diabolus in cor eius ꝙ colligeret ſibi aliquā pe

cuſiam: dicens ei. Ut cū ſenueris aut egrotaueris opes habeas ⁊ expenſas: ⁊ impleuit lagenā de nūmis. Cōtigit em̄ poſt h̄ infirmari eū: ⁊ putrefieri pedem eius: q̄ expendit ꝓ medicina quicq̄d collegit: ⁊ tn̄ nihil ei ꝓfuit. Poſtmodū ỽo venit ad eū q̄dam expert' medicus ⁊ dixit ei. Niſi inſcideris pedem tuū aliter ſanari nō poteris. Et ꝯſtituerūt diem abſcindendi pedē. Et ecce ipſa nocte rediēs hortulanus ad ſe ꝑuiam egit de his q̄ geſſit ⁊ fleuit cū gemitu dicens. Memor eſto dn̄e operū meoꝝ prioꝝ q̄ faciebā laborās in hortu: ⁊ quō paupib' miniſtrabā. Tunc apparuit ei angelus dn̄i dicens. Ubi ſunt nūmi tui quos collegiſti. ⁊ vbi ē ſpes tua d̄ q̄ tractaſti. Et intelligens ille veniā p̄cabat: ꝓmittens hoc iā decetero nō facturū. Tūc angelus tetigit pedē eius ⁊ ꝯfeſtim ſanat' eſt: ⁊ exurgēs mane abijt in agrū operari. Veniente ḡ medico vt ſecaret pedē ei': dicūt ei. Jam ſanus factus ē: ⁊ mane hodie exijt operari in agrū ſuū. Et videns eū ſanū fodientē terrā: glorificabat deum. Hoc in vitaſpatrum.

De duobus fratribus: date ⁊ dabit vobis. Exemplum. xij.

a Bbas quidam de ordine nigroꝝ hoſpitalis erat valde deuotus: ⁊ circa paupes miſericorſ multū. Et q2 in operibus mie feruidus fuit: tales diſpenſatores domui ordinare ſtuduit: q̄ ei' feruorē nō impedirēt: ſ; magi incēderent. Et quāto plures ſuſcepit ad domū eiuſ ⁊ quāto plus charitat̄ opa paupib' exhibuit tāto illi ⁊ domui ei' dn̄s bn̄dixit. Poſt cuius mortē ei' ſucceſſor ſtimulat' auaricia pietatꝫ officiales amouit: ⁊ eos q̄s tenaciores nouerat inſtituit. ⁊ ait. Predeceſſor me' nimis erat dapſilis ⁊ indiſcret' ⁊ iō officiales ei' amoui. ſed ſic ordinare debem' expēſas monaſterij atq; tēperare: vt ſi forte ſeges nr̄a grandinata fuerit: ⁊ tpa chara euenirēt: habeamus vn̄ paupibus ſubueniamus. Hmōi verbis ſuam auariciā pallians hoſpitalitatē excluſit. etiā ꝯſueta beneficia pauperibus ſubtraxit. Charitate igit ſubtracta ꝓficere non potuit monaſterij ſubſtantia: īmo breui tpe ad tantam pauptatē deuenerūt vt vix haberent qd̄ manducarēt. Die ỽo q̄dā vir q̄dā venerande etatis venit ad portariū: q̄ſiuitq; hoſpitiū. Quē quidē ille clāculo collegit ac hoſpitalitatis officiū ſibi exhibuit. ⁊ adiecit ille. Nō tu ammirari ⁊ turbari debes bone vir ꝙ tā negligenter tibi ꝓcuro: q2 neceſſitas in cā magna eſt: aliqn̄ talem vidi ſtatū monaſterij vt ſi aduenifſet eps in magna quātitate ⁊ charitate ⁊ abundantia fuiſſet receptus. Rn̄dit ille ſenex: dicēs. Duo fratres expulſi ſunt de monaſterio iſto: niſi illi fuerint reuerſi nūq̄ bonus erit ſtatus ei': quoꝝ vnus vocat date: alter ỽo dabit. Sicq; ab oculis ei' receſſit puto aliquā fuiſſe ꝑſonā angelicā ꝑ quā dn̄s indigentiā fratrū ⁊ defectum illoꝝ reuocare voluit charitatiue. Portarius aūt cum eſſet laicus noīa eadē conſiderauit: abbati ⁊ fratribus audita recitauit. Reſumpta ē hoſpitalitas: ⁊ cepit eis mox bn̄dicere vt prius Et merito. Jn oī em̄ religione vbi iſti duo fratres. ſ. date ⁊ dabitur fuerint: nunq̄ neceſſaria deficient ſicut legimus de ſanctis prib' ꝙ ita charitatiui erant ꝙ etiā ſctōs angelos hoſpitio receperūt: et q̄ eis mittebant: alijs fratribus mittebant.

Defunctus q̄daꝫ dixit: centuplū reaccepi. Exemplum. xiij.

c Um quidā epiſcopus predicaret inter ſarracenos: quēdā eoꝝ cōuertit ⁊ baptizauit. Poſtea autē cū ſuaderet ei ꝙ faceret opa mie: dicens ꝙ hoc dn̄s diceret in euāgelio. Centuplū accipietis. Et cū admonuiſſet eū ad ꝑfectionem euangelicā: ille venditis oībus dedit pauperibus: ⁊ obdormiuit in dn̄o. Cuꝫ aūt filij ei' traherēt epm̄ ad iudicium: impetētes eū coram iudice ſarraceno de hoc ꝙ patri ꝓmiſerat. ſ. centuplum accipietis: ⁊ intm̄ pater nō ꝙ accepit: ⁊ ꝓpter eius ꝓmiſſum nos exheredauit. Quib' eps rn̄dit. Jmmo de' ei reddidit in vita eterna. Et ꝙ hoc ꝓbaret adductus ad tumulū: mortuū adiurauit in nomine dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: vt diceret vtrū ſibi bn̄ fuerit ſolutū de ꝓmiſſo. Rn̄dit mortu' oīb' audientibus. Centuplū accepi: ⁊ vitā eternam poſſideo. Et de hoc lr̄e inuētē ſunt in manibus eius. ſ. defuncti. Hec arnoldus.

Ancilla inuenit econuerſo ciſtam repletā farina. Exemplum. xiiij.

e Rat circa mōtes alpium ⁊ anglicū mare fames ꝑualida: ita vt cōis multitudo populi fame moreretur. Tunc quedā matrona genere preclara ⁊ operibus mie dedita: egenis cepit ſine pondere ⁊ menſura ⁊ numero liberaliter erogare. Quod cernens vir eius miles: artauit eam, et farine menſuram certam per ſingulas ebdomadas dari fecit. Que vna die quaſi totū expēdit. Supueniēs q̄dā pauper ⁊ rogans elemoſinā. Un dn̄a ancille p̄cepit vt petenti daret: ⁊ diligēter ſcobata ſciſta in q̄ farina repoſita erat ſi q̄d inueniret pauperibuſ afferret. Et fecit ancilla vt dn̄a iuſſit. Et poſt hunc ſupuenit ali' q̄ ſe nihil comediſſe īfra biduū deplorabat. Qd̄ vt dn̄a audiuit fleuit et iterato iubet ancillā ſcobare ciſtā ⁊ pauperi aliq̄d īpartiri. Jurat ancilla nihil in ciſta penit' remāſiſſe. Sed inſtāte cuꝫ lachrymis dn̄a vt attēptaret currens impatiēter ⁊ ciſtā aperiēs plenā florentiſſima ſimula mox īuenit. Ad cui' cōtuitū ancilla clamās horrifice cecidit ī extaſi ſupia. Clamore audito domina accurrit. accurrit dn̄s. accurrerūt et famuli. ⁊ viſo miraculo in cōi: dn̄m bn̄dicebāt. Mox vir ipſe horreū; let' apiēs oīb' illa die veniētib' dedit: nec defuit annona ciſtariuꝫ donec ſupueniēte auguſto ꝓpiciaret dn̄ſ populo ſuo quē afflixit. Dixit aūt mihi dictus miles marc' noīe ꝙ niſi fuiſſet diuinū miraculum: nequaq̄ mihi tria horrea vel quinq; ſuffeciſſent. Hec Huil.

Nobilis quidā veſtes dedit ꝓpter deum. Exemplum. xv.

n Obiliſſimus ac potentiſſimus in baronib' gallie comes carnotenſiū ac bleſenſiū noīe Thobaldus: liberaliſſim' oī ſuo tpe extitit in donādo. Jſte hyeme q̄ tūc ſolito mag̃ horrebatur ꝑ viā cū multitudine trāſiens obuiū habuit pauperē nudū: quo clamāte reſpōdit comes Quid petis? Rn̄dit paup. Da mihi inq̄t cappam quā habes indutaꝫ. Nec mora. Comes extractā cappā dedit pauperi: dicens. Quid ampli' petis? Cui paup. Da mihi ⁊ pallium qd̄ habes. Quo ſtatim habito petiuit tunicā. Quā vt comes dedit remāſit in veſtib' lineis. Cui paup. Vides inq̄t comes ꝙ caput habeā raſum et nudum da et pileū. Tunc comes paululū erubeſcēs q2 caluus erat: inq̄t. Nūc etiā chariſſime nimis inſiſtis: quia hoc carere non poſſum. Hoc dicto relictꝫ veſtibus paup euanuit. Comes de eq̄ cadēs lamentabilit fecit: ⁊ oī tpe poſtea tale q̄d cauens: oī petēti ſe tribuit. Hec Huil.

Jn diſcipulo de tpe.

Petrus thelonarius q̄ prio parcus fuit et poſtmodū fecit ſeipm̄ vendere et p̄ciū dare in elemoſinas pauperū. ſermo. lxxxi. B.

Jtē ſenex cū iuuene habuerūt cōmunē vitā ⁊ ſp ſenex plus habuit quātūcūq; pauperibus dedit. Hoc q̄re ſer. cl. T.

Mechanic' qui niſi vnū denariū habuit: aliquid emere ad comedendū: et eūdē denariū dedit cuidā paupi ꝓpt̄ deū: et āgel' portauit ſibi vigiti ſolidos. Hoc q̄re ſer. ciij. A.

Mulier q̄ dedit paupi denariū: dicēs. pl' tibi dedi q̄ de' vnq̄ mihi dedit. Hoc quere ſermone. cl. P.

Eccleſia.

Diabolus ſcribit verba inutilia prolata in eccleſia. Exemplum. xvi.

c Um beatus martinus epiſcopus celebraret: tūc beatus bricius adhuc puer vidit diabolū ſcribētē retro altare pctm̄ qd̄ fiebat in eccleſia: loquēdo: ridēdo: diuinū officiū īpediendo. Et dū deficeret charta: diabol' volēs illā ī quaꝫ ſcripſit extēdere traxit cū dētib': q̄ corrupta colliſit caput ad murū. Un̄ riſit ſctūs brici' P' miſſaꝫ arguebat eū ſctūs martin' de riſu ⁊ ille dixit ei cāꝫ. Et cōiurat' diabol' dixit ꝙ ſcripſerat ỽba iutilia riſus ⁊ diſſolutōes q̄ fiunt ī eccl̄a. Stati btūs martin' p̄dicās ỽbuꝫ dei: et oīb' exhortatꝫ ad cōfeſſionē coegit diabolū delere qd̄ ſcripſerat. Un̄ ēt de hoc dicit ī decre. Nemo dꝫ in loco orōnis intēdere fabulis ocioſis. diſ. xxv. qui in aliud.

Quidā furati ſunt in eccleſia ⁊ poſtmodū ſuſpenſi. Exēplum. xvij.

e Ccleſiam ſancti Martini fures infringentes: quoſdā theſauros vna cuꝫ cruce precioſiſſimis gēmis et auro decorata aſportarūt: qui cum eſſent plures crucem duobus committētes ipſi cum theſauris abierunt. Mane igitur cuꝫ tantum ſacrilegium ad noticiā epiſcopi peruenifſet dolens valde et maxime de cruce ob portionem ligni dn̄ici. Milites cum cōſilio canonicorū per diuerſas ꝓuincias miſerunt qui fugientes inſequebant. Hi vero qui eandem portabāt ꝑ ſtratā publicam incedebant Ad quos cū peruēiſſent milites nihil de eis ſuſpicātes ptranſierūt. Chriſtus vero in quē peccauerunt fures a ſenſu alienauit greſſuꝫ fixit: ita vt a ſtrata declinantes paludem intrarēt: nec tn̄ motis pedib' ꝓcedere poſſent Altera ỽo die predicti milites cū fures pene in eodē loco ⁊ maxime lutū calcando vidiſſent mirati dixerūt. Jſti ſunt hoīes quos heri hic dimiſim'. Ad quos cum vn' clamaſſet boni hoīes male inceditis: q̄re non aſcēditis

in ſtratam rectam. rn̄derūt illi. Bn̄ incedim⁹ nō vos ſollicitet iter nr̄m. Tūc vn⁹ ex milici bus deo inſpirāte dixit ad ſocios. Aliqd iſtō p̄tēdit: forſitan rei ſunt: teneamus illos. Ad q̄s cū deſcēderēt illi crucē paludi imerſerūt. Interrogati vero de furto: rn̄derūt, nos crucē tulim⁹ ⁊ vbi ſit ſcim⁹. ſʒ nuſ certi ſum⁹ de vita nūq̄ oñdem⁹. Quid plura? Ducūtur ad epm̄ gr̄a cruc ꝓmittit̄ imunitas. Crux oñſa reportat̄ et ꝓuinciā fures ꝓſcribūtur. Et q̄ iuſt⁹ iudex de⁹ nullū pctm̄ dimittit inultū: ⁊ ſepe pctm̄ punit pctō: pmiſit vt die q̄dā itez̄ eccl'iam infringerent in qua capti ſunt et ſuſpenſi. Hec Ceſarius.

Julian⁹ apoſtata a ſancto mercurio interemptus eſt. Exemplum. xviij.

ι **Ulian⁹ iperator qui erat** apoſtata a fide chriſtiana dum ad quoddam p̄liū ꝓperaret mādauit ſctō baſilio ceſarieñ cpo vt ſibi ſuoq̄ exercitui neceſſaria ꝓuideret. Quo rn̄dēte ꝙ res ecclesie nō eēnt ſue: ſʒ ieſu xp̄i patrimoniū ⁊ do militātiū: nō p̄donū. Cū tn̄ currū oneratū cū victualib⁹ ꝓ redimēda vexatione dediſſet ei dē irat⁹ ceſar ⁊ feruēs iurauit ꝙ ī reditu ſuo ſuā ecclam deſtrueret. Ep̄s vō ꝯfidēs in dn̄o ⁊ in regine celi p̄ſidio īdicto ieiunio orōnib⁹ letanijs ⁊ elemoſinis ſtudebat cū oī pplo et clero deū p̄cari. Ep̄s vō in orōne ꝓſtrat⁹ eccleſiā ſuā beate vgini dedicatā fidelit̄ cōmēdauit. Interīz ſp̄us eius vſq̄ ad thronū dei rapit̄. ibiq̄ audiuit Mariā de deſtructōe eccleſie ſue filio ſuo q̄rulātē. Hic ab oīb⁹ requirit q̄s velit: ſue iiuriā mr̄is vindicare. Mox ſanct⁹ mercuri⁹ martyr xp̄i q̄ in eadē eccleſia ſepult⁹ ē: p̄ omnib⁹ ſe obtulit ad vindicādū. Egreſſus igr̄ de tūba ⁊ armis ſuis indut⁹ ad exercitū p̄uēit: ⁊ omiſſis oīb⁹ alijs ſibi locuz dātib⁹: iſtū iulianū haſta pfodit. Qui ſūpto ꝓpo ſanguie ꝓiecit in celū: dicēs. Uiciſti nazarene viciſti. Et ſic miſerabilit̄ fugato exercitū expirauit. Hec p̄ ordinē ep̄o referēte populo ꝓ ſigno veritat̄ nec ſctm̄ mercuriū ī ſepulchro: nec ipſi⁹ arma q̄ pēdebāt in eccleſia repta ſunt. Sʒ poſt diē tertiū ī locis ſuis oīa ecōuerſo ſunt īuēta. Redeūtib⁹ autē de p̄lio veritatē de oīb⁹ retulerūt. et oēs gr̄as egerūt ei q̄ liberat ⁊ ſaluat oēs ſperātes in ſe. depo nēs malos potētes de ſede: ⁊ hūiles de ſtu tu mr̄is ſue h̄ ⁊ i ſuſo cū gl̄a ⁊ honore exaltat

Miles quidā ptrāſeūdo. cemiterium orauit pro animabus. Exemplū. xix.

q **Uidā miles conſueuit de**ſcēdere de equo ſuo in cemiterio ⁊ dicere orōnes ſuas ibi ꝓ defunctis ſepultis. Quadā aūt die fugat⁹ ab hoſtib⁹ iterū veniēs ad cemiteriū orauit flexis genibus. Statim ſurrexerūt defuncti de ſepulchris milites cū armis: clerici cū ſtolis Quo viſo hoſtes fugerūt: et facientes pacem cū milite narrauerūt ei quod viderant.

Eucharistia.

Ep̄s vidit vnū digne: aliū indigne ſumere ſacramētum. Exemplum. xx.

e **Piſcop⁹ quidam cū audiſ**ſet duos de plebe ſua viros adulteros in mic ipuritatis. rogauit ergo deum: vt ſi ita eſſet agnoſceret. Cū g̃ poſt oblationē cōſecratā vnuſq̄ſq̄ ad cōionem ſacrā accederet: p ſingulorꝫ facies intelligebat bonos ſplēdidas hn̄tes facies et aīas. peccatorū aūt facies nigras iſpiciebat vt carbones: ⁊ oculos ſanguie repletos. Alios vō videbat claros facie: et veſtibus albis indutos. Cū aūt corpus dn̄i ſuſcepiſſent: in quorūdā vultib⁹ lumē: in quorūdā flāma videbat̄. Ut aūt cognoſceret de illis quorū criminā audierat cōionē illis porrexit: et vidit vnum ex illis clara facie et honorabili: albiſq̄ veſtibus circūdatū. alterum nigruz et horribilē vultu. Et poſtq̄ diuini miſterij gratiā perceperūt illuz lumē quoddam illuſtrabat. aliū vero quaſi flamma ſuccēdebat. Orauit ergo epiſcopus de ſingulis que ei oñſa fuerūt ſe edoceri. Aſtās aūt āgelus dn̄i dixit ad eū. Oīa q̄ audiuiſti de ipſis vera ſunt. ſed ille vnus adhuc in ſordib⁹ pmanet et in volūtate peccādi: ideo illū nigrū flamma ſuccēdi vidiſti. Alter vō ſimilis illi quidē erat ſicut audieras. ſʒ ideo illū clara facie illuſtrari vidiſti. q̄ recordatus de hoc quod prius fecit: et renūcians illis operib⁹ cū lachrymis ⁊ gemitibus dei miſericordiā poſtulauit: promittens ſi p̄terita illi fuiſſent remiſſa peccata vlterius ad eadem non rediret: et ideo prioribus criminib⁹ deletis ad hanc gratiā quā vidiſti puenit. Cum aūt epiſcop⁹ de dn̄i gratia miraretur eo ꝙ non ſolū de tormētis tā turpē hoīem eripuerit: ſʒ etiā tanto honore decorauit. Reſpōdens angelus dn̄i dixit. Bn̄ miraris hō em̄ es. nā dn̄s noſter ac veſter naturalit̄ bonus ⁊ miſericors eſt ceſſantib⁹ a peccatis: penitētib⁹ p cōfeſſionē non ſolum tormēta dimitit ſʒ ⁊ honore dignos efficit. Sic

em̄ de⁹ dilexit mundū vt vnigenitū ſuum ꝓ peccatorib⁹ deſtinaret ⁊ ꝓ ipſis daret ad mortē Qui ergo dū inimici eius eēnt mori ꝓ ipſis elegit q̄tomagis q̄n ꝓprij ei⁹ filij erūt. Hoc ergo ſcias q̄ nullū pctm̄ hūanū bonitatem dei vincit. ſʒ tm̄mō p pniam vnuſq̄ſq̄ ea que pri⁹ fecerat abolet mala. Miſericors em̄ dominus infirmitatē hūani generis ſcit ⁊ paſſionē ⁊ diaboli virtutē et maliciā. ⁊ cadētib⁹ q̄dem hoīb⁹ in pctā tāq̄ filios ſuſtinēs ꝓpter emēdationē. Penitētib⁹ vō tāq̄ languidis cōpatit̄: ⁊ mox ſoluēs pctā eorꝫ. Juſtis aūt p̄mia tribuit. Audiens ergo ep̄us mox mirat⁹ eſt nimis. et glorificabat deum.

Quidā acceſſit ad ſacramētū cōtra ꝓhibitionem ſacerdotis. Exemplum. xxi.

q **Uidā ſacerdos vidit quē**dam pctōrē ſibi ꝯfeſſuꝫ nō vere cōtritū. q̄ nō habuit volūtatē abſtinēdi a pctīs. et ſacerdos ꝓhibuit eū a ſacro: ⁊ ſup h̄ friuole acceſſit. dixit ei ſacerdos. Judicet de⁹ int̄ te ⁊ me: dās ei corp⁹ xp̄i. Et ſtatim guttur ei eſt ruptum: et exiuit corp⁹ xp̄i: et ille expirauit.

Sacerdos malus cū difficultate ſumpſit corpus chriſti. Exēp. xxij.

ſ **Acerdos quidā ſecularis** dū quadā die celebraret miſſam alius aſſiſtens vidit in patena tēpore ſumptōis nō ſpēm panis: ſʒ infant̄. Quē cū ſacerdos leuaret vt ſumeret: cepit infantul⁹ ille faciē auertere. ⁊ ne ſumi poſſet manib⁹ ⁊ pedib⁹ reluctari. Et nō ſemel iſte hō deuotus h̄ vidit: ſʒ ſepi⁹. Cui idē ſacerdos q̄dā vice dixit int̄ cetera. Quotiēs ſumo corp⁹ chriſti cū tanta difficultate ſumo ꝙ ego mirari nō ſufficio. Cui ille. Cōſulo vt corrigas te. h̄ nā et ego vidi de te. Ille ſacerdos correxit ſe. Et cū poſtea celebraret viſus ē ille infans ab illo deuoto hoīe iūctis manib⁹ et pedib⁹ cū ſumma velocitate illabi in os ſacerdotis.

Plaga ſacerdotum indigne celebrantium. Exemplum. xxiij.

ſ **Acerdos lubricus et imū**dus corp⁹ xp̄i quaſi q̄tidie poluto ore ſumebat. Et vide vindictā dei. os em̄ circa naſum et mētū ē ꝯſum ⁊ lingua cōputruit: ita vt vix pre fetore poſſet ab amicis ſuis ſuſtineri. Sic ⁊ ſacerdos in gallia fuit cui⁹ man⁹ in miſſa ſup arā extēſe igne celeſti vſq̄ ad cubitos ſunt ꝯbuſte. Hec Guil.

Sacerdos quidā dubitauit de ſacramēto Exemplum. xxiiij.

ſ **Acerdos quidaz valde de**uot⁹ btē vgini marie: de ſacramēto altaris dubitauit. Uñ aſſidue eā inuocabat vt ei ſubueniret. Cui miſſaz celebrādo hoſtia añ Pater nr̄ diſparuit. Admirans et perterrit⁹ de hoc btā virgo ſibi appuit filium tenēdo in vlnis. cui etiam dicebat. Ecce eū quē puella puerpa peperi. ecce quez in ſacramēto cōſecraſti. ecce quē tuis manib⁹ tenuiſti. quē tāgēdo et leuādo cunctis oñdiſti quē in ſacramēto māducas et bibis. ecce filium meū tibi trado: et deuote et reuerēter ſuſcepturū. Et ſic depoſuit puerū pulcherrimū qui ſubito transfiguratus in hoſtiam panis quem ſacramētaliter ſumpſit. Et ſic omnis dubitatio in eo. ceſſauit.

Mulier quedam dubitauit de ſacramento. Exemplum. xxv.

b **Eatus gregorius cuidam** matrone corpus xp̄i dedit dicens. Corpus dn̄i noſtri Jeſu xp̄i ꝓficiat tibi in vitam eternā. Mulier ſubriſit. Beatus Gregori⁹ manū retraxit inquirēs ab ea q̄re riſiſſet. Rn̄dit illa. Q̄ panē iſtū quē pinſui corpus xp̄i appellas. Btūs Gregorius ad effugandā mulieris incredulitatem orauit ⁊ hoies orare fecit: ⁊ mox hoſtia mutata eſt in carnē: ⁊ ſic mulier ab errore reuocata ē. Tūc btūs Gregori⁹ iterū orauit: et tūc ad p̄ſtinā formā rediit: et ſic matrone dedit hoſtiā: que eā intm̄ cōfirmauit in fide vt poſtea nunq̄ recidiuaret: ſʒ firmit̄ crederet. ⁊ ſic ſaluata ē.

Puer nouē annorum cōmunicatus eſt in extremis. Exemplum. xxvi.

p **Uer quidam cum infirma**retur: ſp̄ūſctō inflat⁹ corp⁹ xp̄i ſibi dari petiuit. Cūq̄ eum parētes cōpeſcerēt: ille fortit̄ clamauit. Date mihi corpus dn̄i: date mihi corpus dn̄i. Relatū ē igr̄ verbū ad ſacerdotē. Qui cū diceret non eſſe ſecurū tali puero qui nō itelligit q̄d ſit dare corp⁹ dn̄i: hoſtiā detulit ei nō bn̄dictā. Quaz cū ei porrigere vellet dixit ei. Ecce hoc ē corpus dn̄i. Ut dn̄s ex ore infantiū pficeret laudē ⁊ deſtrueret pfidiā multorꝫ q̄ de eodē ſacramēto male ſentiūt: inſpirauit puero vt reſpōderet. Quare vultis me decipe. nō eſt corpus dn̄i qd̄ mihi offertis. Ad qd̄ verbum ſacerdos admirās: et puero aliquid diuinū in-

ſpiratū arbitratꝰ eſſe: ſacrā cōioneꝫ attulit. quā ille puer ſatꝭ deuote accepit. Hec Ceſari.

Chriſtus perſonaliter cōmunicauit muli⸗erem. Exemplū.xxvij.

## Emina quedā deuota quo

f dā tēpore ardēter nimis cōicare de ſiderās: grām eādē a ſacerdote ſuo ſibi impartiri hūiliter ⁊ inſtāter poſtulauit. A quo repulſam paſſa: dicēte illo nō debere laicas feminas ꝓ libito ſuo cōicare: ſꝫ ſtatu⸗to tpe. Que fleuit ⁊ ingemuit. Cuiꝰ ardoreꝫ ſummꝰ ſacerdos attēdēs: nō diu paſſus ē eā fraudari a deſiderio ſuo. Eadē eīm nocte cū i ſtrato ſuo iacēs vigilaret ⁊ orōnibꝰ vacaret: ſaluator Jeſus xp̄s cū multo ſplēdore cubi⸗culū eiꝰ ingreſſus: pixidē, in q̄ corpꝰ xp̄i in ec⸗cleſia recōdi ſolebat, ꝓprijs manibꝰ portabat Eratq̄ꝫ circa eū fragrātia miri odoris: ⁊ mul⸗titudo angeloꝝ in circuitu eiꝰ. Cūq̄ꝫ illa btā mulier ad tantā glīaꝫ ſtuperet: ſtans corā eo dn̄s ait. Qꝛ tibi ſacerdos ille corpꝰ meum ne⸗ganit: ego manibus meis te cōicabo. Quod ⁊ fecit: hoſtiā vnā de pixide tollens et eā cōi⸗cans: ſicq̄ꝫ receſſit. Hec Ceſarius.

Femina quedaꝫ corꝑali cibo abſtinuit de vna dn̄ica ad aliaꝫ. Exēplū.xxviij.

## Emina quedaꝫ erat ſolita

f ſepe cōicare: ⁊ ex ꝑmiſſione ſacerdo⸗tis ſingulis diebꝰ dn̄icis. ⁊ ſuſtētaba᷑ de dn̄ica in dn̄icā de ſacra cōione: nec eti⸗am corꝑalit᷑ eſurijt. Et hoc ſacerdos indica⸗uit ep̄o. Et ep̄s ſicut vir prudēs volēs ꝓba⸗re ne aliq̄d fallacie ibi eēt: ait ſacerdoti. Da ei hoſtiā nō bn̄dictā ꝓ cōione. Quod ⁊ fecit ſacerdos: ſtatī illa cepit mirabiliter eſurire. Et cucurrit ad ſacerdotē ⁊ dixit ei ꝙ ꝑdidiſ⸗ſet grāꝫ. Quo intellecto ſacerdos dedit cive⸗rum corpus dn̄i. Hec Ceſarius.

Diabolꝰ fugatus eſt ab obſeſſo ꝑ ſacramē⸗tū corporis xp̄i. Exēplū.xxix.

## Acerdos quidam cuiuſdā

ſ demoniaci os aperuit et hoſtiā nō cōſecratam impoſuit p̄cipiens vt in virtute illius hoſtie exiret. Qui demoniacꝰ hoſtiā dentibus dilacerās: dixit. Non exibo ꝓpter iſtuꝫ panē non conſecratū. Sacerdos poſtea hoſtiam cōſecratā miſit in os demo⸗niaci: dicēs. In virtute iſtius ſacramēti exe⸗as. Cui diabolus reſpōdit. Hoc eſt verū cor⸗pus xp̄i quod ſufferre non valeo, ideo iaꝫ ab illo homine recedo,

Aſini ceſſerūt ſacramēto eucharistie. Exemplum.xxx.

## Lebanus ſancti iacobi cū

p deferret corpus dn̄icum ad cōicādū infirmū: obuiam habuit aſinos in platea ſaccis frumēti oneratos: qui totā ſu⸗periorē plateā occupauerūt. Et cū vir ſcho⸗laris qui ante eū portabat lucernā ptrāſiſſet timens plebanꝰ: qꝛ ſenex erat p̄cipitari in lu⸗tū cū ſacramēto: ait. Quid eſt qd̄ agitis aſi⸗ni: nūquid cōſideratis quē geſtem in mani⸗bus meis. ſtatiꝫ diſcedite: date honorē crea⸗tori vr̄o. Et ſtatim oēs aſini ſteterūt ⁊ ſimul deſcēderūt. Et cum deſceuſus eſſet laborio ſus: ſacci tamē non ſunt lapſi de aſinis.

Equus: bos: et aſinus cognouerunt chri⸗ſtum in ſacramēto. Exemplū.xxxi.

## Uidā epiſcopus deuotꝰ ⁊

q q̄dā hereticus peruerſus ſe inuicem obligauerunt de veritate corporis xp̄i. Unde eucharistiam ſuꝑ auenam in doli⸗um poſuerunt. Et adduxerunt equum et bo⸗uem et aſinū: qui pabulū nō tangentes: ſꝫ po⸗tius genua flectentes: dn̄m tanq̄ꝫ rōne vten⸗tes adorauerunt. Quo viſo hereticus fidelis effectus eſt. Eſa.i. Cognouit bos poſſeſſoreꝫ ſuum et aſinus ꝓſepe dn̄i ſui. iſrael aūt me non cognouit: et populus meꝰ non ītellexit.

Equus iudei cognouit chriſtum in ſacra⸗mento. Exēplum.xxxij.

## Acerdos quidā cū iret ad

ſ cōicandum quēdā infirmū: iudeuꝫ obuiā habuit equitatu nobili. equꝰ flexis genibus aū corpus xp̄i ſtimulatꝰ cal⸗caribus a iudeo petrāſire non potuit donec corpꝰ xp̄i portatuꝫ fuiſſet. Ubi vox de celo in⸗tonuit: dicēs. Agnoſce creatorem tuum: quē tu negas natum de virgine. Unde iudeꝰ com⸗punctus in chriſtū credidit: et baptiſmū ſu⸗ſcepit.

Mulier quedaꝫ poſuit corpus chriſti an⸗te porcos. Exēplum.xxxiij.

## Lbertus de bruſſia epiſco⸗

a pus refert ꝙ q̄dā mulier cū ip̄e ep̄s eēt venit ad eū: confitens ꝙ diabo⸗lus nō ꝑmitteret eā credere in ſacr̄m altaris ꝙ ibi eſſet verū corpus xp̄i. Et ꝗ cū accepiſſꝫ ipſum et ante porcos in ſiliq̄s poſuiſſet: ecce mirū. oēs porci genua flexerūt: ⁊ adorauerūt ſacr̄m. Hec aūt miſera voluit plus experiri: ⁊ poſuit corpꝰ xp̄i ſuꝑ veru: ⁊ aſſauit int᷑ ignē tanq̄ꝫ aſſaturā: ⁊ ecce gutte ſanguinis ab in⸗de fluere ceperūt. Hoc facto miſera adhuc ſꝫ ꝯtenta: accepit corpꝰ xp̄i ⁊ fodit in terram: ⁊ ſanguis nimiꝰ ſuꝑ foſſam emanare cepit q̄ſi eēt terrā ebuliēdo. Ad qd̄ tūc cōpūcta ē: ⁊ cre⸗didit verū corpꝰ xp̄i eē in ſacramēto altaris Et ep̄o ſupradicto ꝯfeſſa eſt pctm̄ ſuū: ⁊ per⸗petuam penitentiā ab eo ſuſcepit.



Puella quedam ſparſit corpus chriſti ſu⸗per olera. Exemplum.xxxiiij.

## Uit i inſula ſcti iacobi pu

f ella obſeſſa laica. Cū req̄ſitus dia⸗bolus a quodā ſacerdote cur tanto tpe tam crudeliter eandē puellā torq̄ret: per os puelle rn̄dit. Bn̄ ac optime ꝓmeruit. Et ſacerdos. Quare. Cui diabolus. Ipſa altiſſi⸗mū ſuꝑ olera ſeminauit. Qui cū vbū minus intelligeret: nec ille exponere vellet: ſacerdoſ feminā adijt q̄d de ea diabolus dixerit expo⸗ſuit: monēs vt nō negaret ſi ītelligeret. Que ſtatim ꝯfeſſa eſt culpā dicēs. Uerbū bn̄ intel⸗ligo qd̄ tm̄ nunq̄ꝫ hoi ꝑ me publicatū eſt. Qn̄ iuuencula eram ⁊ hortū ad colendū ſuſcepiſ⸗ſem: nocte quadā mulierē vagaꝫ hoſpitio re⸗cepi. cui cū damna horti mei expoſuiſſem: aſ⸗ſerens oīa olera ab erucis deuorari: rn̄dit: bo⸗nam te inſtruā medicinā: accipe corpꝰ dn̄i et cōminue illud: ſicq̄ꝫ ſuꝑ olera ſpargas ⁊ ſtatī lueſ ceſſabit. Ego miſera cui maior cura erat de horto q̄ꝫ de ſacramēto: cum in paſcha cor⸗pus xp̄i ſumpſiſſeꝫ: ⁊ extractū de ore feciſſeꝫ ſicut eram edocta. qd̄ oleribus erat in reme⸗dium: mihi teſte diabolo factū eſt in tormē⸗tum. Hec ceſarius.

Boues in agro cognouerunt chriſtum ſub ſacramento. Exemplum.xxxv.

## Nvilla quadam fures ec

i cleſiā in nocte infringētes: int᷑ ce⸗tera etiā [illegible]iniū cū corꝑe xp̄i inde tulerunt. Qui cū nihil in eo p̄ter reliq̄as ⁊ pi⸗xidem cū ſacro repiſſent: nihil de eis curāteſ eandē pixidē ſuꝑ ſulcum agri ville ꝓximi po⸗nentes cōfuſe receſſerūt. Mane igr̄ cum ru⸗ſticus cū aratro ⁊ bobus in eodē agro araret veniſſentq̄ꝫ animalia iuxta pixidem ſtupen⸗do ſteterūt. Quos cum arator ſtimularet vt ꝓcederent: nunc recalcitrādo: nunc exhorbi⸗tando iratus ait. Quis diabolus in bobus iſtis eſt. Non eīm clare videre poterat: qꝛ an⸗te ortuꝫ diei arabat. Diligētius aūt circūſpi⸗ciens dep̄hendit ante pedes boum pixideꝫ ⁊ ſeruitium eccl̄ie ſue aū illam: tunc cām rebel⸗lionis nō ignorās oībus in agro dimiſſis in villam cucurrit: tam ſacerdoti q̄ꝫ ceteris q̄ a⸗cta ſunt referens. Tunc oēs ſimul in agrum deſcendentes cum cruce ⁊ thuribulo ⁊ cereis corpus dn̄icum reportauerunt.

Apes fecerunt eucharistie altare, Exem⸗plum.xxxvi.

## Ulier quedā cū apes mul

m tas nutriret: ⁊ ille nō ꝓficerēt: imo paſſim morerent᷑. Et cū ꝯ hoc reme⸗diū circūquaq̄ꝫ q̄reret dictū eſt ei ꝙ ſi corpꝰ dn̄icum inter illas locaret: mox lues illa ceſ⸗ſaret. Que ad eccl̄iam ambulās ⁊ ſe cōicare ſimulans: corpꝰ dn̄i ſumēs ſtatim a ſacerdo⸗te recedēs extraxit ⁊ in vno alueolo illud lo⸗cauit. Mira dei potētia. vmiculi creatorē ſu⸗um agnoſcētes: d̄ fauis ſuis dulciſſimis ho⸗ſpiti ſuo dulciſſimo capellā mire ſtructur̄ fe⸗cerūt in q̄ altare eiuſdē mat̄ie erigētes: ſacra⸗tiſſimū corpꝰ ſuꝑ illud poſuerunt: ⁊ bn̄dixit dn̄s opibꝰ coꝝ. Proceſſu vo tpis cū femia p̄⸗fata idē vaſculū apuiſſꝫ: ⁊ iā dcm̄ oratoriuꝫ ꝯſpexiſſꝫ expauit. currēſq̄ꝫ ad ſac̄dotē ꝯfeſſa eſt ei oīa q̄ egerat ⁊ viderat. Tūc ille aſſūpt̄ ſe cū parrochianis ſuis ad vaſculū venerūt. et apes ꝯuolātes ⁊ i laudē ſui creatoris bōbizā⸗tes abierūt. capellule parietes: feneſtras tectū cāpanile: oſtiū: altare āmirātes. corpꝰ dn̄icū cū honore ⁊ glīa ad eccl̄aꝫ tulerūt. Hec Ce.

Eucharistia oſ̄dit potentiā ſuā in aqua. Exemplum.xxxvij.

## Empore illo quādo ma⸗

t nifeſtari ceperāt hereſes albiēſes. quidā maligni vtute diabolica ſuf⸗fulti q̄dā ſigna oſ̄derūt qbꝰ eaſdē hereſes ro⸗borauerūt: qꝛ ſuꝑ aq̄s ambulauerūt ⁊ i aq̄ n̄ ſunt ſubmerſi. Cernēs hꝰ ſacerdos q̄dā catho⸗licus corpꝰ xp̄i cū pixide ad flumē vbi illi po⸗pulis ſuis oſ̄derūt ⁊ oſ̄ſuri erāt vtutes de⸗portauit. Dixitq̄ꝫ i audiētia oīm. Adiuro te diabole ꝑ eū quē manibꝰ porto ne i hꝰ flumie ad huiꝰ ppl̄i ſubuerſionē exerceas vtutes tu⸗as ⁊ fantaſias. Poſt hec vba illis hereticis ſu⸗per vndas fluminis ambulātibꝰ vt priꝰ ſacer⸗dos turbatꝰ corpꝰ dn̄i in flumē iactauit. Mi⸗ra xp̄i potētia. mox ei vt elemētū tetigit ſa⸗cramētū fantaſia ceſſit vitati. ⁊ heretici ſta⸗tim vt plumbū deſcēdētes in ꝓfundū ſunt ſubmerſi. Pixis vo cum ſacro ſtatī ab ange⸗lis ſublata ē. Uidēs ſacerdos hec oīa de mi⸗raculo exultauit q̄dē: ſꝫ de iactura ſacramen⸗ti doluit, Totam vero noctem in lachrymis

⁊ gemitu tranſiens: mane pixidem cū ſacra-
mento reperit ſuper altare.
Eucharistia oſtendit potentiam ſuam in
terra. Exemplum.xxxviij.

p Lebanus ſancte colūbe
in colonia cū in quadā ſolēnitate
paſchali ppl'm cōicaret: hoſtia de
manu eius lapſa cecidit ſup pauimentū la-
teribus ſtratū. Ut aūt deus oſtēderet ſe dñm
terre ſicut ⁊ maris: mox vt hoſtia lapidē te-
tigit lateris illi duritia ceſſit: ita vt circulus
⁊ littere in illa apparerēt queadmodū ſigil-
lum molli cere imprimitur.
Eucharistia oſtēdit potentiā ſuā in igne.
Exemplum.xxxix.

t Empore quodā eccleſia
quedā exuſta ē. Cūq; oīa q̄ crema-
ri poterāt in cineres fuiſſent reda-
cta ſolā pixidē cū corpe xpi illeſam ſup alta-
re repererūt. Qd̄ ꝓ miraculo magno ſicut re
vera fuit pluribꝰ referētes: glorificabāt eū q̄
ſic honorificauit ſuū ſctm̄ ſacramentum.

In diſcipulo de tempore.
Quidā vidit aliquos nigros: aliquos ſan-
guinolentos: aliquos claros ⁊ ſplēdidos ad
ſacramentum xpi accedere. Hoc q̄re in diſci-
pulo de tpe. ſer. xlvi. R.
Quidam cognouit ꝓpriam vxorē ſabba-
to paſche. ⁊ in die paſche qn̄ cōicare voluit
corpus xpi exiliuit de ore ipſius. Hoc q̄re de
tempore. ſer. xlvij. H.
Item quidaꝫ poſt cōicationē ad tabernā
iuerunt. ⁊ quō ſuffocati ſunt a ſanguine pro
prio. Hoc q̄re ſermo. lij. M.
Item q̄dam habuit magnā deuotionē ad
ſacramentū: ⁊ in agone nō audebat ſumere
ꝓpter vomitū ⁊ petiuit eucharistiā ſibi poni
ſup pectus ſuū. Hoc q̄re ſer. lxxx. Q.
Meretrix q̄ iuit ꝑ lutū ⁊ adorauit euchari-
ſtiam: ⁊ xp̄s de pixide dixit ei. Ego ignoſco
tibi oīa pctā tua. ſermo. lxxix. P.
Item miles q̄ orauit quinq; pater nr̄ quod
per triduū vixit in patibulo. ſer. lxxx. U.

Excōmunicatio.
Excōicatū fulgur ꝯſumpſit. Exemplū. xl.

q Uidam excōicatus ⁊ con
tumax eccl'iaꝫ btē v̄ginis intrauit
quē mox fulgur ceteris illeſis in-
terfecit. Item quidaꝫ excōicatus penitēs
mortuus fuit: ante cuius abſolutionē corpꝰ
illius nigrū vt pix apparuit. poſt abſolutio-
nem apparuit album vt nix.
Sacerdos excōicauit viridariū ⁊ nō ꝓtu-
lit amplius fructus. Exemplum. xli.

c Um domina nobilis ma
ter ducis burgūdie emiſſet virida
riū valde pulchrū a quodaꝫ ſacer-
dote. Cū eſſent arbores pulchre ⁊ terra bona
⁊ pinguis nullū fructū gerebat. Cū aūt q̄re-
ret ab incolis q̄ poterit eſſe cā ꝙ tpe quo vi-
ridariū ipſiꝰ erat fructus nō ꝓduceret. dixe-
runt ei ꝙ cū ſacerdos dñicis diebꝰ celebraret
miſſam tpe fructuū: iuuenes relicta miſſa ⁊
eccleſia colligebant fructꝰ ⁊ diſſipabāt clau-
ſuras ⁊ arbores. Cum de hoc monuiſſet ſa-
cerdos eos: ſi nollent deſiſtere excōicauit vi-
ridariū ne decetero gereret fructū: ⁊ extunc
fructū nō gerebat. Tūc predicta ducissa fecit
viridarium abſolui ꝑcipiente dicto ſacerdo-
te vt fructū ferret decetero ꝯſuetuꝫ. qd̄ ⁊ fe-
cit. Uñ etiam hr̄ Math. xi. ꝙ dñs ieſus ma-
ledixit ficulnee: ⁊ ſtatim aruit: q2 dñs ieſus
xp̄s dedit ptātem ligandi ⁊ ſoluēdi ſacerdo-
tibus: dicēs. Qdcūq; ligaueritis ſup terram
erit ligatum ⁊ in celis.

In diſcipulo de tpe.
Comes q̄dam q̄ ꝯtempſit excōicationem
quō abbas panē album excōicauit in cōſpe-
ctu illius comitis: q̄ ſtatim factus eſt niger
⁊ muſcidus. Hoc quere in diſcipulo de tem-
pore. ſermone. lxix. I.
Item papa Grego. excōicauit quendā ci-
uem q̄ ꝯtempſit excōicationē: ⁊ ſtatim cico-
nie nidos ſuos de domo illiꝰ trāſtulerūt ad
aliā domū ⁊ poſt abſolutionē redierūt. Hoc
quere in diſcipl'o de tpe. ſer. lxix. M.
Item q̄dam eps̄ excōicauit paſſeres: quia
maculauerūt eccl'iam ſcti Uincentij. ⁊ q̄cito
aliquis paſſer ibi portatur ad eccl'iam ſtati
moritur. ſer. lxix. M.
Item ſacerdos concubinarius ꝯtempſit
ſuſpenſionē ⁊ excōicationem. ⁊ q̄cito acceſ-
ſit ad celebrandum diabolus ſuffocauit euꝫ
Hoc quere ſermo. cxi. H.

Excuſatio.
Puella q̄dā iuit ad caſtrū ⁊ diabolꝰ in ſpe-
cie hoīs diſſuaſit ei. ⁊ poſtmodū dixit. diabo-
lus ſuaſit mihi. quere ſer. cxxxi. K.

Exemplum.
Qui peccāt in exēplis alioꝝ. Exēplū. xlij.

q Uidam epiſcopus nomie
Leopoldus: ſolo quidem nomine
epiſcopus: opere aūt tyrānus. Hu-



cuꝫ eēt vaniſſimꝰ nihil in ſe hñs pietatꝭ. vel
religionis: quodā tpe dicebat ei germanꝰ ſuꝰ
nobilis. Dñe epe multū ſcādalizatis nos lai-
cos malo exēplo vr̄o. añq; eēt is eps̄ aliquā-
do deū timebatꝭ: mō nihil de eo curatꝭ. Cui il-
le rn̄dit. Frēs duo erāt vicini: ex q̄bꝰ vnꝰ exē-
plo alteriꝰ peccauit. mortui aūt ſt̄ ābo et du-
cti ad infernū. Cū igr̄ eēnt in tormētꝭ vnꝰ al-
teri dicebat. Ue tibi: q2 tuo exēplo ꝓuocatus
ad peccādū merui hūc locū. Cui alr̄. Bone vi-
cine ſi tibi āpliꝰ placet ſedes mea trade mihi
tuā ⁊ ego dabo tibi meā. Sic dico vobis fra-
ter: qn̄ venerimꝰ ad inferos ſi videbit̄ vob̄ ſe-
des mea honorabilior q̄; veſtra: aſcendite cā
⁊ ego recipiā veſtrā. Rn̄dit ille. Mala cōſo-
latio hec eſt. Hec Ceſarius.
Exēplū bonū ꝓuocat malos ad penitenti-
am. Exemplū. xliij.

b Eatus dominicꝰ quadaꝫ
vice cū iret cū alijs religioſis ſacer
dotibꝰ ad diſputādū ꝯ hereticos ⁊
dubitarēt de via: q̄ſierunt a quodā quē crede-
bāt catholicū: ſi reuera hereticꝰ erat. Optime
inq̄t ⁊ libēter nō ſolū viā oñdā: ſʒ et etiā vos
illuc perducā. Ducens ergo eos ꝑ quoddam
nemus fecit eos intm̄ malicioſe errare: ꝑ ſpi-
nas et vepres ducendo ꝙ pedes eorū et cru-
ra fuerunt ſanguine cruētata. Uir igitur dei
patiētiſſime hoc ferens ⁊ in quādā iocūdita-
tē ꝓrūpēs oēs ad laudē dei et patientiā hor-
tatꝰ ē dicens. Chariſſimi ſperate in dño ꝙ vi-
ctoria nobis ꝓueīat. iā eī pctā nr̄a ꝑ ſangui-
nē purgant̄. Ille vo hereticꝰ cernēs mirabi-
lē et letā eoꝝ patiētiā ⁊ viri dei v̄bis bonis ⁊
exēplis bonis cōpūctꝰ fraudis venena dete-
xit. ⁊ hereſim abiurauit. et vitam laudabileꝫ
poſtmodum duxit.

In diſcipulo de tempore.
Latro cui iuuenis monachus ſeruiuit in
clauſtro ⁊ comedit panē et aquā ī preſentia
ipſius latronis: quomō ꝓpter bonū exēpluꝫ
illius iuuenis latro iſte bonus hō factus eſt
Hoc quere in diſci. de tpe ſer. li. I.
Itē q̄dā audiuit de nocte in lecto ſuo frēs
ordinis p̄dicatoꝝ alacriter cātare in choro: ⁊
ſic cōpūctꝰ ordinē intrauit ſermone. lxxiiij. I

Capitulum de. F.
Feſta. Quidā induxit fenū in die do-
minico. Exemplum. i.

q Uidaꝫ ductus ad penas
inferni intuendas: ibi vidit plau-
ſtrum feno oneratū et dictū eſt ei.
Ops ꝙ tantū fenum in dorſo tuo comburat̄:
eo ꝙ dominico die duxeris illud: ſciens illō
eſſe prohibitum a ſacerdote. Ille auteꝫ redu-
ctus poſtea ad penitētiā confeſſus eſt pctā.
et factus eſt vir bone vite.
Quidam in ſabbato hora veſperarū ceſſa-
uit a laboribus. Exemplum. ij.

i N theuthonie partibꝰ mi-
les quidā ad deponendam herbā
de prato cōduxerat falcatores. Il-
lis ergo falcantibus vbi tempus veſpertinū
aduenit: per villas in circuitu pulſabatur ad
veſperas. et mox vnus ad ſocios falcatores
inquit. Deſiſtamus ab opere q2 iam veſpere
compulſant̄. ſed cum illi nollent: immo ma-
gis verbis confunderent ammonētem. ipſe
mox opere derelicto ad veſperas iuit. Tertio
autem die ad opus impfectū cum ceteris re-
diens: videns ꝙ antecedentibus alijs: ſe fal-
care poſterius oporteret: ⁊ propter hoc ab oī-
bus eſt deriſus. Patiēter vero ferēs riſus oī-
um et cachinnos vbi manus ad falcē poſuit
ante ſe pendentē in ſurculo graminis drag-
mā mire pulchritudinis ſiue latitudinis au-
ream mox inuenit. Curuatis ergo genibꝰ de-
um bñdixit. Quo clamāte cōcurrerunt ſocij.
concurrit et prati dominꝰ. vident diuinū mi-
raculum. ſcripturam miles litteratꝰ in num-
mo voce paterna legens: hoc vt interpretari
potuimꝰ continebat. Manus dei mei cōpe-
git ⁊ in donū me redegit pauperi: qui nō fre-
git diem ſcilicet celebrem. Hanc dragmā er-
go a paupere emit. ⁊ poſtea multis ad rei ge-
ſte ꝓbationem oſtendit.
Quidam in die feſto induxit: triticum.
Exemplum. iij.

q Uidam ruſticus duxit tri-
ticuꝫ de campo in quodā die feſto
in horreū. ⁊ ex ꝑmiſſiōe diuina ig-
nis totū horreū cum tritico conſumpſit.
Itē aliud miraculū ſcribit gregoriꝰ Thu-
ronēſis. Cū q̄dā ruſticꝰ ī die feſtiuo arare vel-
let: ptinꝰ ꝯtractis digitis manubriū ſecuris
cū qua vomerē mūdare volebat eius dextre
adheſit. Sʒ poſt duos annos in eccleſia ſan-
cti Iuliani ad eius preces eſt ſanatus.
Ruſtica que coxit panem in die feſto.
Exemplum. iiij.

q Uedam ruſtica coxit pa-
nes in die feſto ⁊ totus panis ſan-
guinolentus eſt effectꝰ: in ſignum

dıſſenſionis: q2 feſtum celebre infregit.
In diſcipulo de tempore.
Tēpore moyſi quidā in die ſabbati colle-
git ligna. ⁊ ex iuſſu dei lapidat⁹ eſt. Hoc que
re in diſcipulo de tp̄e ſermone. cliiij. F.
Itē duo ſutores quoꝝ vn⁹ celebrauit fe-
ſta ⁊ ſatis habuit: et alī nō celebrauit: ⁊ ſem
per ī penuria vixit. Quere ſermōe. cxvij. V.
Fides.
Sacerdos catholic⁹ ad probandū fidē ab
igne non eſt leſus. Exemplum. v.
Rat quidam deuotus ſa
e cerdos q̄ quēdā doctorē manicheo
rū inuenit ſeducētem populū ſim
plicem: ſ; q2 erat verſutus nimis ⁊
cōcludere eū vbis nō poterat: oībus audiēti
bus dixit. Accendite ignem lignoꝝ in medio
platee et ambo intremus in flāmā. et ſi quis
noſtrū nō fuerit cōbuſtus huius fides vera
eſſe credat. Qḋ cū dixiſſet: ille deuot⁹ ſacer-
dos valde placuit pplo: et cōtinue ignis ac-
cēdit. tūc ſacerdos app̄hendēs hereticū ce-
pit eū ſecū trahere ad ignē. Nō inq̄t ita non
ita: ſ; vnuſq̄ſq; noſtrū ſingulariter ingrediat
prio tū tu debes intrare: q2 hoc ip̄s impoſui-
ſti. Et ſacerdos noīe xp̄i cōſignās ſeip̄m: me
dias flāmas eſt ingreſſus. Ignis vero huc ⁊
illuc diſpergit. ſtetit ille in medio ignis ī no
mine dñi: in nullo penit⁹ leſus. Uidēres aūt
ppl̄i xp̄iani: cū ingēti admiratione exclama
uerūt ⁊ bn̄dixerūt deū dicētes. Mirabilis de
us ī ſanctis ſuis. Ceperūt aūt perurgere he-
reticū vt introiret in ignē. At ille reluctari
cepit et ſubtrahere ſe. Tūc comprehendētes
eum turbe iniecerūt eum in medio ignis. et
ſtatim circūdās eum flamma atq; vrens: ſe-
miuſtū reddidit. Et illū quidē hereticū po-
pulus cū cōfuſione ex vrbe eiecit clamās et
dicens. Uiuens ardeat ſeductor. illum vero
aſſumētes ſecum ⁊ bn̄dicentes deum: ad ec
cleſiam cū honore perducūt. Et ſic chriſtiani
fuerunt letati: et heretici confuſi.
Ad cōfirmationem fidei catholice mons
motus eſt de loco ſuo. Exēplum. vi.
Incētius in ſpeculo hiſto
v riali ſcribit: ꝙ anno dñi. M. ccxxv.
Caliph⁹ rex tartharoꝝ conat⁹ extir
pare xp̄ianos de regno ſuo: q2 xp̄iani mixtis
habitabāt inter paganos et vnus de conſili
arijs ſuis cōſuluit regi vt eos vinceret ex euā
gelio. Nam xp̄s de⁹ xp̄ianoꝝ locutus eſt. Si
quis xp̄ian⁹ nō heſitauerit et dixerit monti
huic. tollere et mittere ī mare: fiet ei. Qui cū
vocauit oēs xp̄ianos q̄ſiuit ſi vba xp̄i ⁊ euan
geliū verū ſit. Rn̄dētib⁹ oīb⁹ ſic: ſtatim cōmi
natus eſt eis ꝙ niſi infra decē dies hoc facū
oſtēderent oēs perirēt. Tūc ep̄i ⁊ ſacerdotes
cōuocauerūt xp̄ianos: et indicto ieiunio per
triduū ⁊ orōnibus intēdētes: rogauerūt dn̄ȝ
ieſum xp̄m vt ſuis fidelib⁹ ſuccurreret. Et re
uelatū ē cuidā ep̄o deuoto viro ꝙ ſutor mo-
noculus dign⁹ eēt illa vba ꝓferre: et populū
xp̄i de periculo eruere. Qui ex humilitate rē
nuit et ſe peccatorē eſſe aſſeruit: tū ex obediē
tia precepto ſe ſubmiſit: et xp̄iani ex vna p-
te ſteterunt et crucem xp̄i ſecum habuerūt. ⁊
rex Caliphus ex alia parte cum populo ſuo
qui fuerunt parati ad occidēdū chriſtianos
Orauit aūt ſutor flexis genibus ne xp̄s tot
xp̄ianos necari p̄mitteret: ⁊ precepit monti
vt ſe tolleret. Quod ⁊ ſtatim factum ē. Quo
viſo rex baptiȝat⁹ eſt et plures cum eo. et ſic
fides roborata et augmentata eſt.
Hereſiarcha virtute fidei mutus fact⁹ ē.
Exēplum. vij.
Uidam fidelis deuotus li
q cet ideota cui⁹ fidē quidā hereſiar-
cha aſtut⁹ valde irritare conabat:
ſed fidelis dedit ſe ad orōnes: ⁊ oculis in ce-
lum erectis dixit ad hereſiarchā coram oīb⁹
Precipio tibi in virtute fidei xp̄iane ne cōtra
eam aliquid exprimas vel blaſphemes. Qui
mox mutus corā oīb⁹ effect⁹ eſt. Unde xp̄ia-
ni ſunt multū letificati: heretici vero cōfuſi.
Simplex epiſcop⁹ vicit hereticum ⁊ p̄hm
valde magnum. Exemplū. viij.
Egitur in hiſtoria eccleſia
l ſtica ꝙ cū plures p̄hi conueniſſent
et fidē xp̄i impugnarent: vnus erat
inter eos cui nemo reſiſtere poterat: ſed oīa
argumēta facilime ſoluebat. Tūc ſimplex q̄-
dam ep̄s cōtra illū cōmotus petijt audiētiā.
Quē cū alij xp̄iani valde ſimplicē cognoſce-
rēt: timere ceperūt ne ī proponēdo deficeret
ſ; tū ꝓpt̄ ſanctitatem ei⁹ non ſunt auſi eum
cohibere. Qui arguendo illum philoſophus
ꝓpoſuit chriſtum docuiſſe diabolicas euita
re fallacias: et credere in vnum deū et xp̄m
filiū eius: et ſimbolum totū dicens p̄ho: ait.
Dic mihi ſi ſic eſſe credis. Tunc ille ſtatiȝ vt
fidem audiuit ex ore eius illuminat⁹ credi-
dit: ⁊ aſtātib⁹ ait. Quādiu verba audiui vba
ꝓ vbis reddidi: ſ; q̄n diuina virt⁹ acceſſit: vl-
tra non potui reſpondere: nec fidei xp̄iane
amplius cōtradicere: ſed conſentio iam fide
illuminatus.
Hereticus aſtutus ab obſeſſo ſtulto com-
buſtus eſt. Exēplum. ix.
Rat quidā hereticus aſtu
e tus valde q̄ timēs inquiri ⁊ cōburi
finxit ſe arreptū a demone. ⁊ ſic li-
gatus ad quandā eccl̄am deduct⁹ eſt: ⁊ repu
tabat q̄ſi eſſet obſeſſus. Et erat ibi q̄dam cle
ricus veraciter obſeſſus ⁊ ligat⁹: q̄ ſubſequē
ti nocte diuino nutu abſolut⁹ eſt a vinculis.
⁊ aggregās mattas ⁊ ſtramina ac ſcanna ec
cleſie ſup ligatū hereticū cumulauit. Ludū
aūt furiā credidit ille heretic⁹ diſſimulauit
quouſq; clericus ignē de lāpade ſumens cō
burere cumulū cepit: ⁊ tunc hereticus excla-
mauit. Ad cui⁹ vocē expaefacti cuſtodes cū
ignē extinguere niterent: cleric⁹ excepto gla
dio quē caſu iuxta lectū inuenit: oēs violen
ter abegit: ⁊ hereticū cōbuſſit. Nec mora. di-
uino exacto iudicio cleric⁹ idem a demone li
beratus eſt: ⁊ plene ſoſpes apparuit.
Epiſcopus hereticoꝝ ſimulauit ſe illumi
nare cecum ⁊ curare. Exemplum. x.
Uidam epiſcop⁹ arriano
q rum noīe Cerula. vidēs ꝙ cōfunde
batur rōnib⁹ ⁊ diſputatiōib⁹ catho
licoꝝ: dedit cuidā de ſecta ſua q̄nq̄uagita au
reos ſub cōpacto ꝙ ſe cecū fingeret ab eo
fuiſſe illumiatū. Cū aūt trāſiret dict⁹ Cerula
cum exercitu vandaloꝝ ⁊ ep̄is catholicis ca
ptiuis: clamauit dictus homo. Audi me ve-
riſſime cerula ⁊ reſpice cecitatē meā ⁊ expe-
riar vrutē tuā. q2 reddis cecis viſum. ſurdis
auditū: leproſos mundas: mortuos reſuſci-
tas. Tūc cerula trahēs eū ad p̄tē: tangēs ei⁹
oculos ait. ſm̄ fidē nr̄aȝ qua recte credimus
in deū aperiant oculi tui ⁊ videas. Quo di-
cto oculi dicti miſeri hoīs inflari ceperunt: ⁊
tant⁹ dolor eū arripuit: vt vix poſſet digit̄ ſu
is reprimere: q2 oculi ei⁹ crepuerāt p̄ dolore
Qui eiulās oībus dolū detexit. ⁊ clamabat
proijciens aureos dicēs. Ecce aurū tuū ⁊ red
de mihi viſum. Tūc hō vſus bono cōſilio cla-
mans ⁊ eiulans ꝓiecit ſe ad pedes ep̄oꝝ ca-
tholicoꝝ abnegans p̄fidiaȝ arrianoꝝ. Tunc
btō Eugenio ep̄o crucē ſup oculos ei⁹ ponē-
te: ſanitatē ⁊ viſum recepit. Qḋ vidēs Hono
rius rex vandaloꝝ notāſq; ſectā ſuā cōfundi
⁊ fideȝ catholicā exaltari: ſctōs dei diuerſis
ſupplicijs fecit cruciari. Quo facto ſol obſcu
ratus eſt ⁊ dict⁹ Honori⁹ a diabolo arrept⁹;
proprijs dentibus ſe lacerauit: ⁊ indignā v
tam hoc digno cruciatu finiuit.
Hereticuȝ demones extraxerunt de igne.
Exemplum. xi.
Uit quidaȝ hereticus in
f prouincia brabantie q̄ debebat cō
buri. Cū aūt ꝓiectus eēt ad ignē
clamauit. Adiuuate me. Et ſtatim demōes
extraxerūt eum de igne. Qui cū denuo fuiſſ;
proiectus ⁊ fuiſſet ſp liberat⁹: iam catholici
diſputabāt de fide. Superueniēs aūt vnus p̄
dicator dixit ep̄o. Faciatis huc portari corp⁹
xp̄i. Qḋ cū factū fuiſſet: heretic⁹ ad ignē pro
iectus ſicut pri⁹ clamauit. Adiuuate me. Et
demones rn̄derunt. Nō poſſumus: q2 maior
nobis ſuperuenit.
Demones traxerūt oſſa heretici de igne.
Exemplum. xij.
N epiſcopatu brixiēſi qui
i dā erat q̄ pretēdebat de ſctitate tā-
tam abſtinētiā ꝙ q̄ſi videbatur io-
hānes baptiſta. Oēs q̄ſi de tota ꝓuicia cur-
rebāt ad eū: ⁊ btm̄ reputabat ſe ille q̄ eū poſ-
ſet videre vel tāgere vel loq̄ cū eo. Oēs cre-
debāt eū ſctm̄: ⁊ tū erat heretic⁹ magnus ⁊ p
uerſus hō. Mortu⁹ ⁊ ſepultus eſt honorifi-
ce. Poſt aliqḋ tp̄s inq̄ſitor heretice prauita-
cōmiſimꝰ: ſꝫ in pace hactenꝰ vixīmꝰ ⁊ ꝯſenſu
tractauimꝰ: q̄tenꝰ pit̄er relictꝗ maritꝗ ī ꝯgrega
tiōe religioſarū vginū ꝓficiſceremur ⁊ multꝗ
p̄cibꝰ h̄ a ꝯiugibꝰ nō potuimꝰ īpetrare q̄ nō
adepto int̄ nos ⁊ deū poſuimꝰ teſtm̄: vt ⁊ vſ
q̄ꝫ ad mortē nr̄am ſeculare vbū non loq̄mur
ammodo. Que cū btūs machariꝰ audiſſꝫ di
xit. Jn vitate nō eſt vgo neq̄ꝫ maritata: neq̄ꝫ
monachꝰ neq̄ꝫ ſecularis in his ꝓficiēs: ſꝫ tm̄
deus: q̄ ꝓpoſitū q̄rit: ⁊ ſpm̄ vite oībꝰ ſubmi
niſtrat. Hec in vitaſpatrū.

Nobilis mulier q̄dā nō letabat: niſi cū de
notis perſonis. Exēplum. xij.

V Jdi mulierē iuuenculam
pulchrā valde ⁊ nobilē ⁊ rebꝰ mū
di affluēter pollentē. Hec a puel
laribꝰ annis viro nobili mr̄imōio copulata
cito poſtmodū ſpreuit mūdū: ⁊ in ſe oēs ꝯcu
piſcētias annihilauit: in domo mariti quaſi
ancilla humilis ſuiebat. Tñ vt mihi vir eiꝰ
dicebat gratior illi erat ire in vili habitu q̄ꝫ
pōpoſe. Hec vix vnq̄ ridere viſa eſt: niſi cuȝ
deuotꝗ ⁊ bonis ꝑſonis: ⁊ tūc iocūditate mira
bili replebat. Ergo cū vir ſuꝰ aliq̄s dilectos
hoſpites ⁊ ſeculares hr̄et q̄s ex more feſtiua
re volebat: deuotos aliq̄s occulte venire mā
dauit: vt vxorē hoſpitibꝰ letā redderet ꝑ ad
uentū ⁊ ſocietatē illoꝝ. Cōſumpta aūt ī bre
ui venit ad mortē. Ex cū diu ſine voce ⁊ exte
riori ſenſuū exercitio iacuiſſet: tandē ſimplr̄
ocul̄ eleuatꝗ in cachinnū ⁊ riſum maximū ex
citata ē: ⁊ ſic repēte emiſſo ſpū cū ipa diſpo
ſitiōe ridētꝗ faciei iubilo ⁊ leticia plena pplo
mirāte remāſit. Nulli dubiū qn illa ad ꝯſpe
ctū angeloꝝ aſtantiū exultauit. Hec Guil.

Rex ⁊ regia dormierūt in camiſijs. Exē. xiij.

R Egina iuuenis ⁊ pulchra
que fuit filia ſcti Ludo. regꝗ frācie
nūq̄ ſine camiſia cū viro ſuo rege
theobaldo iacuit: nec ille q̄uis iuuēis ⁊ pul
cher ſine camiſia ⁊ femoralibꝰ vnq̄ iacuit in
thoro legittio cū pudica ⁊ legittia ſua vxore.

Virgo ⁊ martyr q̄dam in extremis ſerua
uit pudicitiam. Exemplū. xiiij.

O Limphas virgo ⁊ martyr
gladio ꝑcuſſa cooperiēs ſe capillis
⁊ veſte crura cōtexiſſe refert: ne qd
poſſet in corpe indecoꝝ videri.

Vxor ꝓuocauit virū in vigilia ſcti Seba.
ad actū: ⁊ iō de mane obſeſſa eſt. Exēplū. xv.

M Ulier inuitata ad dedica
tionē ſcti ſebaſtiani ī nocte ꝓuo
cauit maritū ad actū mr̄imonia
leȝ: ⁊ h̄ fecit ex mala ꝯcupiſcētia carnis ſue.

De mane habuit ꝯſciam intra eccliam ⁊ ap-
parere corā reliquijs ſcti Seba. Cū autē in-
traſſet ⁊ reliquie in ꝓceſſiōe in ecclia porta-
te fuiſſent: arrepta a diabolo grauiť vexata
eſt corā oī pplo. Que deducta eſt ad domū
ꝓpriā: ⁊ multis dieb' vexata eſt a demonib'
Tandē pñtata eſt btō donato epō: qui ꝓ ea
orans eam a demonib' liberauit.

Maritus quidā peccauit cum ꝓpria vxo-
re ſua ſodomitice. Exemplum. xvi.

m Aritus luxurioſus ⁊ peſ-
ſim' cū ꝓpria vxore peccauit ſodo-
mitice. Vñ cū nocte q̄dā reclamā-
te vxore ⁊ imp̄cāte vīdictā dei: marit' ille peſ-
ſim' ꝑpetrato violēter ſcelere ſodomitico ꝓ-
pter purgatōēs vētris ſurrexit: mox ſolut' vē-
tre ꝑ ſecreta nature ī cloacā ei' viſcera deſcē-
derūt. Qui fortiť clamās reportat' eſt ad le-
ctū: ⁊ publica voce ꝯfeſſus ē plagā dei ſe cuꝫ
h' vicio īcurriſſe ⁊ ſtatī cū duriſſimo cruciatu
manuū q̄s q̄ſi ignib' vrerenť abſcidi petijt.
⁊ ſic in hora diei tertia miſerabiliť expirauit

Vetula quedā voluit facere diſcordiā in-
ter virū ⁊ vxorem. Exemplum. xvij.

l Egitur ꝙ cū diabol' per
mltos annos quoſdā .ſ. virū ⁊ mu-
lierē tēptaſſet pene .xl. annis: ⁊ nō
poſſet ꝑualere vt ſaltē diſcordarent ſil. Vna
dierū diabol' trāſfigurauit ſe in formā cuiuſ-
dā iuuenis ſedēs moleſt' ī via in q̄ vna vetu-
la lotrix pānoꝝ debebat trāſire: ⁊ ſedens ſub
arbore hñs burſaꝫ plenā dnarijs aureis. Cū
aūt vetula trāſiret ⁊ q̄reret q̄s cēt ⁊ cām tāte
triſticie. rñdit diabol' ⁊ dixit ꝙ ei libenť hoc
dicēt ⁊ dnarios illos ei dare vellet ſi ꝓmitte-
ret ſibi ꝙ eū ꝓ virib' ſuis iuuare vellet. Qḋ
cū illa feciſſet: dixit ſe eē diabolū q̄ grauiť ti-
mebat puniri a ſuo pñcipe: q2 ꝑ .xl. annos la-
borauerat ꝯ tales ꝯiugatoſ: nec poterat eos
facere peccare vel vnq̄ꝫ diſcordare. Qui da-
ta ei pecūia receſſit. Vetula aūt aſſumpta q̄-
dā iuuēcula miſit eā in domū ſuā: ⁊ venit ad
p̄dictā mulierē ꝯiugatā ⁊ dixit q̄ſi cū magna
cōpaſſiōe ꝙ vir ſu' eēt illaq̄at' amore cuiuſ-
dā iuuēcule vicine ſue quā viderat cū eo in
domo ꝯiūctā: ꝓſpiciēs ꝑ parietē audierat ꝙ
ſollicitabat eā: ⁊ iā ei ꝓmiſerat tunicā ꝙ ei
ſe expoſuerat de q̄cūq̄ꝫ pāno vellet: ⁊ ip̄a de-
beret venire ad ei' opatoriuꝫ vt eligeret ſibi
pānū quē vellet q2 mercator erat. Cū aūt di-
cta vxor illi' h' nūq̄ꝫ crederet: q2 vir ſuus pro-
bus hō erat; vetula dixit: nō credatiſ niſi h' ſi-
gna q̄ dixi videritiſ. Poſt h' dcā vetula iuit ad
dictū virū: dicēs. ꝙ talˀ cleric' ecclie quā mu-
lier freq̄ntaret ei' adamabat vxorē: ⁊ cū eēt
abſcondita retro colūnā in orōne audiuerat
eos colloq̄ntes: ⁊ ꝙ dixerāt ꝙ virū ſuū ſpo-
liarēt: ⁊ cū oib' bonis ſil' recederēt. Qḋ cum
nollet vir ei' credere. cui vetula. Nō credatiſ
niſi eos cras tali hora colloq̄ntes videritiſ in
tali loco vbi vt audiui dñt ꝯuenire. Tūc re-
cedēs vetula miſit iuuēculā ad opatoriū cuꝫ
denarijs q̄ſi ad videndū pānū q̄ ſibi placeret
Vxor aūt dicti mercatoris vidēs opatoriū in-
trare puellā ⁊ exeūtē cepit ſuſpicari: ⁊ ꝙ verꝫ
poſſet eē qḋ ei vetula dixerat credidit: ⁊ p̄ tri-
ſticia nō poterat comedere. In ſero vir aduer-
tēs vxoris triſticiā mirabať ⁊ ſuſpicabať ꝙ
aliq̄d eēt in ea. Vetula aūt ꝓcurabat ꝙ cleri-
cus de q̄ dixit viro in hora ⁊ loco cū dicta ma-
trona eēt locutur': qḋ ⁊ fecit. Viro h' aduertē-
te ⁊ notāte venit ad mulierē vetula q̄ muli-
er etiā viderat ꝙ iuuēcula pānū quē añ vide-
rat deportabat emptum: ⁊ ait. Dña certa ſitiſ
ꝙ vir vr̄ iā pctm̄ ꝑpetrauit: ⁊ p̄ amore hui' iu-
uēcule affligiť: qḋ ſatiſ potuiſtiſ aduertiſſe ex
meſticia quā hꝫ ad vos: iā pānū deportauit ⁊
virū vr̄m amiſiſtis: niſi cito occurratiſ. Tūc il-
la q̄ſiuit. Quō poſſem occurrere. Et vetula
ait. Si viro vr̄o cū dormierit poteritiſ cū raſo-
rio tres pilos amputare de barba ei': ⁊ ei de-
deritiſ comedere cōbuſtos: ip̄am decetero hē-
bit exoſam: ⁊ vos pl' diliget q̄ꝫ pu'. Cū aūt
illa ei ꝓmiſiſſet ꝙ ſeq̄nti nocte faceret: vēit
vetula ad virū: dicēs ꝙ audierat dictū cleri-
cū ⁊ vxorē ei' locutos fuiſſe de morte ſua. et
dixit ꝙ ſi ei nō crederet ip̄m certū redderet ⁊
mortē euaderet. Dixit ḡ ei ꝙ vxor ſua de ꝯſi-
lio dicti clerici vellet eū iugulare nocte ſeq̄n-
te cū raſorio: ⁊ ꝙ eū inebriaret ſi poſſet: ⁊ ꝙ
ſibi caueret a nimio potu ⁊ ſōno: ſ' fingeret
ſe fortiť dormientē: ⁊ cū ſentiret ꝙ vxor ei'
cū raſorio guttur ei' tāgeret: arriperet manuꝫ
ei' cū raſorio ⁊ excitaret familiā ſuā ⁊ igneꝫ
ſuccēdi faceret: vt oēs viderēt ꝓditōēꝫ. Cuꝫ
aūt h' feciſſet vt vetula docuerat ī mane con-
uocauit oēs amicos ſuos ⁊ ſacerdotē ſuuꝫ ⁊
amicos vxoris: eā de ꝓditiōe accuſans: ⁊ cō-
uincēs raſoriū oñdēdo cū teſtib' familie. Cū
aūt mr̄ona p̄ verecūdia taceret: vocauit eam
ſacerdos in ꝯſpectu amicoꝝ ei' ⁊ etiā viri re-
quirēs ab ea veritatē huius facti: ſil' ⁊ virū
interrogauit. Auditis v̄bis ⁊ vxoris ⁊ vir fa-
tebatur factū vetule eodem mō ſicut ⁊ vxor
poſtea fecerūt vocare vetulam; q̄ compulſa



eſt dicere v̄itatē: q̄ carcerib' ꝑpetue mācipa-
ta miſabiliť vitā finiuit. Et ſic patꝫ ꝙ q̄nq̄ꝫ
maior ē iniq̄tas in lingua hūana q̄ ī diabo-
lo met.

Iuuēcula quedam fecit maritum ſuū mā-
ſuetum. Exēpluꝫ. xviij.

l Egitur ꝙ quedā iuuēcula
req̄ſiuit cōſiliū a quadā vetula q̄ di-
cebatur dīnatrix: q̄d faceret vñ pacē
viri ſui hrēt ⁊ amorē ⁊ vñ h' eēt ꝙ eā ita ma-
le tractaret. Rñdit vetula ꝙ ſummo mane
ſurgeret añ diē ⁊ ītraret ī ipſi' vetule hortuꝫ
ita vt nō loq̄reť eūdo nec redeūdo: ⁊ cū ibi ve-
niret flecteret genua ter v̄ſus orientē ⁊ pr̄ nr̄
diceret: ⁊ ab herba q̄ diciť verona ter q̄reret
q̄d faceret: ⁊ cur .ſ. vir ſu' eā male tractaret: ⁊
ab hac herba audiret q̄d eā facere oporteret
qḋ ⁊ illa fecit. Sꝫ eā de mane vetula ꝓuenit
⁊ ſub herba latuit q̄ alta ⁊ lata erat. Cū aūt
q̄reret ſic īſtructa fuerat ad tertiā q̄ſtionē ip-
ſi' iuuēcule rñdit vetula ter: prio ſubmiſſa vo-
ce poſtea exaltādo vocē. Tace pacē habe: rede-
undo ⁊ eūdo nō loq̄ris. Cū aūt poſtea vetula
q̄reret q̄d audiſſet: ⁊ illa referret ait. Vere fi-
lia bñ dictū ē tibi. ſi tacueris deīde viro rede-
unte ⁊ litigāte liguā ſtinueris: pacē cū eo ha-
bebis. In diſcipulo de tēpore.

Ruſtic' ꝓbus q̄ portauit decimas btō io-
hāni et demon exiuit ab obſeſſo. Hoc q̄re in
diſcipulo de tp̄e ſermo. xxvi. V.

Itē vxor q̄ ſabbato de nocte peccauit cū ꝓ-
prio marito: ⁊ dñica die cū appropinq̄ret ꝓ-
ceſſiōi vexata ē a diabolo ſer. xxv. I.

Itē q̄ malū exēplū ōdit filio: nec correxit eū
pro exceſſib' ſuis: q̄liter poſtmodū momorde-
runt ſe in inferno ſermo. xxiij. P.

Miſericordia dei. Quidam niger eccle-
ſiā ītrauit ⁊ clarus exiuit. Exēpluꝫ. xix.

a Bbas paulus ſimplex ha-
bebat hāc grāꝫ ꝙ īgrediētes ecclaꝫ
ſenes aſpiceret: ⁊ ex ip̄a facie cogi-
tatiōes vniuſcuiuſq̄ꝫ ſiue male eēnt ſiue bo-
ne ſentiret. Cū ḡ veniſſent ad ecclam ⁊ īgre-
derenť ſenes vidit eos clara facie ⁊ leto aīo
ingredi: ⁊ āgelos eoꝝ cū gaudio pariť cū ip-
ſis. Vnū aūt vidit nigrū ⁊ nebuloſū hñtē cor-
pus: ⁊ demones hic atq̄ꝫ īde trahētes eū ad
ſe miſſo freno in narib': ⁊ āgelū ei' de longe
ſeq̄ntē triſtē. btūs igr̄ paul' cepit flere ama-
riſſime: ⁊ pect' ſuū tūdere: ſedēs añ eccliam
iſtā ꝓpť eū quē talē viderat. Oēs ſenes alij
vidētes eū ſic flētē ceperūt rogare eū vt ſi q̄d
vidiſſet illˀ manifeſtaret: aut cū eis īgrederē-
tur ī ꝯgregationē. Ille aūt noluit īgredi: ſed
ſꝑ flebat ꝓpť eū quē ſic viderat. Poſt paului-
lū aūt cū ſoluta ꝯgregatōe diſcederēt iteruꝫ
oīm vult' circūſpiciebat ſi tales egrederenť
q̄les īgreſſi ſť ⁊ vidit illū quē ātea viderat ni-
grū ⁊ nebuloſuꝫ egreſſuꝫ de eccla clara facie
⁊ cādido corꝑe: ⁊ demones de lōge ſequētes
eū. ſctm̄ aūt āgelū ei' ꝓpe eū hilarē ⁊ gaudē-
tē ſuꝑ eū nimis. Tūc paul' exurgēs cū gau-
dio vociferabať bñdicēs deū ac dicēs. quāta
mīa dei ⁊ bonitas dei: q̄ta miſatio ei' ē. Et
aſcēdit ī locū altiorē ⁊ magna voce dicebat.
Veīte ⁊ videte opa dei: venite ⁊ videte: q̄m
vult oēs hoīes ſaluos fieri ⁊ ad agnitioneꝫ
v̄itatiſ venire. venite adorem' eū dicētes. Qr
tu ſol' potes pctā tollere. cū aūt oēs ꝯueniſ-
ſent expoſuit eis paul' quē vidiſſet añq̄ꝫ in-
grederenť ecclam ⁊ q̄ıē poſtea expectabat: il-
lū frēm quē cū vidiſſet interrogauit vt ei ma-
nifeſtaret cogitationes ſuas: vel q̄ēadmo-
dū iſtā cōmutationē dedⁱt illi dōnaret. ille aūt
corā oib' cepit referre: di. Ego hō pctōr ſum.
⁊ in mltis tp̄ib' ſꝑ fornicationē geſſi. īgreſſ'
aūt nūc eccliam dei audiui v̄ba Eſaie ꝓphe-
magiſ aūt dei ꝑ ip̄m loquētis. Mūdi eſtote.
⁊ tollite malicias de aīab' vr̄is añ cōſpectū
oculoꝝ meoꝝ. Diſcite bñfacere: q̄rite iudi-
ciū ⁊ ſi fuerint pctā veſtra tanq̄ꝫ coccinū: ve-
lut nix dealbabūtur. ⁊ ſi volueritiſ et audieri-
tis me: bōa terre comedetiſ. Ego aūt miſer et
fornicator cōpūct' in h' ſermone: īgreſſus in-
tra pect' meū dixi ad deū. O dñe tu es q̄ veni-
ſti ſaluare peccatores. h' ḡ qḋ nūc ꝑ ꝓphetaꝫ
ꝓmiſiſti opere cōple ī me miſero pctōre. ecce
āmodo ꝯfiteor tibi ex toto corde meo ꝙ vlte-
rius hoc malū nō faciā: ſed renuncio oī iniu-
ſticie: ⁊ āmodo ſeruiā tibi in conſcientia mū-
da. Ab hac ergo die et ab hac hora domīe ſu-
ſcipe me penitētem ⁊ orantē ad te et renun-
ciantem oib' peccatis meis. Iuraui eñī ⁊ ſta-
tui apud me ſeruare oēs iuſtificatōes tuas.
Et ſub hac ꝓmiſſione egreſſus ſum de ecclia:
ſtatuēs apud me nihil de priorib' pctis vlte-
ri' facere. Tūc omēs ſenes exclamauerūt ad
dominū. vna voce dicētes. Q̄ uā magnifica-
ta ſunt opera tua dñe: oīa in ſapientia feci-
ſti. Hoc in vitaſpatrum.

Filia q̄dā itoxicauit pr̄eꝫ ⁊ mr̄eꝫ. Ex. xx.

l Egitur ꝙ quidā miles ha-
buit filiam pulcherrimam et pecca-
uit cum ea: quod quidem ſcelus

mater eiꝰ per ſigna euidētia ſciuit ⁊ perpen
dit. ſ parcēs cōfuſiōi ꝓpe filie noluit ꝓpala
re. Puella aūt ſciēs pctm̄ ſuū cognitū matri
ſue de cōſilio cuiuſdā ātiq̄ vetule veneno ma
trē ſuā iterfecit. Pr̄ aūt aduṫēs tm̄ ſcelꝰ hor⸗
rēs filiā oino dimiſit: tūc ipe eodē mō vene
no ab ea īterēptꝰ ē. Pariētibꝰ eiꝰ ſic occaſio il⸗
la i deſpationē cadēs donec a q̄dā audiuit p̄
dicare ꝙ oīa pctā ꝗtūcūq; enormia in ꝯſpe⸗
ctu diue miē nihil eēnt: qm̄ ea hō cū cōtritiōe
ꝯfiteret̄ ⁊ doleret. Ipa aūt ad eū accedēs cā
ꝯfeſſionis ꝑ deſpatōe nō valebat pctā eiꝰ cō
fiteri. ⁊ facta ſibi ab eo ꝯſolatōe cū maxia la
chrymaꝝ effuſiōe pctā ſua ꝟacit̄ ē ꝯfeſſa: iu⸗
dicās ſe oī pena ⁊ ꝯfuſiōe eē dignā. Facta au
tē ꝯfeſſiōe ⁊ iūcta ei pnia ſalutari: ipa cū an
cilla ſua intrauit eccl'aꝫ. et ꝓſternēs ſe i orōe
fleuit intātū amare cū lachrymis ⁊ dolore ꝙ
ſtatī mortua ē iuēta. Cū aūt ꝯfeſſor eiꝰ in p⸗
dicatiōe vt pro ea dn̄m rogarēt ppl'ꝫ āmone
ret: audiuit vocē dicētē ſibi ꝙ ipſe ⁊ ppl's po
tiꝰ eiꝰ orōnibꝰ īdigerēt: ita ꝙ itellexit eā ꝑ la
chrymarū inundationē iterū eē baptizatā: ⁊
ad patriā euolaſſe ſine omī purgatorij pena.
Hoc petrus de amore lib. ij.

Quidam peccauit cum ſorore ⁊ occidit pa
trem et fratrem. Exemplū. xxi.

i Uuenis quidam cognouit
ſororē ſuā: ⁊ frat̄ ſuꝰ ſupuēit ⁊ corre
xit eū quē mox occidit: ⁊ pater iuit ⁊
noluit eū occidere: ſ exheredatꝰ ⁊ ꝓſcriptꝰ ē
a ciuitate: q̇ poſtmodū occulte ciuitatē de ſe
ro intrauit ⁊ prēm ꝓpriū occidit ⁊ aufugit.
Qui poſtea i q̄drageſima audiuit p̄dicare il
ud. Ezech. xviij. In q̄cūq; hora pctōr īgemu
erit ꝓ pctis ſuis: oīm iniq̄tatū eiꝰ ampliꝰ nō
recordabor. Et ſic cōpūctꝰ venit ad ſacerdotē
dicēs. Meliꝰ ē ꝙ hic cōfundar ꝗ̄ in extremo
iudicio. Et cōfeſſus ē omīa pctā ſua: et ſacer
dos iuſſit eū accedere ad altare in q̄ fuit ima
go beate virginis habēs ieſum crucifixū in ſi
nu ſuo. Qui ꝓſtratus ante imaginē virginis
glorioſe et ante imaginē crucifixi: deuote in
uocauit btām virginē vt ꝓ eo intercederet.
Et cū hoc ſepiꝰ reiteraret cōuertit ſe ad ima
ginē crucifixi: dicēs. O ieſu xp̄e ꝓpt̄ vulnera
et ſanguinē tuū ignoſce mihi ꝙ effudi ſan⸗
guinē fr̄is et pr̄is mei quos occidi. Et ſic ſe⸗
pius reiterando ⁊ amare flēdo ruptuꝫ eſt cor
eiꝰ: ⁊ ſic obijt ꝓſtratꝰ ante altare. Poſtmodū
ſacerdos ad eccl'iam reuerſus dixit: ſurge. et
ſic inuenit eū defunctū. Et ſequēti die peti⸗
uit cōem orōnē ꝓ eo fieri ab oī ppl'o. Tūc co⸗
lūba alba circūuolās i cōſpectu ppl'i ꝑ eccl'aꝫ
cedulā vnā gerēs i roſtro ſuo quā ꝑmiſit ca⸗
dere aū ſacerdotē: ⁊ ſacedos legit cedulā i q̄
erat ſcriptū ꝙ aīa illiꝰ hoīs ab āgel' deducta
fuit i celū añq; calor natural' receſſit a corpe
et i iferiori clauſula lr̄e erat ſcriptū. Predica
ifinitā miām dei oībꝰ pctōribꝰ ⁊ peccatricibꝰ
q2 q̇cūq; ꝟe ꝯterit̄ ⁊ pctā ſua pure cōfitet̄ illi
us deꝰ miſebit̄. vn̄ ēt Ber. Maior ē dei pie⸗
tas ꝗ̄ totiꝰ mūdi iniq̄tas. vn̄ ēt Gre. Quicun
q; ex corde dolet ſe cōmiſiſſe culpaꝫ: cito pec
catoꝝ ſuoꝝ obtinebit veniā. Quidā nega
uit ter xp̄ꝫ ⁊ tradidit ſe diabolo. Exēplū. xxij.

l Egitur in vita ſancti baſi
lij ꝙ q̇dā ſeruiēs cuidā nobili viro
eiꝰ filiā adamauit ihoneſte: quā do
nis ⁊ blādicijs nō ꝑualēs decipe. Quadā no
cte i cemiterio iudeoꝝ diabolū iuocauit et ei
ſecreta ſua reuelauit. Cui diabolꝰ. Si vis vt
tuā volūtatē ꝯpleā tu manu tua mihi ſcribe
cyrographū q̄ teipm̄ mihi vouēdo xp̄m abne
ges ⁊ oēm ſuā ꝑfectionē. Quo facto diabolꝰ
cor puelle ad amorē illiꝰ totalit̄ cōcuſſit: ita
vt pauimēto ꝓſtrata clamaret: di. Pr̄ miſe⸗
re mei: qm̄ nimis crucior amore tui ſcutiferi
Sꝫ pr̄ euigilās clamauit: di. Heu heu q̇d ꝯti
git filie mee quā xp̄o ꝟo ſponſo copulare co⸗
nabar: ⁊ ſic ſaluare. Sꝫ multo plus illa iſani
ebat: di. Q2 niſi qd̄ peto ꝯpleueris cito moti
ar. Sup q̄ hīto ꝯſilio cū amicis copulauit fi
liā ſcutifero. Et q2 ſe ⁊ ſua dedicauerat dia⸗
bolo: iō nec miſſaꝫ: nec cetera dei bn̄ficia ad⸗
uertit nec curauit: neq; ſigno ſctē crucꝭ muni
re ſe poterat: nec videre. Qd̄ illa aduertēs fu
it ꝑterrita lꝫ illi negaret: ſ vtrū ita eēt illa ſe
mel traxit illū ad eccl'aꝫ vt oīa ꝓbaret. Un̄ il
le vidēs ſe depꝛhēſuꝫ eo ꝙ latere non poſſet:
cāꝫ totū narrauit vxori ſue. Tunc illa īgemi⸗
ſcēs r̄ndit. Cōfide: nec de miā dei deſperes:
q2 ipe pōt te adhuc facere de iiuſto iuſtū. Et
ſic traxit illū ad btm̄ baſiliuꝫ: cui deuote oīa
ꝯfeſſus ē ⁊ ab eo abſolutꝰ. Un̄ diabolꝰ agita⸗
tus nitebat̄ ēt viſibilit̄ eū rape de manu bti
baſilij: di. Tu mihi ꝑiudicas. nā ego n̄ iui ad
eū: ſ ipe iuit ad me xp̄m denegādo: ⁊ ſic ſeip
ſum mihi deuouit. Tūc baſiliꝰ illū domi iclu
ſit: ⁊ ſigno crucis muniuit: vbi ꝑ. xl. dies hor
ribiles iſidias demonū paſſus pniam ſuā cō
plēs iuocādo ꝟtutē ſanguis xp̄i. Tādē die q̄
drageſimo ſubito i manu baſilij appuit cedu
la obligatōis diaboli: ꝑ qd̄ illū recōciliatum



reddidit: ⁊ eius penitentiam ſuſcepit.
Quidam ſe diabolo tradidit vt ipſum di
taret. Exemplum. xxiij.

d Iues quidaꝫ deuenit ad
pauptatē: ⁊ poſtmoduꝫ ſubdidit
ſe diabolo ſponte vt ipꝫ ecōuerſo
ditaret. Quē accipiens diabolus baptizauit
eū dicēs. Ego baptizo te in nomīe luciferi ⁊
oīm demonū ꝙ ſis cū corpe ⁊ aīa nr̄. Tandē
dedit ei mltas diuitias ⁊ dixit. Ex q̄ nr̄ es d̄
hes portare ſignū nr̄m. ſ. ſupbiā in veſtibꝰ et
in inceſſu ſic ⁊ in mēbris. Qui cū in illo ſta⸗
tu fuiſſet annos aliq̄s ꝯtigit eū intrare eccle
ſiā ⁊ audire p̄dicationē de miā dei: ⁊ ꝯtritus
remāſit in eccl'ia ⁊ ꝓcidēs ſup terrā: ⁊ iacēs
orabat vt ſibi dn̄s redderet grām ⁊ vellet to
tū corrigere qd̄ fecerat. Dn̄s vidēs eiꝰ hūili⸗
tatē lachrimoſam ⁊ ꝙ vellet corrigere totuꝫ
⁊ vitā emēdare: dixit ei dn̄s d̄ altari. Surge
⁊ remittunt̄ tibi pctā tua: vade ⁊ ampliꝰ no⸗
li peccare. Qui ſurgēs p̄ nimia cōtritiōe fa⸗
ctus fuit totꝰ canus ꝙ eū vix familia ſua co
gnouit. Qui tm̄ poſtmodū ſe affixit pnia ꝙ
vitā eternā mercatꝰ eſt. Iſtā miām dn̄s oñ⸗
det vſq; in diē iudicij. ſ in iudicio oñdet iu⸗
ſticiam bonis ⁊ malis.

Peccatori cuidā dictū eſt: añ mortē tuam
mundaberis. Exemplū. xxiiij.

q Uidā homo magnis pec⸗
catis fuit plenꝰ. Qui vna die ſtans
⁊ ꝯſiderās ſe imūdū peccatorē eſſe
dixit. O miſericors deꝰ: tu es ille q̄ aīaꝫ meā
creaſti ad imaginē tuā: ⁊ mihi eādē dediſti
pulchrā ⁊ clarā. ſ ego eā inq̄naui mlt̄ turpi⸗
tudinibꝰ ⁊ pctis. rogo g̃ dn̄e vt me mūdes ꝓ
pter magnā miāꝫ tuā. Et cū ſic ſtaret ⁊ ora⸗
ret cū deuotōe: audiuit vocē ſibi dicentē. añ
mortē tuā mūdaberis. Qui ſtatim poſt h̄ ab
inimicꝭ ſuis capiebat̄: ⁊ ad mortē vulneraba
tur: ⁊ q̇cq̇d fecerīt ſibi mori nō poterat. Uoca
tꝰ eſt ſac̄dos ⁊ pure ꝯfeſſus ē: ⁊ ſic mūdatꝰ ⁊
cōicatꝰ cū ſacr̄o euchariſtie tradidit ſpm̄.

Latro eſt ſaluatus: ⁊ heremita dānatus.
Exēplum. xxv.

f Uit quidā latro qui dū fu
garet̄ ab aduerſarijs ſuis vidēs ꝙ
nō poſſet euadere poſuit ſe i cruceꝫ
dicēs. Bn̄ mortē merui: q2 deū offendi: rogo
vt deū de me vindicet̄. Ecce mēbra mea in q̄
bꝰ xp̄m i ſuis ꝑſecutꝰ ſum. Et ſic occiderīt eū
Quidā aūt heremita erat ꝓpe q̄ mlt̄ annis
pniam egerat: cui reuelatū eſt ꝙ angeli cum
laudibꝰ aīam illiꝰ latronis i celū deportarēt
Qui nec deo egit grās de ſalute ꝓximi: ſ idi
gnatꝰ apud ſe dixit. Poſtq̄ me expoſuero oī
bꝰ flagitijs ſiſr̄ potero penitere i fine: ⁊ ſic fi⸗
et mihi ſic̄ latroni. Et cū ad ſeculuꝫ rediſſet
trāſiēs ꝑ aquā ⁊ cadēs de pōte ſubmergit̄: ⁊
a demonibꝰ ad infernū deducitur.

Mulier q̄dā negauit fidē: ⁊ occidit puerꝝ
⁊ tradidit ſe diabolo. Exemplum. xxvi.

m Ulier quedā q̄ habuit virū
valde ꝯtrariū ſibi. ſ veniebat de miſſa
de foro: de taberna ſp ꝑcutiebat eā
Illa vidēs ſe in arto poſitā: ꝯſuluit vnā vetu
lā vt faceret ꝙ vir ſuus diligeret eā. Illa ꝓ⸗
miſit: ⁊ duxit eā ad horreū ⁊ vocauit diabo⸗
lū: q̄ ſtatī affuit. Cui vetula. Iſta femīa vult
vobis ſuire ita ꝙ faciat̄ ꝙ vir eiꝰ diligat eā
Ille dixit ſe libent̄ factuꝝ: ſ oporteret puerꝝ
vnicū quē hr̄et occidere p̄us. Qd̄ cū feciſſet
redijt ad euꝫ. At ille. Unū adhuc faciet̄. ſ. ꝙ
abnegabit̄ fidē ⁊ oīm ſanctoꝝ auxiliū. Que
dixit. Et ego abnego ⁊ cōmitto me vob̄ cum
aīa ⁊ corpe. Cui ille. Mō ſecura ite ad domū
Que rediēs leta vir veniēs de taberna cepit
eā ꝑcutere. ⁊ ſi añ fuit malꝰ poſtea fuit peſſi⸗
mus. Que vidēs ſe cōfuſam fugā inijt. Que
dū eēt ad vnū miliare de domo ſua: occurrit
ei diabolꝰ in ſpecie viri ſui: ⁊ ſili habitu ⁊ eq̄.
cui dixit. Et quo tu vadis miſera. Illa r̄ndit
Ad vos fugio. Cui diabolꝰ. Redeas cito do
mū: ꝓmitto tibi ꝙ vlteriꝰ nolo te moleſtare
Et ſic aſcēdit ad eū ſup equū: ⁊ putabat euꝫ
virū ſuū eſſe. Qui cū veniſſet añ domū eua⸗
nuit: ſtatī vir veniēs cepit ꝑcutere illā. Cui il
la. Hodie cū aufugiſſeꝫ a vob̄ ⁊ vos me de cā
po reduxiſtis h̄ nō ꝓmiſiſtis mihi. Ille audi
ens ꝙ fugiſſet ab eo: dixit. Hoc non erit tibi
grat̄ ⁊ cepit eā a p̄mo ꝑcutere ꝙ fere exala⸗
uerat ſpm̄. Que cū iaceret ſemiuiua i vulne⸗
ribꝰ dixit. Adducite mihi ꝯfeſſorēꝫ. Cui vir.
Mō vult me ꝯfūdere ꝙ dicat̄: ego occidi eā
Et ꝓhibuit ꝙ nullꝰ iret ad ſacerdotē ꝓ ꝯfeſ
ſiōe. Illa nō ceſſabat clamare adducite mihi
ꝯfeſſorē. Tādē vnꝰ de familia caute iuit ⁊ vo
cauit ſacerdotē cū corpe xp̄i: ⁊ erat in nocte.
Qui cū veniſſꝫ añ domū vir ſuauit oīa: ⁊ nō
ꝑmiſit ſacerdotē ingredi. Qui duꝫ ſtaret añ
domū clamauit ad eū illa: dicēs: Dn̄e ſaltē ꝑ
parietē audite me. Et cepit clamare dicens.
Dn̄e fateor ꝙ puerum meū occidi: ⁊ diabolo
me cōmiſi cū aīa ⁊ corpe: ⁊ fidē xp̄i abnega⸗

ui. Et cũ magna ↄtritiõe emiſit ſpm̃. Et ſta-
tim iſte pi⁹ pr̃ pepcit oib⁹ pctis ſuis: ⁊ grãm
ſuã ei reddidit. ⁊ aĩam ei⁹ p ſctõs angelos ĩ
celũ deportari fecit. Hoc vidit vir ⁊ ſacerdos
⁊ oẽs q̃ aderant. Et iõ ad iſtũ p̃rem miſeri-
cordie oculos cordis lauare debemus.

Uirgo quedã recidiuauit: ⁊ heremita eã reduxit. Exemplum. xxvij.

Beatus Greg. ſcribit φ q̃
dã pr̃ ſctũs heremita ĩ egypto deo
ſeruierat ſtrẽnue in caſtitate: in p
prij corpis caſtigatiõe: ⁊ in alioꝝ ↄuerſione.
Accidit aũt vt virginẽ quandã gentilẽ ab er
rore ſuis exhortatiõib⁹ ↄuerteret ⁊ ſacro fon
te ablueret: atq̃ a pctõꝝ ſordib⁹ emundaret
Poſtq̃ aũt eẽt mũdata ei cellã añ ſuã ↄſtru
xit in q̃ eã ſub firma cuſtodia collocauit. quã
etiã in oĩb⁹ diſciplinis regularib⁹ erudiuit:
q̃ intm̃ pfecit φ q̃tidie cant⁹ angelicos audi
uit. Et dũ horas pſalleret cũ ea ⁊ ipſi ange-
li horas dulciter decantabãt: inſup dñs ipſã
eã ſepe viſitabat: ⁊ ſua pietate eã freq̃nter cõ
fortabat: qđ etiã pr̃ eius ſpũalis q̃ſi freq̃ter
ſuis aurib⁹ audiuit. Accidit aũt vt ĩ ſomnis
videret pr̃ ſuus φ q̃dã draco cellã vginis in
traret ⁊ colũbã albã deglutiret quã tertia die
euomit. Ipſe vo apud ſemetipſ interptat⁹ ẽ
ſic: φ draco eſt rex iniqu⁹. colũba eccl̃ia: q̃ tri
b⁹ annis pſecutionẽ patieẽ: poſtea vo ad fi-
dẽ eccl̃ie ipe rex ↄuerteẽ: ⁊ ipaꝫ exaltabit. Et
qꝛ diabol⁹ aduerſator bonoꝝ operũ: ſuggeſ-
ſit cuidã viro vt ad cellã vgĩs intraret: ⁊ eaꝫ
ſepi⁹ viſitaret. Quo facto viro placuit vgo:
⁊ incepit eã ſollicitare ad pcm̃. Cũq̃ illa ani
mũ ĩmutaret: auertit oculos ne videret celũ
aĩm ad pctm̃ inclinauit: ⁊ cũ viro de cella exi
uit. Qui cũ eã defloraſſet: ⁊ p dies aliq̃t ſecũ
morata fuiſſet: ab ea receſſit ⁊ eã ſolã dereli-
quit. Pater vo ei⁹ ſpũalis q̃ ei victũ q̃tidie
miniſtrabat expectabat p triduũ q̃n ſigno ſo
lito victũ poſceret. Cũq̃ p triduũ ei⁹ ſignuꝫ
nõ audiret: cogitabat φ cũ angel̃ tripudia-
ret ſicut añ facere ↄſueuerat. Cũ aũt moram
faceret iuit ad cellã ⁊ eã vacuã inuenit: vñ tri
ſtis abſceſſit: ⁊ abundãter lachrymas q̃tidie
p ea fundebat. Cũq̃ ipa ſe videret penit⁹ de
relictã: nec aliq̃d hr̃e vñ viueret: fcã eſt publi
ca meretrix: ⁊ ppt̃ ei⁹ pulchritudinẽ mlti ve
niebãt ad eã cã libidinis ſatiãde. Dictus vo
pr̃ duob⁹ annis eã cũ mult̃ lachrymis diligẽ
ter q̃rebat. Tertio aũt venit ad eũ q̃daꝫ ſan-
ctus pr̃ grã viſitandi. Cũq̃ dolorẽ cordis ſui
ei indicaſſet: dixit ei ſenior. Eſt q̃dã mulier
tali ciuitate noĩe maria manẽs in pſtibulo.
Et cũ h̃ vbũ audiuit mag̃ doluit φ pus: vo-
lẽs tñ eã tm̃ poti⁹ reducere q̃ vbi dãnabil̃r vi
uere: cogitabat apud ſe φ ſi ad eã in habitu
religioſo veniret φ eũ fugeret. Mutato igr̃
habitu induit ſe veſtib⁹ bonis valde: ⁊ equũ
aſcẽdẽs venit ad ciuitatẽ. Et veniẽs ad do-
mũ q̃ſiuit ſi tal̃ mulier ibi maneret. ⁊ dicẽte
ſibi ei⁹ pediſſeq̃ φ ſic. rñdit φ illa nocte vel-
let ibi manere ſiue pnoctare. Et ptulit aure
os denarios ⁊ fecit fieri ↄuiuiũ. Que ſpnẽs
ei⁹ caniciẽ faciẽ ſuã ab eo auertit. Sꝫ dicẽte
ſibi ei⁹ puella. Quid vis de facie ſua rugoſa
hꝫ eñ aureis marſupiũ plenũ. Uenientib⁹ ad
mẽſaꝫ ipe comedebat panẽ cũ dolore ⁊ gemi
tu. Peruenientib⁹ aũt ad lectũ: ⁊ cũ ſtaret añ
lectũ ſenior dixit. O dña noſc̃ me. Que ait.
Nõ. At ille. Ego ſuꝫ pr̃ q̃ vos ad deũ ↄuerti ⁊
oĩ diſciplina regulari informaui. Quo audi-
to reſoluebaẽ in lachrymas cadẽs ad pedes
ei⁹ cũ mult̃ lachrymis veniã poſtulauit ⁊ di
xit. Poſſuꝫ ne poſt tot pctã miam inuenire.
Rñdit pr̃. Sis ſecura filia: ſi redire volueris
dñs te penitentẽ recipiet ad veniã. Illa igr̃
veniẽs ad mediũ ciuitat̃ ignẽ copioſuꝫ fieri
iuſſit: ⁊ oĩa q̃ male lucrata fuerat in ignẽ p-
iecit dicẽs. Uidete oẽs amatores mei: q̃ã vo
bis lucrata ſum ignis ↄſumit. Ueniẽti autẽ
cũ ſctõ p̃re ad heremũ fecit ei cellã retro ſuã
⁊ ibi in magna abſtinentia p ſeptẽ annos vi
xit. In ſeptimo vo anno grãm p̃mã rehabu
it: ⁊ tunc in pace quieuit.

Meretrix quã pafuncius p pnĩa p trien-
nium incluſit. Exemplum. xxviij.

Uit qnedã meretrix in ci
f uitate q̃dã ppt̃ quã multi erãt de
paupati. Audiẽs aũt abbas pafu-
cius mala q̃ p eã fiebãt aſſumpto ſibi habitu
ſeculari ad eã ẽ pfect⁹ ⁊ dato ei ſolido p ſcor
ti p̃cio petijt locũ ſecretũ ⁊ obſcurũ ne ab ali
q̃ videri poſſet ⁊ pctm̃ ſuũ ſine verecũdia ppe
traret. Et cũ duxiſſet cũ ad plura loca: ⁊ ipſe
ſp diceret φ videri timeret: duxit cũ in obſcu
riſſimũ locũ dicẽs φ null⁹ poſſet cũ videre ni
ſi de⁹ ⁊ diabol⁹. De q̃b⁹ vbis ei facto ſermo-
ne. ⁊ oñſo q̃lit̃ deberet aſpectũ dĩ formidare
ↄuertit eã: ⁊ ad pnĩam mox induxit. Que cõ
uocans mox oẽs ſocios ſuos amatores fecit
oĩa q̃ lucrata fuerat cõburi corã eis ĩ medio
vrbis: q̃ valebant bñ. xl. marcas auri. dixitq̃
φ mag̃ volebat hec cõburi q̃ in futuro iudi



cio ipamet ↄbureretẽ ab eiſdẽ. Quo facto ſe-
cuta eſt abbatẽ ĩ deſertũ: q̃ eã ĩ paruã cellulã
incluſit: in q̃ p feneſtrã paruã dabaẽ ei ſingu
lis dieb⁹ panis ⁊ aq̃. In eadẽ aũt cella iuxta
ſe oĩa neceſſaria faciebat: q̃ pre peccatoꝝ ei⁹
pudore nõ audebat nomẽ dei noĩare nec ma
nus, vel oculos ad celũ leuare: ſ verſa ad ori
entẽ dicebat Qui plaſmaſti me miſerere mei
ſicut eã abbas iuſſerat. Poſt ãnos autẽ tres
cõpaſſus ei dictus abbas: q̃ſiuit a btõ. An
thonio ſi eẽt adhuc tẽpus emittẽdi eã ⁊ ideꝫ
pctm̃ dimiſſuꝫ: q̃ fecit p ea frẽs orare. Tunc
paulus maior diſcipul⁹ bti anthonij poſit⁹ ĩ
extaſi vidit lectũ p̃cioſiſſimũ in celo a tribus
ſpecioſiſſimis puell̃ pparatũ. Et cũ q̃reret ſi
eẽt bti anthonij rñſuꝫ eſt ei φ nõ: ſ thaydis
ſpõſe xpi. Et cũ eẽt excluſa: ait φ in toto trie
nio habuit ſemp peccata ſua ãte oculos qua
ſi quandã ſarcinã: flens continue largiter ſu
per ea. Et tũc didicerũt ſancti p̃rẽs φ nõ p-
pter penitẽtiã quã ſuſtinuerat: ſ ppter pec-
catoꝝ memoriã ⁊ verecũdiã ei pctã fuerũt di
miſſa. Et tranſactis q̃ndecim diebus requie
uit in pace. Hoc in vita ſpatrum.

In diſcipulo de tempore.

Monachus quidã, negauit chriſtũ ppter
filiã ſacerdotis idoloꝝ: quõ deus ſibi indul-
ſit. Hoc quere ĩ diſcipulo de tempore ſermo-
ne. ij. N.

Itẽ quidã qui. xl. annis ſeruiuit diabolo
⁊ poſtmodũ per tres annos deo ſeruiuit ⁊ ſic
ſaluatus eſt ſermo. cxxj. Y.

Miles q̃ peccauit cũ ppria filia: ⁊ epũs in-
iũxit ſibi ſeptẽnẽ penitẽtiã: ⁊ poſtea niſi vnũ
pater noſter. ſermo. xiiij. F.

Itẽ mulier q̃ cõcepit a ppõ filio ⁊ poſtmo
dum oſtẽdit ſe in camiſia pape: Innocentio
ſermone. xliij. Q.

Itẽ virgo lapſa in pctm̃ fleuit ante altare:
⁊ chriſtus indulſit ſibi dicẽs ei Adhuc ſemel
paratus eſſem mori pro ſalute tua. ſermone
cij. Q.

Itẽ miles capt⁹ ab ĩimic̃ q̃n decollari de
buit dixit. Aĩam meã filio vginis cõmendo:
⁊ ſic ſaluatus eſt. ſermo. lxxxix. Z.

Itẽ q̃ dixit in agone: deus tu ſcis volũta-
tem meã. ſermone. cxxxiiij.

Miſericordie opa ad primos.

Sacerdos, ⁊ famul⁹ q̃ valde abominabã-
tur leproſos. Exemplũ. xxix.

Autor pariſiẽſis ponit ex
emplum de ſacerdote leproſorum q̃
fecerat murum inter ſe ⁊ leproſos ⁊ per fora
men confeſſiones eoꝝ audiebat ⁊ corpus do
mini porrigebat: qui diuino iudicio factus ẽ
leproſus ex media parte: remanente ſana il-
la parte quã vertebat ad eos.

Itẽ quidã ſeruus abhominabaẽ adeo le-
proſos vt nec elemoſynã vellet eis deferre et
factus eſt leproſus.

Martinus monachus q̃ portauit chriſtũ
in forma leproſi in pallio.

Exemplum. xxx.

Uidã monachus martin⁹
q nomine vite valde venerabilis fuit
qui ex ſuo monaſterio viſitationis
gratia ad aliud monaſteriũ tendebat cui ſpi
ritualis pater preerat. Pergens itaq̃ lepro-
ſum quem denſis vulneribus elephantinus
morbus per mẽbra fedauerat inuenit in via
volentem ad ſuum hoſpitium redire: et pre
laſſitudine non valentem. Ipe vero in itine-
re ſe habere perhibebat hoſpitium quo ideꝫ
martinus ire feſtinabat. Uir autem dei, eius
laſſitudini miſertus: pallium quo veſtiebaẽ
in terrã protinus proiecit ⁊ expandit: ac de-
ſuper leproſum poſuit: ⁊ ſuo pallio eum vn-
diq̃ conſtrictum ſuper humerum leuauit ſe
cũq̃ reuertens detulit. Cumq̃ iam monaſte
rij foribus appropinquaret pater eiuſdẽ mo
naſterij magnis vocibus clamare cepit. Cur
rite: ianuas monaſterij apite: qꝛ frat̃ marti-
n⁹ venit portãs ſecũ dñm. Statim vo vt ad
aditũ monaſterij puenit q̃ leproſus eſſe vide
baẽ de collo ei⁹ exiliẽs: ⁊ in eadẽ ſpecie appa
ruit qua recognoſci ab hominibus ſolet redẽ-
ptor humani generis: ad celum ipõ reſpiciẽ-
te rediit eiq̃ aſcendẽs dixit. Martine tu me
non erubuiſti ſuper terram ego te non erube
ſcam in celis. Qui ſanctus vir mox vt ẽ mo-
naſteriũ ingreſſus ei pater dixit. Frater mar
tine vbi eſt quem portabas: reſpondit. Ego
ſi ſciuiſſem quis fuiſſet pedes illius tenuiſ-
ſem. Tunc idem martinus narrauit quia cuꝫ
eum portaſſet pondus minime ſenſiſſet.

Mulier valde nobilis dilexit leproſos.

Exemplum. xxxi.

Uedã nobilis domina val
q de cõpatiebatur ĩfirmis maxime ta
men leproſis. Uir autem eius nobi-
lis ⁊ potens intantũ abominabatur lepro-
ſos φ eos videre non poterat. Quadam au-
tem die cum leproſus ante ianuaꝫ clamaret
q̃ſiuit dña ſi vellet bibere vel cõedere. Cui il-

le. Ecce hic crucior vehemētiſſimo ardore. nō
māducabo neq̄ bibā: niſi me tuleris ī domū
tuā. Cui illa. Nūq̄d noſti q̄ntū dñs meꝰ abhor
ret leproſos: ⁊ ipē cito venire d₃ de venatiōe
ſi te īueniret forſitā te ⁊ me interficeret. Illo ge
mēte ⁊ plorāte dña nō poterat lachrymas eiꝰ
ſuſtinere: ſ₃ ꝓprijs brachijs ip₃ in domū ſuā
portauit. Cūq̄ rogaret vt coēderet: nullo mō
voluit niſi ꝑus eū in ꝓpriā camerā ⁊ ī ꝓpriū
lectū dña deferret ibi eī deſiderabat q̄ſcere
añ q̄ coēderet. Dū ḡ illa gemitū eiꝰ ferre non
poſſ₃ ī lecto ſuo eū q̄ſcere fecit puluinar ſuū
capiti eiꝰ ſuppōnēs ⁊ cooptorio griſeo corpꝰ
eiꝰ coopiēs. Et ecce vir de venatōe rediēs di
xit mulieri. Api mihi camerā illā vt dormiā
⁊ req̄ſcā. Cumq̄ illa aliquātulū tardaret ti
mēs de morte leproſi ⁊ ſua: dñs cū mag̃ idig̃
tōe camerā ītrauit: ⁊ ſaꝗ cito poſt reūſus ait.
Mō īq̄t bñ feciſti q̄ lectū meū optīe ꝑpaſti.
ſ₃ miror vbi tales ſpēs aromaticas repiſti q̄
bus tota camera iſta reſpſa ē odore ſuauitaꝗ
q̄ mihi viſū ē q̄ fuerim in ꝑadiſo. Quo au
dito mulier q̄ nō niſi mortē expectabat igreſ
ſa camerā ita īuenit: ſ₃ leproſū minime reperit.
Que pre āmiratione ⁊ miraculi magnitudi
ne oīa ꝑ ordinē marito narrauit. At ille val
de cōpūctus q̄ priꝰ leo fuerat māſueſcere ce
pit ſicut agnꝰ: ⁊ poſtea leproſos ſemꝑ dilexit
Hec arnoldus in narratorio.

Chriſtus in forma crucifixi inuentus eſt ī
lecto. Exemplū. xxxij.

## l Egitur q̄ cū quedā mulier

nobilis cōſueta eſſet recipe paupe
res ⁊ ſeruire eis manibꝰ ꝓprijs: ⁊ ab
luere pedes eoꝝ īuito marito ſuo. Cū ſemel
īueniſſet pauperē añ ianuā mirabiliter vt vi
debat̄ afflictū ⁊ vlceroſū ītroduxit eū in do
mū ſuā viro eiꝰ abſēte: ⁊ cū peteret balneum
ꝑauit illi: q̄ cū diceret poſt balneū q̄ nō poſ
ſet q̄ſcere: niſi ī molli lecto poſuit eū ī came
ra ſua. Cū aūt vir eiꝰ veniret ex īprouiſo: ⁊ ca
merā ſubito intraſſet ⁊ ī lecto vxoris inueni
ens ꝑdictū īfirmū: quē cū crederet adulterū
⁊ vellet eū ex īpetu ire ſue occidere: ſuꝑ lectū
eiꝰ appuit ei dñs in eadē forma q̄ pēdebat ī
cruce dicēs. Quid me ꝑſeq̄ris q̄ hec ꝓ te paſ
ſus ſū: ⁊ h̄ vulnera ⁊ mortē ꝓpter tuā ſalutē
pertuli. Cū aūt ꝑterritꝰ ⁊ ꝓſtratꝰ in celū ocu
los erigeret ⁊ oraret poſtea nihil īuenit: ⁊ ſic
ꝯuerſus ad dñm bonꝰ hoſpes ⁊ piꝰ pat̄ pau
perū factus eſt: ⁊ q̄ſiuit ab vxore q̄ ei oīa nar
rauit. Hec petrus de amore. li. ij.

Chriſtus oſtendit iordano corrigiā quam
pauperi dedit Exemplū. xxxiij.

## ſ Emel contigit q̄ cum ipſe

frater iordanꝰ ordinis ꝑdicatoꝝ do
ctor theologie ſtudio pariſiꝰ operā
daret ⁊ ſue ꝯſuetudinis eēt q̄ſi oī nocte ſur
gere ad matutinas: quadā nocte ſolenni ſu
bito ſurrexit cū iā ad matutinas crederet eē
pulſatū. Uñ ſolā cappā ſuꝑ camiſiā induēs:
⁊ cingulo ſe precingens feſtinant̄ ad eccleſi
am ꝓperauit cui ilico pauꝑ occurrit elemoſy
nā petēs: q̄ nihil īueniēs qđ daret paupi cor
rigiā dedit. Cū autē ad eccl̄iam veniēs eam
clauſā īueniſſet: q̄ pulſatū vt crediderat nō
dū erat: iādiu ꝑmanſit añ fores eccl̄ie donec
miniſtri ſurgerēt ⁊ eccl̄iā apirent: quā cum
intraſſet ⁊ añ crucifixū oraret ī ꝯm deuote et
frequēter reſpiciēs: vidit eū corrigia ipā cin
ctū quā añ modicū paupi amore crucifixi de
derat.

Chriſtus indutꝰ fuerat collobio quod mo
nachus paupi dedit. Exemplū. xxxiiij.

## q Uidā monachus duo ha

bens collobia vnū quotidianū ⁊ ali
ud in ſolēnitatibꝰ: venit pauꝑ ege
nus tpe quodā petēs ab eo indumētū. Ille
vō negauit dicēs ſe ſuꝑfluā veſtem nō habe
re. Pauꝑ autē cū fletu vociferando dicebat.
Miſerere mei. Monachus vō ad ꝑces pau
peris intrās in cellā ſuam exuit ſe q̄tidiano
collobio ⁊ dedit paupi. ſibi aūt retinuit meli
us. Poſtea vō cōpūctꝰ dixit paupi. redde mi
hi collobiū qđ dedi tibi: ⁊ accipe meliꝰ. Hoc
accipiēs ille pauꝑ īduit ſe illo ⁊ abijt ī ciuita
tē vēdidit illud meretrici: illa vō induēs ſe il
lo vētebat ſemel ⁊ bis vbi erat monachus il
le. Cū aūt monachꝰ vidit veſtimentum ſuū
recognouit q̄ hoc eſſet quo vtebat̄ in ſolēni
tatibꝰ cōtriſtatꝰ valde intrās cellā ſuam di
xit. Uere deo nō placuit qđ feci nec meam re
cepit deuotionē, quia. ſ. in tales manus ve
nit palliū meū quo ego feſtiuis diebus vte
bar. nūc vō meretrix vtit̄ eo: ⁊ ꝑ triſtitia ma
gna nō comedit illo die. Nocte vō cū dormi
ret vidit ieſū chriſtū indutū veſte ſua quam
paupi dederat ⁊ introeūtē in cellā ſuā: dicen
tēq̄ ſibi. Frat̄ frat̄. Qui vt aſperit: vidit lu
cē magnā: dixitq̄ ei. Quis es dñe: qui rñdēs
ait. Aſpice in me. Et cū aſpiceret: dixit ei. Co
gnoſcis hoc. Qui reſpōdit. Etiā dñe collobi
um meū eſt. Ait illi. Ego ſum ieſus. iam non
triſteris: ſ₃ gaude ⁊ letare ⁊ gratias age deo.



q̄ quo eū dediſti paupi iſtud: mihi dediſti.
Et letatꝰ ē monachꝰ de benignitate dñi no
ſtri ieſu xp̄i: q̄ nō ꝑmiſit eū torqueri pluribꝰ
tēptationibꝰ: ſed certificauit eū de verbo qđ
in euangelio dixerat. Quod vni ex minimis
meis feciſtis mihi feciſtis.

Miles quidam obijt in terra ſancta: ⁊ ſic
euolauit ad deum. Exemplū. xxxv.

## d Icitur q̄ q̄dā miles inſiſtē

do opibus pietaꝗ cū₃ oīa q̄ hr̄et in
vſus pauperū expēdiſſet: crucē trāſ
marinā accipiēs ꝑegrinis paupibus manu
ꝓpria miniſtrabat. Cūq̄ tranſfretaſſet. viſita
uit oīa loca ſcā deuote ſequēs veſtigia ſui ſal
uatoris. Cumq̄ ad montē oliueti a quo dñs
ad celū aſcēdit aduenīſſet: eleuatꝗ oculis ⁊ ma
nibus in celū ait. Dñe inq̄ntū potui tua veſti
gia ſum ſecutꝰ. mō ſicut auis volare ad te ne
queo q̄ alas nō habeo: nec ſcalā ad te aſcen
dendi. Rogo te toto corde vt in pace ſuſcipi
as ſpm̄ meū: me poſt te trahēdo. Quo dicto:
ſtatim ſpiritus eius ad deum euolauit.

Diues quidam tempore famis paſcebat
quattuor milia pauperū. Exēplū. xxxvi.

## l Egitur in geſtis francorū

li. ij. c. xxiiij. Cū fames valida burgū
diā opp̄ſſiſſet: ⁊ cū ethicꝰ romanoꝝ
diſpēſator eēt in burgūdia agēs rēpublicā
romanoꝝ tēpore Theodoſij iperatoris: tunc
ꝯgregauit apud ligones quattuor milia ho
minū paupeꝝ ⁊ amplius. qui nō poterāt hr̄e
vnde ſibi tempe famis prouiderent: ⁊ pauit
eos ibi q̄diu malum tēpus durauit quo ceſ
ſāte fecit eos cū vehiculis ad loca ſua depor
tari. Cū autē hoc factū eſſet: audiuit vocē de
celo dicentē ſibi. Ethici tibi ⁊ ſemini tuo pa
nis nō deficiet ineternū: quia me famis tem
pore in pauperibus meis refeciſti.

Mulier quedā pauit fratres ordinis pre
dicatorum. Exēplum. xxxvij.

## q Uedam mulier in francia

deo deuota frēs recipiebat libēter.
l₃ viro eiꝰ admodū diſpliceret. Cū
igit̄ recepiſſet magr̄m iordanū cū ſocijs ſuis
⁊ iā eſſent in prādio: cōtigit ſuꝑuenire mari
tū ⁊ diſſimulato dolore poſuit ſe ad mēſā vbi
aūt inuenit bonū vinū illud fratribꝰ ꝓpinat̄
ſe magis dolēs clamauit nūcio. Uade cito ⁊
porta de vino meliori qđ eſt in vegete tali.
Hoc aūt ironice dixit: q̄ illud erat corruptū
vt ꝑturbaret vxorē. Iuit nūcius, attulit ⁊ ꝓ
pinauit: quo guſtato inuētū eſt vinū in ſum
ma excellētia bonū. Ille ergo in famulū tur
batus: rabida voce dixit. Quare nō apporta
ſti de illo dolio qđ dixerā tibi. Rñdit ſe ꝓ cer
to tuliſſe. Scđo remittit̄ ⁊ idē īuenit̄. Tunc
cū furia ſurgēs ipēmet ⁊ hauſit ⁊ guſtauit ⁊
optimū īuenit: ⁊ ex corrupto vino in bonū cō
uerſo. Dñs ipē ī meliꝰ ꝯuerſus factꝰ ē amator
fratrū ⁊ vxorē iuuās ad elemoſynas dādas.

Duo religioſi impetrauerūt gratiā iuueni
qui eos pauit. Exemplum. xxxviij.

## d Uo fratres hiſpani q̄ pari

ſius in theologia ſtuduerūt dum ad
ſuā redirent ꝓuinciā ad terrā pictā
uie deuenerūt. Cūq̄ a mane vſq̄ ad ſextam
horā iuiſſent afflicti ⁊ feſſi eſurire ceperunt.
Erat aūt ꝓpe villa ꝑua in q̄ pauci hoīes pau
ꝑes morabāt̄. Frat̄ aūt q̄ āpliꝰ erat feſſus vo
lebat vt ibi cibū q̄rerēt oſtiati. aliꝰ autē q̄ ma
gis eſuriebat monebat vt ad meliorem ⁊ ad
magꝭ diſtātē villā irēt: ne ſi minꝰ comederēt
poſt deficerēt in via. Tūc q̄ laſſus erat valde
volēs aliū cōſolari ait. Nōne frat̄ deꝰ potēs
ē ī villa paupcula ſufficiēs nob̄ ꝑſtare ꝯuiui
ū. Cui ait. ſcio inq̄t q̄ pōt ſ₃ nō ꝯſueuit. Tūc
aliꝰ ait. Noli timere chariſſime: q̄ ī hac villa
modica dñs nob̄ neceſſaria miniſtrabit. Cūq̄
ſic loq̄rent̄: ecce caſtellana ſci maxētij diues
⁊ nobilis dña cū filio ſuo ⁊ mlta familia ſuꝑ
uenit q̄ vidēs frēs admodū feſſos affectuoſiſ
ſime ꝑcepit filio ſuo dicēs. Fili deſcende ⁊ a
more dei ⁊ mei frēs iſtos paſce. Qui ad māda
tū eiꝰ ſtatī deſcēdēs paſtilla optīa piſcibꝰ bo
nis farcita q̄ ſue mr̄i erāt ꝑata accepit: ⁊ vi
nū caſeū ⁊ oua. panē q̄₃ recētē ⁊ alios piſces
obtulit fratribꝰ abūdāter: frequēter inuitās:
vt oblata cū gaudio ſuſciperēt: q̄ pauperes
dei erāt: ⁊ multū laborare debebāt ⁊ in alijs
locis vix aliq̄ inuenirēt. Poſtq̄ aūt mirabi
li affectu cū multis iuuenibꝰ deuotꝭ miniſtraue
rat eis: maior frater ait minori. Oremꝰ dñm
vt iuuenē iſtū q̄ nob̄ tā deuote ſuiuit ipſum
cuſtodiat ⁊ ad vitā bonā ꝑducat. Flexis ergo
genibus. dicto hymno Ueni creator ſpiritus
cum Pater noſter. ⁊ orone valedicētes iuue
ni: ⁊ eū ſepiꝰ dño cōmēdātes abierūt. Aliquā
to aūt trāſacto tpe alter eorū de hyſpania ve
niēs ad capitulū generale: ⁊ in cōuētu fratꝝ
pictauen̄. dictū iuuenē iam factum fratrem ī
uenit: ſtupenſq̄ ait priori. Uñ ē iuuenis iſte.
Cumq̄ illū filium caſtellanie audiſſet: voca
uit illū ⁊ ait illi. Reduc frater ad memoriā

qualiter ad p̄ceptū matris duos frēs qui de
Pariſius veniebāt in tali loco pauiſti. Bene i
quit recolo ⁊ deo grās ago: q2 orōnibus eoꝝ
dn̄s ad iſtū ordinē me adduxit: ⁊ frat̄ ad eū.
Ego inq̄t ſum vnus ex illis q̄ frequenter tibi
orauimꝰ vitā bonā ⁊ exitū btm̄. Ecce bonam
vitā in te video. Conare chariſſime vt perſe-
ueres: et ſic certe ꝑuenies ad finem bonum.

Infidelitas mūdi ⁊ etiā conſanguineoꝝ
Exemplum. xxxix.

# Legitur ī hiſtoriis britonū

l ꝙ ante tēpus īcarnationis dñice fu
it ī britānia maiori quidā rex Reyr
noīe q̄ habuit tres filias: ⁊ cū quereret a ma
iore ſi multū diligeret eum: dixit ꝙ ita ſuper
oīa: quā rex maritauit ⁊ maximā ꝑtē regni ſi
bi dedit pꝰ mortē poſſidendā. Hoc idē dixit
ad ſcdā: ⁊ illi fecit ſic̄ priori: tertia aūt mīor di
xit ei. Pr̄ q̄ntū hēs tm̄ vales ⁊ ego tm̄ te dili-
go q̄ntū vales ⁊ nō plꝰ. Pr̄ aūt īdignatꝰ minꝰ
eā dilexit q̄ alias ⁊ minꝰ de ea curauit: iurās
ꝙ nihil ei daret de t̄ra ſua: quā rex huiꝰ t̄re q̄
mō frācia dr̄ ꝓpt̄ mores ⁊ pulchritudinē ſuā
accepit ī vxorē. Cū aūt hoſtes ī dcm̄ Reyr ir-
ruerēt t̄rā ſuā dereliq̄t duabꝰ filiabꝰ ſuis po
tibꝰ ⁊ viris eaꝝ q̄ ꝓmiſerāt ei ꝙ honorifice eū
tractarēt: volūtatē ſuā ſuꝑ oīa faciētes. Cū
aūt t̄ra ſua ſe ſpoliaſſꝫ: poſtmodū eiectꝰ a p̄o
ribꝰ filiabꝰ a t̄tia ⁊ a viro ſuo honorifice rece
ptꝰ ē: ⁊ ꝑ eoꝝ adiutoriū ad hereditatē ſuā re-
dijt ⁊ alijs exheredatꝭ: eā mīori dereliq̄t. Pri-
ma filia ē amor ⁊ fiducia quā hō hꝫ ī mūda-
nis rebꝰ. Scda ē amor ⁊ ſpes quā hꝫ hō in a-
micis carnalibꝰ. Tertia ē amor ⁊ ſpes quā hꝫ
in mīe opibus. In diſcipulo de tēpore.

Duo mercatores dixerunt ꝙ ſine menda-
cio non poſſet vendere. Hoc q̄re in diſcipulo
de tēpore. ſermone. cxxxiij. Q.

Itē elizabeth ſeruiuit q̄ttuor diebus lepro-
ſo horribili ⁊ xp̄s q̄nta die apparuit ei dicēs q2
mihi ſeruiſti hēbis mecū gaudia celi. lxvij. D

Itē ruſticꝰ in curia ſolitaria ſuſcepit xp̄m
in ſpē ꝑegrini. ſer. lxxxix. Z. Exēplū. xl.

Itē duo frēs: vnꝰ religioſus multū: ⁊ alter
ſeruiebat infirmis ⁊ p̄cellebat aliū In diſci.
de tp̄e. ſer. cxxviij. O. Miſſa.

Sacerdos quidam celebrauit miſſam in
hieruſalem ⁊ reductus eſt ab angelo in patri
am ſuam. Exemplum. xli.

# Sacerdos quidā de dacia

ſ noīe andreas ꝑegrinando cum alijs
ꝑuenerat in vigilia paſche ad ſepul
chrum xp̄i: et ſūmo mane in die paſche ſocij
ſui recedere voluerūt: quibus ſacerdos dixit
Sctiſſimꝰ ē dies paſche ⁊ locꝰ dñice reſurre-
ctōis: audite priꝰ miſſā ⁊ euchariſtiā ſumite
poſtea recedamꝰ. Abeūtibꝰ oībꝰ ⁊ recedētibꝰ
ſacerdos māſit in vrbe: ⁊ dicta miſſa factoq̄ꝫ
prādio ſolꝰ cepit ire ⁊ ſeq̄ p̄cedētes. Quē vt
attigit q̄dā in equo ſedēs. Quid ē ait: ꝙ ſolꝰ
ꝓperas ꝑegrinꝰ. Et ille factū narrās hoc in-
q̄t de cā a ſocijs ſolꝰ ſū relictꝰ. Tūc ille. Aſcē-
de inq̄t retro me: ⁊ ſic reſidēs obdormiuit cir
ca veſpā ho cū euigilaſſet ⁊ circūſpiceret vbi
eēt: dixit ei ductor ſuꝰ Potes recogſcere locū
iſtū. Et ille p̄ timore maximo vix r̄ndere valēs
Videt̄ mihi inq̄t dñe ꝙ eccl'ia h̄ q̄ an̄ nos ē ec-
cleſia mea ē. ⁊ domꝰ h̄ ꝓpria ī q̄ māſi. Cui du-
ctor eius. Recte tibi videt̄ xp̄m glificã cuius
ſacrm̄ veneratꝰ es et q̄ꝝ cā ꝑegrinas t̄ras et
ſolitudinē nō horruiſti. Et h̄ dicens cito diſ-
paruit Sacerdos āt de via rediēs oībꝰ ſocijs ſu
is narrauit magnalia dei q̄d ſecū fctm̄ eēt ꝑ re-
greſſum ſocioꝝ poſtmodum comprobauit.
Hec Guil.

Virgo quedaꝫ vidit corpus ſacerdotis cla
rum in miſſa. Exemplū. xlij.

# In brabantia villa bandeſi.

i manet hgo religioſa in cuiꝰ preſen-
tia ſacerdos q̄dā de villagio: qui duꝫ
in q̄dā villa celebraret miſſaꝫ vidit corpꝰ ſa-
cerdotis ⁊ ſacras veſtes q̄bꝰ indutꝰ erat miro
decore decorari. Cūq̄ꝫ hoſtiā exaltaret vidit
duos āgelos mire pulchritudis hincīde aſſi-
ſtere ⁊ brachia eiꝰ ſuſtētare: ⁊ cū hoſtiā depo
neret manicas vtriuſq̄ꝫ manꝰ ne q̄d eas tan-
geret valde decēter ꝯſtringere Qui etiā eleuatꝭ
manibꝰ ⁊ īclinato capite cū ſūma reuerētia
depoſita adorauerūt Circa horā ſacri facta ē
ip̄a in exceſſu mētꝭ ⁊ vidit corpꝰ ſacerdotꝭ tam
clarū ⁊ tā ꝑſpicuū: vt q̄ſi phialā criſtallinam
corpꝰ dñi videret̄. Miſſa ꝯpleta dū ſacerdos
veſtimēta deponeret: illa reuerſa ē ad ſe ⁊ vi
dit corpus ſacerdotꝭ paulatim inſpiſſari vt ī
formā priſtinā rediret. Et illa puella ob hoc
habuit illā grām: vt videbat q̄s digne cōmu
nicet: vel q̄s īdigne: ⁊ in quadā die paſche in
quadam eccleſia tantum deceꝫ vidit cōicare
digne. Nomen huius virginis eſt. Oda.

Sacerdos quidam celebrauit pro capti-
uo ⁊ vincula ſoluebantur. Exēplum. xliij.

# In prelio quo occiſus ē rex

i Elhouinus q̄dā iuuenis de militia
eiꝰ vulneratꝰ ꝑ diē et noctē inter ca
dauera occiſoꝝ iacens: recuperato ſpū ſe ele-
uans de terra ⁊ ligās vulnera ſua prout po-
tuit abijt. ⁊ q̄rēs aliq̄s de amicis ab hoſtibꝰ
ſuis eſt captꝰ ⁊ ductꝰ eſt ad ducē exercitꝰ: q̄ſi
tus q̄s eēt: r̄ndit ſe ruſticū eē ⁊ ꝓpt̄ victum
militibꝰ afferendū in exercitū veniſſe. time
bat ei ſe militē fateri. q̄ ſuſcipiēs eū curauit
vulnera eiꝰ: ⁊ dū cepit ſanari iuſſit eū ligari
d̄ nocte ne fugeret: mox aūt recedētibꝰ q̄ liga
uerūt vīcula ſoluta ſunt. Nā frater eiꝰ q̄ ab-
bas fuit audito ꝙ occiſus eēt venit q̄rere cor
pus eiꝰ: ⁊ inueniēs aliū ſilēꝫ ei ad monaſte-
riū ſuū ducēs eū ſepeliuit: ⁊ ꝓ abſolutōe eiꝰ
miſſas freq̄nt̄ celebrauit. q̄ p̄dictꝰ miles ex h̄
ampliꝰ ligari nō poterat. Dū aūt comes mi-
raret̄ q̄re ligari nō poſſet: q̄rēs ſi forte chara
cteres hr̄et ꝓpt̄ q̄s ligari nō poſſet: r̄ndit. ni
hil taliū artiū noui: ſ; fratrē ſacerdotē hēo:
⁊ ſcio q2 me mortuū putās ꝓ me miſſas cele
brat. Tandē comes ꝯſiderās eū nō ruſticuꝫ
eē: ſecreto vocās eū ⁊ ꝓmittēs nihil ei factu
rū, rogauit vt genꝰ ſuū diceret. Et ille certifi
catꝰ de vita: ſe miniſtrū regꝭ aſſeruit. cui comes
ait: dignꝰ morte es: ſ; q2 nullꝰ d̄ meis occubu
it: te n̄ occidā. Et ſtati eū alteri vēdidit. Qui
dū multa gn̄a vīculoꝝ ei adhibuiſſet: nec li-
gari poſſet. donauit ei facultatē redimēdi ſi
poſſet. Qui dato iureiurādo ꝙ redimeret ſe:
vel rediret liberatꝰ eſt. Et reuerſus ad patriā
dño ſuo p̄ciū redēptiōis remittēs. tandē fra
tri ſuo q̄ circa eū fiebāt narrauit dicēſ. ꝙ ma
ne hora tertia q̄n miſſe celebrari ſolebāt: vī-
cula ſua ſoluebāt̄. h̄ arnoldꝰ ī narratorio ſuo

Miſſa ſuſtentauit hoīeꝫ in rupe ꝑ annū.
Exemplum. xliiij.

# Quidā hō cū iu quadaꝫ ru

q pe argētū foderet ſubito rupis ce
cidit: ⁊ funditus cunctos extīxit.
Unus aūt eoꝝ ſubtꝰ in quodā ſinu ipſiꝰ ru-
pis mortem euaſit: inde tn̄ exire non voluit.
Uxor aūt illiꝰ eū defunctū eſtimās: oī die ꝓ
ipſo miſſam celebrari faciebat: ⁊ panē vnū ⁊
vrceum vini cū cādela q̄tidie offerebat. Cui
diabolꝰ inuidēs ꝑ tres dies ꝯtinuos eidē in
forma hūana apparuit: ⁊ quo tēderet req̄ſiuit
Cui cum illa ſui itineris cām exponebat: ille
aiebat. Noli fruſtra vexari. q2 iā miſſa cele-
brata eſt: ⁊ ſic illa tribꝰ diebꝰ ꝓ eo miſſaꝫ p̄-
termiſit: nec ipāꝫ celebrari fecit. Quidā autē
poſt h̄ in p̄dicta rupe argentū fodiēs: voceꝫ
quandā audiuit de ſubter dicentē. Plane ꝑ-
cutias: q2 capiti meo īminet magnus lapis.
Cū ille tremeret ⁊ ad hāc vocē audiendā plu
rimos aduocaſſet iterū fodit ⁊ ſilem vocē au
diuit. Tūc oēs ꝓpiꝰ accedētes dixerūt. Quis
es tu: q̄ r̄ndens dixit. Plane fodiatꝭ: q2 maxi
mus lapis ꝯtinuo ſuꝑ me cadit. Qui a late
re fodiētes ⁊ vſq̄ꝫ ad eū ꝑueniētes eū ſanuꝫ
⁊ incolumē extraxerūt. Et ſciſcitātes quō ibi
tādiu vixiſſet. dixit ꝙ q̄libet die panis vnꝰ ⁊
vrceus vini cū cādela accēſa exceptꭗ tm̄ tribꝰ
diebꝰ oblatꝰ ſibi fuit. Quod vxor eiꝰ audiēs
⁊ vehemēter exultās agnouit ꝙ de oblatōe
ſua fuerat ſuſtētatꝰ. ⁊ diabolꝰ eā decepit nec
illis tribus diebꝰ miſſam cantari fecit.

Miſſa ſuſtētauit hoīem in ꝑiculo maris
Exemplum. xlv.

# Gregorius refert ꝙ dum

g quidā nauta naufragium ꝑpeſſus
fuiſſet. ⁊ q̄dā ſacerdos hoſtiā ꝓ eo
obtuliſſet. ipſe tandē de mari ſanꝰ exiuit. Cū
autē interrogaret̄ qualiter euaſiſſet: dixit ꝙ
dum in medio maris exiſteret ⁊ iā pene fati
gatus deficeret. q̄dam ad eū venit ⁊ panem
quendā ſibi obtulit. quē cuꝫ comediſſet. ille
ſtatim ꝯfortatus vires recepit. ⁊ quadā na-
ui inde trāſeunti receptꝰ fuit. Inuentūq̄ꝫ eſt
ꝙ illa hora panē habuit qua ꝓ eo ſacerdos
hoſtiam īmolauit.

Quidam equitauit ad campum quando
pulſabatur miſſam. Exēplum. xlvi.

# Diues quidā fuit talis cō

d ſuetudinis quādo debebat ire ad
miſſam: ibat aſcenſo equo ad ſua
allodia: vel annonas in cāpo: vel in ſua mo-
lēdina. ſ; cū ꝑ vxorē q̄ deuota erat admone-
ret̄ ꝙ iſta nō faceret: ſ; iret ad miſſam ſacris
diebꝰ: ⁊ ad eccl'iam vt aliq̄d boni audiret in
p̄dicatōe: r̄ndit. Ego ſcio q̄d facere debeo me
lius q̄ tui p̄dicatores. Tandē cū quadā vice
dum ad miſſam pulſaret̄. aſcēſo equo eq̄ta-
ret ad cāpū: occurrit ei diabolꝰ dicēs. Deſcen
de de equo ⁊ audi miſſaꝫ meā: ⁊ ducto eo ad
vnā foſſam q̄ ibi fuit: p̄cipitauit eū ⁊ deſcen
dit cū eo ad infernū auditurus miſſaꝫ infer-
ni. ve nobis q̄ mori nō poſſumus.
In diſcipulo de tempore.

Duo ſutores quoꝝ vnus quotidie audiuit
miſſam ⁊ ſꝑ abundabat. ⁊ alter raro audiuit
⁊ ſꝑ pauper fuit. Hoc q̄re in diſcipulo de tē-
pore. ſermone. cxvij. D.

Itē mulier q̄ voluit ſeipſam ſuſpēdere: ⁊
q̄n audiuit pulſare ad eleuatiōeꝫ corꝑis xp̄i
tūc flexis genibꝰ orauit in domo ſua: ⁊ ſic li-

verata eſt.querere ſermone.xliij.D.

Itē nobilis q̇dã docuit filiũ ſuũ q̇tidie au dire miſſaꝫ. Hoc q̇re in diſci.de ſctis. ſermo. xlviij.in fine. Mors malorum.

Diues quidam in agone clamauit. Deus adiuua me. Exemplum.xlvij.

q Uidã ſenex dum veniſſet ad ciuitatē quandã ad vendendũ quedã vaſa q̄ fecerat.⁊ ſederet añ ianuã cuiuſdã diuitꝭ laborãtis in extremis vi dit eq̇tes cũ eq̇s nigris horribiles hñtes in manibus baculos igneos. Relictis autem equis añ ianuã intrauerũt domũ. Et ecce in firmꝰ vidēs cepit clamare dicens. Dñe adiu ua me. Illi aũt accedētes ⁊ ridētes dixerunt ei. Nunc p̄mo memor es dei qñ obſcuratꝰ eſt ſol: q̄ ſole lucente oblitꝰ fuiſti eiꝰ.nũc aũt nõ eſt hora ſpei aut ꝯſolatõnis. Et hoc dicētes rapuerũt aiam eiꝰ.ipſe q̇dē miſer nõ ſuauit morē eccl'ie.q2 dicit preſbyter in p̄ncipio. De us in adiutoriũ meũ intēde.ſ3 in fine voluit primo q̇rere ⁊ nõ potuit.

Flagitioſus q̇dam homo in extremis pe tiuit inducias. Exemplum.xlviij.

corruptione. Exemplum.xviij.

b **Eatus Ambroſius reci**
tat de virgine quadā q̄ erat pul-
chra valde ꝛ xp̄iana: ꝛ ſuā occulta
bat pulchritudinē. Que dū nubere nollet op
ponitur ei titulus xp̄ianitatꝭ: ꝛ ꝓponit̄ vnuꝫ
ex duob’ eligendū. ſ. vt diis ſacrificaret vl’ lu
panari exponeret̄. Sacrificare noluit: tūc ex
ponit̄ lupanari. Audiēs h̄ miles qdā xp̄ian’
ſiſis in facie ꝛ pulchritudine illi puelle īdu-
tus armis: eq̄ veniēs ad lupanar: ꝛ dixit ſe
eſſe xp̄ianū ꝛ veniſſe ꝓ liberatōe ſua: induitq;
puellā veſtib’ ſuis ꝛ ip̄e ſe veſtib’ puelle in-
duit: ip̄am q̄ꝫ eq̄ ſuo impoſuit ꝛ abire iuſſit
ip̄e aūt māſit ibi. Cūq; veniſſent alij cā luxu
rie ꝑficiēde: inuenerūt virū nō mulierē. Ter
riti q̄ꝫ vniuerſi dixerūt alter ad alterū. Audi
uim’ ꝙ xp̄s cōuertit aquā in vinū: nūc autē
mutauit feminā in virum: fugiamus cito q̄
diu ſum’ id qđ fuimus.

Angelus oñdit viam duabus virginibus
que errauerunt. Exemplum.xix.

v **Irgo deuota elizabeth no**
mine cū ſocia bona etiā deuota ſic
peregrinabāt: ꝛ ꝯtigit eis in via ꝙ
de via ſunt ſecute. Pauefacte ḡ ꝓpter ſilua-
rū ꝓximarū infortuniū flere ceperūt. Quib’
flētib’ vehement̄ ſubito iuuenis appꝛuit co
rā eis. Erat iuuenis crine criſpo ꝛ colore cro
ceo. alba indut’ tunica ꝛ albo ꝑiter collobio
ſuꝑducto. Salutatꝭ ḡ ip̄ſis ab eis q̄ ꝑgerent
inq̄ſiuit. Rñdētib’ ill̄. ad villā libēter ire vel
lem’: ſi viā ſciret inq̄runt. Et ille. Scio inqt
me ſeq̄mini. Illo igr̄ cū ſilentio ꝓcedente il-
le ſequūtur: nec fuit aliq̄ eaꝝ q̄ aliqđ loq̄ po
terat pre nimio mentis gaudio vel ſtupore.
At ille ꝓperātes viderūt villā: ſubito in ictu
oculi ductorē iuuenē ꝑdiderūt. Que mox ꝓ-
ſtrate in terrā amare ceperūt flere ꝙ ductori
tanto nihil ampli’ ſunt locute. Ad cor auteꝫ
plus lachrymas redeūtes: exinde in ſpūali
vita tali ſolacio ꝓfecerūt. Conſile ꝓpe duo-
bus fribus accidit. Hec Buil.

Uirgo q̄dam percuſſit cadauer ad caput
in quo erat diabolus. Exemplum.xx.

f **Uit in quadā villa noīe vi**
uella virgo deo digna mortuis pa
rentib’ in domo fris militꝭ relicta ē
Pro ciſtercienſi enī ordine diu laborās neq;
ad effectū ꝓducere valens: fortiter in aīo ſta
tuit ſm̄ poſſe ſuū etiā in ſeculo ordinē obſer
uare. Inceſſit eī ſine lineis: obſuauit ieiunia
ſilētiū tenuit carnes nō comedit: hora matu
tinali ſurrexit ad eccl’iaꝫ. ꝛ in eccl’ia horas re
gulares exoluit. Contigit aūt ꝙ ea ignoran
te mortuū corp’ cuiuſdā defuncti veſpe ad
eccl’iaꝫ deferret̄: ꝛ ſolū corp’ ad feretrū relin
q̄ret̄. Surgēs aūt media nocte ỽgo quā dixi
m’: īuenit quēdā mortuū: ſꝫ parū aut nihil ti
muit. recedit ꝛ horas īcepit dicere. Hoc vt vi
dit diabol’ inuidebat ei: ꝛ corp’ intrās mor
tuū ꝛ loculū ꝑmo mouit. Uirgo igr̄ ſe conſi-
gnās ꝯſtāter ait: ꝛ clamauit. Diabole ꝯq̄eſce
miſerrime ꝯq̄eſce: q2 nihil ꝯ me poteris age
re. Et mox diabol’ ſurgēs cū corꝑe. Uere in-
quit: nunc potero ꝯ te. ꝛ meas iniurias a te
paſſas freq̄nti’ vindicabo. Hec vt illa vidit
imꝑterrito corde baculū fixa cruce ambabus
manib’ rapuit: ꝛ in caput mortuū feriēs ad
terrā ꝓiecit: ꝛ ſic fideli audacia diabolū effu
gauit. Itaq; ỽgo xp̄i cū anguſtia laborauit:
vt cadauer deiectū in feretrū relocaret: ſꝫ fru
ſtra q2 nō potuit. Ueniens aūt mane cū cu-
ſtode p̄ſbyter mirat̄ deiectū corpus de fere-
tro: ꝛ vulneratū in capite q̄rit qđ actum ſit.
Fatet̄ virgo cū lachrymis: rogās obnixi’ re-
leuari corp’. Negat ille: allegās viſurū ꝑplꝫ
potius ꝑ geſtam rem excitandū in laudē xp̄i
Mox turbata virgo vbi p̄ſbyterū inuincibi
lem ꝛ inexorabilē vidit: vanā ꝛ inanē gl’iam
ꝛ erubeſcentiā formidans: domū fris cogna
tionē ꝛ patriaꝫ dereliqt: nec vnq̄ ad eū poſt
ea rediit: ſed vſq; ad mortē in viuella ꝑman
ſit: ꝛ in humilitate xp̄o ſponſo ſuo fideliter
ſeruiuit. Hec Buil.

Chriſtus veſtiuit agnetam ſuā ſponſam.
Exemplum.xxi.

c **Hriſtus ſponſus virginū**
virgines ab oī opprobrio ꝛ ꝯfuſio
ne cuſtodit: ſicut beatam agneteꝫ
cum fuſtigaretur nuda: crine ſoluto tantam

denſitatē criniū dedit ei dñs ⁊ lōgitudinem vt pulchrius crinibus ornaretꝛ ꝙ veſtibus. Et cum eſſet in patibulo eam lumine de celo miſſo veſtiuit.

Xp̄s per triduū ſuſtentauit virginē in patibulo. Exemplum.xxij.

i

Tem legitur de ſctā Eulalia ꝙ multa ſupplicia pertulit a Deciano p̄ſide: cuiꝰ corpꝰ iuſſit tyrannꝰ ſuſpēdi. dū ꝑ triduū ꝑmaneret in patibulo ſuſpēſuꝫ corpꝰ deꝰ veſtiuit lumie ď celo miſſo. ⁊ aīam morieꝫ viderūt aſtātes ī celuꝫ aſcēdere q̄ſi in ſilitudine colūbe nitentis.

Xp̄s paſcit virgines. Exemplum.xxiij.

c

Hriſtus paſcit etꝰ nutrit virgines: ſic legitꝛ feciſſe btē eugenie ꝟgini. Que cū multa ſupplicia ſub Galieno impatore ſuſtinuiſſet: ignis et aq̄ ⁊ alioꝝ tormētoꝝ gnā ſuꝑaſſet ⁊ euaſiſſet illeſa: tādeꝫ clauſa tenetꝛ in obſcuriſſimo carcere ſine oī cibo ⁊ luie: in q̄ eā xp̄us viſitauit ⁊ pauit: īmenſo lumine ⁊ cādidiſſimo carcerē illuſtrauit. Que cū poſt multos dies mortua crederetur apparuit corpulentior ⁊ pulchrior ꝙ prius fuit.

Xp̄s liberauit ꝟginē ſponſam ſuā a diuerſis martyrijs. Exemplum.xxiiij.

l

Egitur in paſſione eufemie ꝙ cū eēt ſpecioſa valde. ⁊ accuſata ꝯfeſſa ē ſe eē xp̄ianā. venit ad eā Priſcꝰ iudex ī carcerē volēs eā opp̄mere ipā aūt ait. Adiuua me ſaluator meꝰ ieſu xp̄e amator ⁊ ſpōſus caſtoꝝ aīoꝝ. Ipa auteꝫ xp̄i adiutorio cōualuit ⁊ Priſcū potētē vicit Tūc priſcꝰ indignatꝰ ꝙ a muliere victꝰ eēt fecit fieri rotas horribiles in qbꝰ ꝟginē ꝯtereret. Cūqꝫ miniſtri eā ꝯfitentē xp̄m audirēt ⁊ dicentē. Saluator mūdi ſalua me ⁊ libera me: angelꝰ ſtatī deſcēdit: ⁊ rotas illas cōterens: ꝛ illā illeſaꝫ reddēs ⁊ liberatā: miniſtri aūt ꝑcuſſi paralyſi facie imutata. Cū aūt p̄ſes ꝯfuſus cōminaretꝛ ei ꝙ iterficeret eā ī fornace ardēti: ait. Nō timeo hn̄s adiutorē xp̄ꝫ et cōculcabo adiutorio eiꝰ oēs tyrānicos inſultꝰ ⁊ terrorē eoꝝ. Cū aūt iuberet eā tyrānꝰ in fornacē ꝓijci quā parauerat: miniſter cui p̄ceperat h̄ dixit ei ꝙ nō poſſet in eā manū mittere: q̄ꝛ videbat circa fornacē viros glorioſos paratos fornacē diſꝑgere: ⁊ eā illeſaꝫ ⁊ immaculatā cuſtodiri. Alter ſeruꝰ dixit ꝙ nō poſſꝫ facere: q̄ꝛ videbat circa fornacē cādidatoruꝫ exercitū eā expectantē. Hi duo ī carcerē miſſi ſūt. ⁊ eos cuſtodire fecit: tādē martyrio coronati ſūt. Tūc ꝓiectā eā ſuꝑ ignē ſuſcepērt eā angeli dei diſꝑgētes ignē huc atqꝫ illuc. Poſita in carcerem ꝑ ſeptem dies ꝑ capillos ſuos ſuſpenſa negato cibo ⁊ potu: ſꝫ q̄tidie ab angelo rfecta ē. Poſt h̄ poſita ē intꝛ magnos lapides q̄ dei adiutorio mox ī puluerē ſūt redacti. Poſtq̄ꝫ h̄ oīa ſuꝑaſſet miſſa ē in foueā plenā vrſis ⁊ leonibꝰ. ⁊ ibi vrſos ⁊ leones ſuperauit. Tūc a carnifice gladio ꝑcuſſa migrauit ad dñꝫ. ꝑcuſſor aūt eiꝰ a leone deuorabatꝛ Priſcꝰ ⁊ appolloniꝰ in furiā ſunt cōuerſi: ita ꝙ ſeipſos comedētes mortui inuēti ſunt.

Quidam voluit violare virginem ⁊ excecatus eſt. Exemplum.xxv.

q

Vidā ab imperatore obtinuit vt ſctā Anaſtaſia ſibi ꝑ vxore daretꝛ: ꝓmittens ꝙ a xp̄ianitate eā reuocaret. Qui cū multiplr eā attēptaſſet ꝓmiſſiōibꝰ: minis: ⁊ ſupplicijs: ⁊ ipā in q̄dā camera īmobilis ꝑ triduū ꝑmāſiſſet ſine cibo ⁊ potu ⁊ ſomno: vir intrans ad eā voluit violare eā: ⁊ ſic excecatꝰ circūibat in camera nec valebat exire. Cū aūt clamaret p̄ dolore oculoꝝ intrātes famuli eū emiſerūt ⁊ ad idola adduxerūt eū vt rn̄ſa acciperet a demōibꝰ vtrū a ſua infirmitate curaretꝛ: dixerūt ꝙ nō ſꝫ ꝓptꝛ illud qđ fecerat anaſtaſie. ſciret q̄ꝫ ipe ꝙ in inferno etnalitꝛ eēt cruciādꝰ. Qui ꝑterritꝰ ſuꝑ modū ⁊ turbatꝰ: cū duceretꝛ intꝛ manꝰ famulorum ſubito mortuꝰ ē. Ipā aūt anaſtaſia poſt multas afflictiones ꝓ xp̄o paſſas carceris ⁊ exilij incēdij ⁊ extēſiōe corꝑis ſuꝑ quattuor palos ſp̄m deo reddidit.

In diſcipulo de tempore.

Miles q̄ violauit virginē quō in cruribꝰ punitus eſt: ⁊ bufonē igneū in corꝑe ſuo ſuſtinuit. Hoc q̄re ſer.xcvi.V.

Virtutes.

De virtutibꝰ q̄nqꝫ fratrū. Exēplū.xxvi.

q

Vidā ſctūs abbas q̄ſiuit a q̄nqꝫ fribus ſuis q̄ ſibi p̄ ceteris placuerūt ꝟtutes: ⁊ vitā ipoꝝ qualiter vixiſſent poſtq̄ꝫ religioſi facti eſſent. Primus dixit. Ego ſic vixi ꝙ ſingulis diebꝰ oia pctā mea: ita cuꝫ dolore cordis ꝑtractaui: et q̄cq̄d cōtra deū illa die egi cū tāta ꝯtritōe cōfeſſus ſum q̄ſi eadē die mori deberē. Secundus dixit. Omne tp̄s meū in duas ptes diuiſi: vnā oronū deuotioni dedi: aliā laboribꝰ ⁊ ſuitijs fratruꝫ vbicūqꝫ potui in maximo fidelitꝛ expēdi. Tertiꝰ dixit. Ego dedi me totū opibꝰ miſericordie ⁊ cōpaſſiōi ita vt flerē cū flētibꝰ: ⁊ gauderē cū gaudētibꝰ Quartꝰ dixit. Ego ſꝑ me adiūxi vbi deſpectꝰ habebar: ⁊ ſic meip̄m rexi vt ad plenā humilitatē ⁊ patientiā ꝑuenirē. Quintꝰ dixit ego ſic vixi ⁊ nullū hoieꝫ turbaui: nec ab aliq̄ turbatus ſum. Abbas ſibi hec reuelari petiuit a deo: ⁊ vox ď celo venit dicēs. Ego do me ego ꝑmitto me inuenire: ego vēdo me ⁊ ꝑmitto me furari: ego ꝑmitto me ab hoīe ſuꝑari. Tūc abbas nō intelligēs: orauit ſibi manifeſtꝰ illa declarari: tūc vox venit de celo: dicēs Ego do me penitenti. ego ꝑmitto me in oronibus ⁊ laboribꝰ fratrū inuenire. ego vendo me illi q̄ ꝓximis cōpatitꝛ ⁊ cōgaudet. ego ꝑmitto me furari ab humili deſpecto. ⁊ ego ꝑmitto me ſuꝑari ab hoīe q̄ nullū ꝯturbat: ſꝫ ſtat in pace. Tunc abbas queſiuit quis melior eſſet inter illos: tunc venit vox de celo: dicens. Qui nullū turbauit nec turbatus eſt.

De exercitijs q̄nqꝫ fratrū. Exē.xxvij.

a

Bbas quidā habuit quīqꝫ frēs qbꝰ p̄cepit vt vnuſq̄ſqꝫ referret virtutē ſuā. Primꝰ dixit: decem annis q̄tidie feci gn̄alē ꝯfeſſionē. Scđs dixit. q̄tidie bonā attētionē per viginti annos ſtudui hr̄e in orōne. Tertiꝰ dixit: ꝑ triginta annos quotidie q̄ꝫtū potui miſericors fui: ⁊ intraui infirmatoriū q̄rēs cui ſeruireꝫ. Quartus dixit: ꝑ q̄draginta annos neminē ꝯturbaui: oīa patiēter ſuſtinui. Quintus dixit: per q̄nquagita annos q̄ſiui deſpectionē ⁊ n̄ inueni mihi ſileꝫ in hūilitate. Abbas igr̄ deum rogauit vt ſibi oſtideret q̄s intꝛ illos melior eſſet. ⁊ venit ad eum vox. dicēs Primus ſeip̄m dat dn̄o. ſecūdus inuenit dominū. tertius portat dn̄m. q̄rtus emit dn̄m. quintus vincit dn̄m.

De ꝟtutibꝰ triū heremitarū. Exē.xxviij.

e

Rant tres heremite qui cū quererēt inter ſe de virtutibꝰ. dixit vnus ꝙ ꝓptꝛ dilectionē dei plus ſꝑ deſidero turbari ꝙ mihi turbatiōes eueniāt. Alter dixit ꝙ p̄ dilectione dei nūq̄ꝫ me iudicantē iudicaui. Et reqſitus cur dimitteret: dixit ꝓptꝛ tres cās. Prio q̄ꝛ inuenio me eſſe peiorem q̄ꝫ ipſe q̄ locutus eſt. Scđo q̄ꝛ nullus curat mea ꝟba ⁊ nō credunt mihi dum de me mala loquēti loquor. Tertio ſi hodie malus eſt q̄ mihi hodie īfert moleſtiam: cras pōt melior eſſe ꝙ ego. Tertius dixit plus me q̄ꝫ ſe diligentē diligo ⁊ duꝫ quererent quis ille eſſet qui plus te ꝙ ſe diligit dixit ieſus. Qui pro me patrem ⁊ regnū cōtempſit: corpus dedit penis: quaſi me charius ſibi haberet.

Vnctio extrema.

Sacramentum extreme vnctionis prolōgat vitam. Exē.xxix.

q

Vidam vir magnorum operū in extremis laborās. Cum interrogatꝰ fuiſſet ſi oleo ſctō ꝑungi vellet: rn̄dit. Nolite obſecro talia dicere: q̄ꝛ oēs q̄ iunguntꝛ illi moriuntꝛ. Et his dictis ſp̄m reddidit. Sꝫ cū lintheaminibꝰ inuolui deberet deo volente ſp̄m reſumpſit ⁊ oculos aperiēs locutꝰ eſt: dicēs. Quia extreme vnctionis ſalutare ſacm̄ abhorrui c. annis ignibus purgatorij iuſto dei iudicio torq̄bor: ſꝫ ſi punctꝰ fuiſſem vtiqꝫ de hac egritudine ꝯualuiſſeꝫ. ſacra enī vnctio nō ē mortis acceleratio: ſꝫ dilatio. Sicqꝫ ꝟbis finitis aīam eꝯuerſo exalauit.

Punitio vxoris que impediuit vnctioneꝫ ſui mariti. Exemplum.xxx.

m

Iles quidā diues ⁊ ſtrēnuus in ſecularibꝰ exercitijs. ⁊ torneamentis ⁊ haſtiludijs exercitatiſſimus. religioſos et clericos ī magna reuerētia ⁊ honore hēbat: ⁊ eiſdē in domo ſua liberalr miniſtrabat. Hic cū vehemētem languorē incidiſſet: ⁊ poſt fidelē ꝯfeſſionē: ⁊ dn̄ici corꝑis ꝑceptiōnē: ⁊ a religioſis et clericis q̄ ibi aderant reqſitus fuiſſet ſi oleuꝫ ſanctū deſideraret. rn̄dit. ita deſidero ⁊ ex toto corde requiro. Qđ vxor eius audiēs: ⁊ nimis carnaliter eū diligens fieri nō permiſit donec intellectum ꝑdidit: ⁊ agonizare. cepit Cūqꝫ inunctus fuiſſet ⁊ ꝑ ſex horas iacebat immobilis vt putaretꝛ eē mortuꝰ: tandem reſūpto ſpiritu vocauit vxorē di. heu heu vxor mea dilecta q̄d feciſti. q̄re decepiſti me: ⁊ tu decepta es. ſi cū intellectū habui inunctꝰ fuiſſem ꝓculdubio. xxx. die a tormentis purgatorij exiuiſſem: mō ꝑ ſeptēnium in penis manebo: ⁊ vtiqꝫ. xxx. annis ibi fuiſſem: niſi hoc religioſoꝝ ⁊ clericoꝝ quos ſꝑ dilexi deuota intercepiſſet oro. Tu ꝟo q̄ꝛ huiꝰ negligētie cā efficiēs extitiſti: impunita nō trāſibis: ſꝫ vſqꝫ in finē vite tue paralitica iacebis. His dictis miles in bona ꝯfeſſione diſceſſit: ⁊ vxor eiꝰ incurabili paraliſi ꝑcuſſa poſt. xxv. annos plena patiētia migrauit ad dn̄m.

Sacra vnctio diſponit animam ad celū.
Exemplum.xxxi.

**Eligioſus quidam ordi**
r nis p̄dicatoꝝ boniſaci' noīe q̄ cū
peteret ſacrā vnctionē a fratre ri
chardo eiuſdē ordinis diſtulit ip
ſe vocare cōuentū ⁊ iuit dormitū. Poſt ma
tutinas aūt cū ad infirmū veniſſet: ait ille.
O frat̄ q̄d feciſti: ſi in ſero corp' dn̄i ſuſcepiſ
ſes: nūc eēm ī palacio q̄d vidi: vbi erat magr̄
raynald' ⁊ frat̄ rupert' ⁊ alij ſcti p̄res q̄ obi
erūt: q̄ occurrētes mihi cū magno gaudio me
recipiētes inter ſe fecerūt ſedere. Cūq̄ȝ cū ill̄
gauderē: ecce dn̄s xp̄s intrauit in palaciū: et
ait ad me opȝ te recedere hinc: q̄r nondū me
recepiſti. Vn̄ ſi ſero cōicatus ⁊ inunct' vt pe
tebam fuiſſem: cū ſctis p̄ribus ⁊ fratrib' no
ſtris vtiq̄ȝ remanſiſſem in palacio tā iocūdo
Hoc in vitaſpatrum.

Voluntas.

Malam voluntatē habens vulnerat chri
ſtum. Exemplum.xxxij.

**Vidam ſtans in mala vo**
q luntate peccandi: ⁊ etiā erat pcōr
magn': q̄ vidēs btām v̄ginē hn̄tē
in gremio puerū ibm ⁊ videbat̄
ei puer ille pulcherrim' ī facie: ſ; ī corpe erat
ac ſi eſſet trāſfoſſus cū cultellis in toto corpe
ſuo. Et virgo btā ait pctōri. Qual̄r placet ti
bi iſte puer. Qui r̄ndit pulcherrim' eēt ſi nō
eēt trāſfoſſus: ⁊ ſic vulnerat' in corpe. Que
ait. Cui' reus eſt iſte hō q̄ h̄ fecit. Qui r̄ndit
Mala morte puniat̄. R̄ndēs aūt btā virgo.
Tu es hō ille q̄ cuȝ tuo malo p̄poſito denuo
flagellas ⁊ crucias filiū meū: ⁊ ſic fiat tibi ſi
cut dixiſti. et diabolus in tali malo p̄poſito
fregit ſibi collum.

In bonis q̄nq̄ȝ deus recipit voluntatem
pro facto. Exemplum.xxxiij.

**Vidā dominus caſtri ha**
q buit ſacerdotē ſibi celebrantē ſolē
nia miſſarū: ⁊ ipȝ vocari fecit vt
ſe prepararet ad miſſam. Sacerdo
te aūt veniente vidit ipm dn̄s caſtri cū q̄nq̄ȝ
demonib' obſeſſum: ⁊ nullus ali' videre po
tuit: nec ip̄e ſacerdos ſciuit: ⁊ angelū ſuū lō
ge ſtātē. Et cū appropinq̄ret eccl̄ie: reliq̄rūt
eū tres demones. Cū aūt ſe oīno ad miſſam
cōfeſſione facta p̄paraſſet: dimiſerūt eū alij
duo: ⁊ oēs q̄nq̄ȝ ſtabant q̄ſi lupi rapaces in
ſidiādo q̄ū finē ſuo officio dediſſet. Et ange
lus dn̄i ſaltabat ſup humerū eius. Sacerdo
te ſtāte in canone dn̄s caſtri extracto gladio
amputauit ſacerdoti caput ſuū. Interfectōe
facta dn̄s cepit ɔtriſtari ⁊ a dn̄o papa pniaȝ
req̄rere. Qui dixit. Vade ⁊ fac q̄d fatu' tuus
iubet te facere. Dn̄s v̄o let' ad p̄pria p̄uenit
⁊ fatuū ſuū bn̄ fecit tractare. Quadā v̄o die
vocauit fatuū ⁊ dixit ſibi. Quid faciā q̄r īter
feci ſacerdotē. Qui r̄ndit. Si ipȝ interfeciſti
p̄mittas ſil̄r te interficere. Cū v̄o ſepi' h̄ attē
ptaſſet: ⁊ fatu' ſp eadē v̄ba r̄nderet: cogitan
te dn̄o q̄ aliq̄d ſignificaret: rogauit ſeruū vt
q̄ū veniā feciſſet ſibi caput ſuum amputaret
Facta aūt venia ⁊ extracto gladio ad ampu
tandū ſibi caput: venit ſacerdos mortu' corā
altari: ⁊ dixit ſibi. Surge: dn̄s hȝ volūtatē p̄
facto. Reſigno aūt tibi q̄d mihi feciſti: q̄r in
glīa dei p̄ris ſum ſurrexit dn̄s: ⁊ hitū aſſum
pſit religioſuȝ ⁊ ex caſtro fec̄ fieri clauſtrū: in
q̄ dn̄o nr̄o ieſu xp̄o ſuiuit vſq̄ȝ ī finē vite ſue.

Apoſtata ɔtritus poſt mortē inuent' eſt
in habitu ordinis ſui. Exēplum.xxxiiij.

**Eatus bernardus mona**
b chū habuit: q̄ ſuadēte diabolo or
dinis habitū depoſuit: ⁊ parrochi
am quādā ad regendū ſuſcepit ⁊
ex ɔcubina ſecū manēte genuit filios ⁊ filias
Accidit igr̄ vt p annos plurimos ibi eēt nec
abbas ſciēs p villā in q̄ monach' habitabat
trāſiret: ⁊ ad domū illi' hoſpitādi grā diuer
teret. Quē ille cognoſcēs ⁊ q̄ſi p̄priū p̄reȝ cū
multa reuerētia accipiēſ deuote miniſtrauit
⁊ tā ipi q̄ ſocijs ac iumētis neceſſaria copio
ſe miſtrauit: nec tn̄ cognit' ē ab abbate. Ma
ne cū vir ſctūs dict̄ matutinis parat' eēt ad
eundū: nec poſſet ei loq̄ eo q̄ maturi' ſurgēs
iuiſſet ad eccl̄iam. Ait filio illi' ſacerdot̄. Va
de ⁊ defer nūciū iſtū dn̄o tuo. Erat aūt puer
idē mutus a natiuitate: q̄ p̄cepto obediēs: ⁊
p̄cipient̄ in ſe v̄tutē ſentiēs ad p̄reȝ cucurrit
⁊ ſcti p̄ris v̄ba abſolu te valde expſſit dicēs.
Hec ⁊ h̄ mādat tibi p̄r abbas. P̄r p̄mā vocē
audiēs: ⁊ pre gaudio lachrymas effundēs: ⁊
ſecūdo ⁊ tertio eadē v̄ba repetere ām̄onuit:
⁊ q̄d ſibi abbas fecerit diligent̄ inq̄ſiuit. Cui
ille. Nihil mihi aliō fec̄: ſ; ſolūmō mihi dixit
Vade ⁊ dic dn̄o tuo h̄ v̄ba. Ad taȝ ḡ euidens
miraculū ſacerdos cōpūct' feſtinant̄ ad ſan
ctū virū venit: ſeq̄ȝ cū lachrymis ad pedes p̄
ſtrauit. Dn̄e p̄r inq̄t monach' vr̄ tal̄ ac talis
fui: ⁊ tali tp̄e a mōaſterio receſſi. Rogo ḡ pa
ternitatē vr̄aȝ vt liceat m̄ redire vobiſcū ad
monaſteriū: q̄r de' in aduētu veſtro viſitauit
cor meū. Cui ſanct' Bern̄. Expecta me hic: et
ego pacto negocio cito reuertēs ducā te me
cū. Timēs ille mortē quā prius nō timebat:
r̄ndit. Dn̄e timeo interim mori. Ad hoc ille ī
quit. Pro certo ſcias: q̄r ſi in tali cōtritione
⁊ p̄poſito mortu' fueris: corā deo monach'
inueniēris: ⁊ ſic receſſit. Cū em̄ abbas rediȷt il
lūq̄ȝ ſic recent̄ mortuū ac ſepultū audiēs: ſe
pulchrū aperiri p̄cepit: dicētib' q̄ aderāt q̄d
facere vellet. r̄ndit. Volo videre vtrū in ſepul
chro iaceat monach' vel cleric'. Clericū inq̄
unt in habitu ſeculari ſepeliuimus. Reiecta
terra: abiectaq̄ȝ veſte qua ſepultus fuit: et in
tonſura monachi cūctis apparuit. et magni
ficat' eſt ab oīb' de' qui volūtatē p̄ facto re
putat et accipit. Hec ceſari'.

In diſcipulo de tēpore.

Latro q̄ in volūtate bona ad heremitā ve
nit: ⁊ ipſe ſpreuit eū: et quō arbor eū occidit
et ſtati aīa ei' ad celū euolauit ſermo.cli.O.

Item latro quidā orauit vnū pater noſter
coram crucifixo: et ſic ſaluatus eſt. Quere ſer
mone.xlix.R.

Voluptas.

Duciſſa delicata quō poſtmodū ɔputruit.
Exemplum.xxxv.

**Vx quidā vxorē habuit**
d q̄ ita tenere ⁊ delicate viuebat vt
cōib' aq̄s abluere ſe dedignaret̄:
ſ; ſui ei' de rore celi vndiq̄ȝ colle
cto laborioſe ei balneū p̄pabāt. Cibos nō tā
gebat niſi poſt q̄ fuiſſent p eunuchos in fru
ſta cōciſi: aureis fuſcinul̄ ori ſuo adhibebat
cubiculū ſuuȝ ita redolebat q̄ vix ſit auditu
credibile. Dū ſic viueret: iudicio dei p̄cuſſa vi
uēs cōputruit: vt iā null' fetorē ei' ferre poſ
ſet. Reliquētib' ḡ eā oīb' famulis: vna ſola
ancilla ī ſeruitio ſuo p̄mā ſit q̄ nō ſine ſpecie
rū redolētiū auxilio trāſire potuit: ſ; quaſi ra
ptim ei miſtrās diē clauſit extremum.

In diſcipulo de tp̄e.

Qui voluptuoſe vixit ⁊ nihil ſibi p̄pt̄ deū
ſubtraxit: ⁊ tn̄ bona opa fecit ieiunādo: ele
moſinas dando: ⁊ quō poſtmodū a deo iudi
catus fuit. quere ſermo.iiij.L.

Votum.

Virgo votiua q̄ voluit cōtrahere m̄rimo
nium. Exemplū.xxxvi.

**Vedam virgo fideliter in**
q caſtitate beate marie v̄gini ſuiens
ȝ ſe ei ⁊ filio ei' in caſtitate vſq̄ȝ ad
mortē ſeruire obligās: ſȝ felicib' ei' actibus
hoſtis antiq̄ nō defuit inuidia: q̄ potētis cu
iuſdā oculos forme ei' iīciēs totū eius aīm
in amorē v̄gis ɔuertit: quā cū blādicijs et p̄
miſſiōib' crebri' attēptabat vt eā vxorē hre
mereret̄. gl̄am et diuitias ⁊ p̄pter deū omīa
bona ſibi p̄miſit: nō eū ſegni' q̄tidie purgēs
q̄ intētor ei' dyabol' cor eius ad tantū ſcel'
inſtigabat: q̄d plura: crebro inimici fatigata
turbine corruit ⁊ ſpōſa eterni regis mortalis
hoīs vxor fieri acq̄eſcēs: renūciās xp̄o ⁊ eter
nis bōis mortalē ſpōſum ⁊ trāſitoria bōa ſi
bi elegit. Cōſtituit̄ dies nuptiarū ⁊ nocte im
mediate p̄cedēte diē nuptiaꝝ: cū ī domo pa
rētū illa nocte q̄eſceret vidit illa nocte ī ſom
nis ſe raptā ſup os putei: q̄ enormi āplitudi
ne ⁊ p̄funditate oris ſui apuit baratrū q̄ tā
īmanes exhalabat fetores: vt vniuerſuȝ hu
ius mūdi aerē videret̄ inficere: tā dēſas fu
mi nebulas: vt ſcl̄i hui' claritatē videret̄ de
celo effugaſſe. Cūq̄ȝ totū ſ̄pētib' ⁊ v̄mib' ſca
turiret: ⁊ a clamorib' eoꝝ q̄ int' torq̄bantur
horribili miraret̄ rugitu: vidit repēte ethio
pes q̄ſdā ignitos de medio exiliētes ⁊ aīas
deputatas tormētis abſq̄ȝ dn̄a crudelit̄ im
mergētes: a q̄b' ⁊ ip̄a arrepta. et cū traheret̄
int̄ ipos iā deſpatōiſ āguſtias reſpiciēs ⁊ cir
cūſpiciēs ſi eēt auxiliator: vidit āriquā dn̄aȝ
ſuā dei genitricē v̄ginē mariā: ſ; nimis a lon
ge: ⁊ ſic a ſe auerſaȝ vt ei' viſionē vix a lōge
aliq̄ ſpē poſſet colligere: tādē toto corde ⁊ oī
conatu ɔuerſa ad illā noīē ſuū valde incla
mās. O dn̄a inq̄t ſubueni ancille tue tam in
amara neceſſitate conſtitute. At illa p̄pi' ac
cedēs. Tu inq̄t q̄ es. Ego ſum inq̄t o dn̄a an
cilla tua: tuo famulatui tueq̄ȝ mēorie ſp de
uota. At illa inq̄t. Abſit. tu mea nō es: īmo
illi' quē me cōtēpta ⁊ filio meo p̄elegiſti: ip
ſe tibi ſubueniat: ip̄e te liberet. Illa v̄o ip̄ro
perātis v̄ba nō ferēs: īmo inq̄t: o dn̄a lōge ſit
a me: longe a corde meo ei' mēoria. tu v̄o li
bera ancillā tuā: ⁊ nō differas. O dn̄a q̄r iaȝ
abſorbet me p̄fundū. iā vrget ſup me pute'
os ſuū. Cūq̄ȝ ſe in hunc modū excuſaret vt il
lam iuuaret: inimiciq̄ȝ eius eā trahebāt: nul
las dantes inducias: acceſſit pietatis mater
ſctā dei genitrix maria ad eā: ſua manu ma
nū ei' tetigit ⁊ tenuit: p̄cul īimici ilico facti
ſunt: nec reſpicere eā audētes cui tm̄ matris
dn̄i videbāt adeſſe patrociniū. Tūc eā ip̄a blā
de alloquēs ⁊ benigne cōſolans. hi inq̄t ſunt
fructus carnis. hoc p̄miū voluptatis in hanc
precipitationis voraginē precipitem te das

bas et neſciebas: iam expecta caue. et ad re-
cuperādā grām ei cui deſeruit caſtitas totis
virībꝰ ⁊ viſceribꝰ inſiſte: ⁊ ego te precibꝰ me-
is iuuabo: dixit ⁊ abijt. Illa vero reddidit ſi-
bi aiam: ⁊ ſic euigilauit. Aderāt amici diuiꝗ
illiꝰ q̄rētes q̄d fieri deberet. Et illa inq̄t: pro
cul diſcedite miniſtri mortis ⁊ incētores ig-
nis eťni: illiſqꝫ a facie ſua cū ſumma īdigna
tōe ꝑturbatꝗ parcētibus ⁊ oibꝰ ibi cōgregatꝗ rē
totā apuit. Et illi h̄ audiētes: liberā eā dimi-
ſerūt. Et illa totꝗ viribꝰ ſe in penitētie luctu ⁊
antiq̄ ꝓpoſito reddēs inſtabat inq̄tū pote-
rat recupare grām dn̄e nr̄e dei genitricꝗ ṽgis
marie ⁊ filij eiꝰ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Et ſic i bono
⁊ ſalubri ꝓpoſito poſtmodū finiuit vitā ſuā.

Uotiuus quidā obijt ſine ſacramētis ⁊ dā-
natus eſt. Exemplū. xxxvij.

**In dioceſi traiectēſi erat**
quidā ruſticꝰ vſurariꝰ Godeſcal-
cus noīe: tp̄e predicationis ſan-
cte crucis ipſe crucē et votū rede-
mit ꝑ q̄nqꝫ libras traiectenſes: et circūuenit
dolo diſpēſatorē cum poſſet dediſſe. xlviij. li-
bras nec tn̄ filios exheredaſſet. Iſte ſedebat
in tabernis dicēs. Uos ſtolidi trāſibitis ma-
re i piculo vite vr̄e ⁊ expēditꝗ ſubam veſtram
redemi eni ꝓ quinqꝫ libris votū meū ⁊ vitā
meā: ⁊ māebo domi: ⁊ tn̄ ſimilē vobis habeo
mercedē. Nocte q̄dā cū iaceret cū vxore ſua
audiuit in molēdino ſuo qd̄ erat contiguum
domui ſue motū quaſi rotas molētes: ⁊ dixit
puero ſuo. Uade ⁊ vide q̄d ſit in molendino.
Puer iuit ⁊ rediit horrore ꝑcuſſus. Cui dn̄s.
Quid eſt tibi? At ille. Tantꝰ horror inuaſit
me i oſtio molēdini ꝙ cōpulit me redire. At
ille. Etiā ſi dyabolꝰ ibi ſit ego vadā et videbo
quid ſit. iniecta toga ſcapulis venit ad molē
dinū. Erat eni nudus. Oſtiū aperuit et intro
ſpexit. vidit duos equos nigerrimos: et virū
nigrū ſtantē circa eos. Qui dixit ad ruſticū:
feſtina aſcende ad equū iſtū qui propť te ad
ductꝰ eſt. Ille ruſticus expauit. At ille niger.
Quid tardas: pijce veſtē tuā ⁊ veni. erat eni
veſtis cruce effigiata. ille deſperatꝰ ex vocatō
ne dyabolice ṽtutis reiecta veſte equū aſcen
dit: ⁊ vir niger aſcēdit alterū equū: et ſtatim
deducti ſunt ad diuerſa loca penarū: vbi ille
miſer vidit prēs ⁊ matrē ⁊ alios ꝙplurimos
q̄s cognouit ⁊ vidit ibi quēdā militē Heliā
de caſtro Horſt. inſidentē vacce furēti auer-
ſo capite: ita ꝙ dorſū habuit ad cornua vac
ce: q̄ huc atqꝫ illuc diſcurrebat: ⁊ crebris icti-
bus dorſum militꝗ cruciabat. Et cū q̄reret ru
ſticꝰ quare illā penam ſuſtineret: rn̄dit. Uac
cā iſtā rapui ſine mīa cuidā vidue: ⁊ ideo oꝫ me
hāc penā pati ſine mīa ab ea. Oñſa eſt ei ſe-
des ignita et dictū eſt ei. Nō reuerteris ad
domū tuā. poſt tres dies reuerteris ad locū
iſtū ⁊ mercedē accipies i iſta ſede. Mox a de
mone reductꝰ ſemiuiuꝰ inuētꝰ eſt in molēdi
no ab vxore ⁊ familia. Et dixit eis oīa q̄ vide
rat ⁊ ꝯtingebāt. ⁊ q̄ſi ſub deſperatiōe vocatꝰ
eſt ſacerdos q̄ cōſolaret eū: ⁊ ad cōfeſſionē ⁊
ꝯtritionē eū āmoneret. Rn̄dit. Quid ꝓſunt
verba iſta. nō poſſum cōteri: q̄ ſupfluū ⁊ in-
uanū video me confiteri: ⁊ video qd̄ i me ſit
diſpoſitū neceſſe ē adīpleri: ſic miſer ſine ſa-
cramentis eccleſie defunctus eſt.

Uotiuus quidā per triduū amiſit viſum.
Exemplum. xxxviij.

**Doctor quidā litteratꝰ val**
de cū vouiſſet ſe p̄dicatoꝝ ordinem
īntratuꝝ: ⁊ iā eūdē diē aſſignaſſꝫ fribꝰ
apd̄ mediolanū retractꝰ a ſcholaribꝰ ⁊ ſcľari
vanitate iuit ad aliā ciuitatē vt ibi doceret:
ne frēs p̄dicatoꝝ ordinis tā frequēter vide-
ret: ſed eodē die quo preuaricatus eſt pactū:
viſum ꝑdidit. et ſic per tres dies cecꝰ ꝑmāſit
Tandē pctm̄ cognoſcēs tandē viſum recepit
et ordinē intrauit et in eo deuote permanſit
et vitā in bono finiuit.

Periculoſum ē differre votū. Exē. xxxix.

**Quidā iuuēis iohānes noie**
vouit ꝙ ordinē ciſtercien̄. intraret:
ſed accidia plenꝰ penituit. loco voti
fecit pegrinationē ſcti iacobi: a qua cū redi-
ens a ſuis amicis cū fuiſſet ſuſceptus valde
honorifice: dormiēs vidit ſe in ſomno corā
dn̄o cū quo erāt btūs petrꝰ: paulus: iacobus
et iohānes: ⁊ alij apľi: ⁊ beatꝰ petrus vt ei vi
debať tenebat in manu librū pulcherrimum
quē dn̄s p̄cepit apiri: vidit dictus iohannes
litteris aureis nomē ſuū ſcriptū: quod prece
pit dn̄s deleri. Et beatꝰ iacobꝰ ante domiū
ſe ꝓſtrauit: rogās ne nomē ſui pegrini delere
tur. Tūc nō exaudiuit eū dn̄s. ſꝫ dominꝰ ip̄o
perauit dicto iohāni dure valde et cum ma-
gna indignatōe ꝙ eū irrideret et contēneret
votū ſuū adimplere: p̄cepit btō petro vt no-
mē ſuū dleret. Btūs aūt iacobꝰ adhuc ſemel
ꝓſtrauit ſe añ dn̄m: rogās ne deleret nomen
eiꝰ pegrini: ꝓmittens ꝓ eo ꝙ infra. xv. dies
votū ipleret. Ip̄e aūt excitatꝰ a ſomno grās
retulit ſuo fideiuſſori: ꝓmittēs ꝙ ip̄m termi-



num anticiparet: ⁊ ſic tp̄s anticipās ordinē
ciſtercien̄. intrauit: factꝰ primo abbas clare-
uaľ. poſt ep̄s apud valentiam: vbi diciť eū
multis miraculis claruiſſe ⁊ vitam feliciter
terminaſſe.

Uotiuum demones proiecerunt in ſarta-
ginem. Exemplum. xl.

**Legitur in libro petri clu**
niacen̄. ꝙ quidā ſacerdos in picta
uia multoꝝ vicioꝝ ſeruꝰ: q̄ cum a
priore boneualľ monitꝰ fuiſſꝫ fre
q̄nter vt ſeculo renūciaret ⁊ vitā ſuā emen-
daret ⁊ ordinē īntraret: q̄ vouit: ſꝫ votū nō im
pleuit: īcepit aūt ſubito grauiter infirmari.
Qui cū miſiſſet ꝓ priore: q̄ veniēs ammonu
it eū vt ꝓmiſſū adīpleret ⁊ facere nō differ
ret: ſubito clamare cepit. O pr̄ ora ꝓ me: q̄a
duo viri veniūt ad deuorādū me. Illo ṽo cū
alijs aſtātibꝰ orāte mox liberatꝰ ē. Sꝫ nec ſic
implebat ꝓmiſſū: ⁊ ecce iterū cepit clamaṙ
petēs orōes dicēs. Ecce ignis occurrit ad de
uorādū me: ſꝫ tūc iterū liberatꝰ ē ad orōes bo
noꝝ viroꝝ. Sꝫ ꝓmiſſum adhuc cōplere ꝯtē-
nēs q̄ſi deſpando ad dei iudiciū raptꝰ audi-
uit ꝯ ſe ferri ſniāꝫ de maľ ſuis ⁊ de fractiōe
voti. ⁊ a raptu ſubito rediēs retulit corā oibꝰ
viſa ⁊ audita: ⁊ ꝙ ab eo eēt p̄ciſa oīs ſpes ſa
lutꝗ. Et addidit. Ecce aſſunt duo demōes por
tātes vnā magnā ſartaginē vt frixar i ea in-
eternū: q̄ cū h̄ diceret: vna gutta friture ceci-
dit ſup manꝰ eiꝰ: q̄ vſqꝫ ad oſſa eū oibꝰ vidē
tibꝰ deuorauit. Et tūc ip̄e ait. Nunc credite
ecce iā demones in ſartaginē me ꝓijciūt: et
hec dicēs expirauit ⁊ vitā ſine ꝯtritōe finiuit

Quidam ſancto michaeli vouit vaccam ⁊
vitulum. Exemplum. xli.

**Ruſticus quidā cū duce-**
ret vaccam ⁊ vitulum ad monteꝫ
ſcti michaelis: q̄ de piculo maris
timēs: q̄ qñqꝫ viā attigit: fluctus
eū inuaſit: exclamans dixit. O ſctē michael
adiuua me ⁊ libera me ⁊ dabo tibi vaccā ⁊ vi
tulum. Sic liberatus dixit. Bn̄ fatuus erat
ſctūs michael ꝙ credebat ꝙ darem ſibi vac-
cam meā ⁊ vitulū meū. Et iterū inuaſit flu-
ctus eū: ⁊ iterum exclamauit ⁊ dixit. O bone
michael adiuua me ⁊ libera me: ⁊ dabo tibi
vaccā ⁊ vitulū. Et ſic liberatus iterū dixit. O
ſancte michael nec vaccā nec vitulū habebis
Cū aūt ſic q̄ſi ſecurꝰ incederet. ecce iterū flu-
ctus inuoluens eū ⁊ ſuffocans eū: ⁊ vaccam
⁊ vitulum cum eo ſuffocauit.

Uſura.

Pro vſurarijs defunctis non eſt orandū.
Exemplum. xlij.

**Quidam ſacerdos orauit**
pro patre ſuo vſurario: ⁊ manus
ipſiꝰ ꝯtremuerūt ſibi in miſſa. Et
beatus Ber. orauit q̄d hoc ſigni-
ficaret. Et angelus apparuit ei di. Nephas
eſt orare ꝓ vſurario q̄ iam damnatus eſt. Et
beatus Ber. prohibuit ſacerdoti ne amplius
pro pr̄e oraret. Et ille ſacerdos amplius nō
orauit ꝓ aīa patris ſui: ⁊ ſic tunc ceſſauit tre
mor manuū ſuarum.

Quidam accepit cappaꝫ ab vſurario quō
punitus eſt. Exemplum. xliij.

**Cum anima beati Furſei**
egreſſa eſſet de corpe: demōes añ
tribunal iudicis accuſabāt: ſꝫ non
inueniebāt qd̄ ei obijcerēt niſi ꝙ
aliqñ cappā a quodā feneratore recepat: ſed
angelis ſctis orantibꝰ ꝓ ip̄o decreuit dn̄s vt
aīa ad corpus rediret ⁊ pniam ageret. Unde
vnꝰ demon iratꝰ aie eiꝰ a q̄ cappā accepat in
eius faciē ꝓiecit. Un̄ poſtꝙ fuerat ſuſcitatꝰ
apparuit i facie eius exuſtio ex aīa fenerato
ris igne gehēne ſuccēſa. Nec tn̄ crediť ſcm̄ ve
rum ſciuiſſe illā cappam fuiſſe fenore acq̄ſi-
tam: ſed inq̄rere debuit. Hec arnoldus.

Quidam conſtruxit eccleſiam de vſuris.
Exemplum. xliiij.

**Cum quidam vſurarius**
eccľiam de vſuris ⁊ rapinis ꝯſtru
xiſſet: ep̄m ad eiꝰ dedicatōeꝫ voca
uit. Ep̄o igr̄ cū ſuis clericꝗ officiū
dedicatōis pagēte vidit retro altare diabolū
in cathedra ſtantē in habitu ep̄ali ⁊ dixit ep̄o.
Quare tu eccľaꝫ meā ꝯſecraſ. Ceſſa iā q̄ h̄ ec
cleſia merito ad me ptiet: q̄ de vſuris ⁊ rapi
nis edificata ē. Cū g̃ ep̄s cū clericꝗ fugēt: ꝯti-
nue ip̄e diabolꝰ grādi ſtrepitu eccľiaꝫ dſtruxit

Uſurarius quidam in agone dixit. Dena-
rios comedo. Exemplum. xlv.

**In dioceſi colonienſi mi**
les quidā defunctꝰ eſt vſurariꝰ ad
modū noiatus ⁊ auarus q̄ cū infir
mareť: ⁊ tandē materia aſcēdente
in cerebrū: factꝰ eſt freneticꝰ. Cūqꝫ quotidie
dentes ⁊ os moueret: dixerūt ei miniſtri ſui.
Quid comeditis dn̄e. Rn̄dit ille. Denarios
ego maſtico. Uiſuꝫ eni fuerat ei ꝙ demones
ori eiꝰ denarios infunderēt. Nō poſſū inq̄t

ſuſtinere demōes iſtos: ponite me ad moua-
ſteriū: qꝛ forſitā illic orōnibꝰ ſeu ꝑ orōes bo-
noꝝ hoīm liberabor. Qui cū dꝯlatꝰ fuiſſꝫ cla-
mauit reportate me. plures ei demones hꝰ vi-
deo ꝙ̄ in domo. Sic miſer delatꝰ ⁊ a demōi-
bꝰ agitatꝰ expirauit. Ecce ꝙ̄ execrabile vitiū
ſit vſura in tormētis oſ̄ditur cunctis.

Uſurarius quidam miſerabiliter eſt de-
functus. Exēplum. xlvi.

f uit quidaȝ vſurarius in
brabātie ꝑtibus nequā valde: qꝛ
nobiles multos ⁊ potētes exhe-
redauerat: ⁊ pauperes ſupra mo
dū expoliauerat. Hic freqūter occurrēs reli-
gioſis: rogabat q̄ſi cū lachꝛymis ꝓ ſe orari:
ſꝫ in nullo penitꝰ ſe correxerat. Accidit autē
ꝙ repētina infirmitate correptꝰ eſt: ⁊ cuꝫ ad
exitū appropinq̄ret: ecce ſubito duo ingētes
canes tenebrarū lectū iacētis ambiebāt. Ip
ſe vō ꝓtracta lingua ꝓꝑa ipam linguā ad lō
gitudinē pedis diſtendēs: miſerabilr̄ expi-
rauit: ⁊ ſic miſerabiliter mortuꝰ eſt.

Uſuraria quedam burſam cuꝫ pecunia fe-
cit ſecum ſepelire. Exēplum. xlvij.

d ue ſorores ſimul habi
tabāt mr̄e mortua. diuiſerūt he-
reditatē. Altera mox portionē ſu
am dedit in vſurā: ⁊ faciēs ciſtaꝫ
firmā cōgregauit multā pecuniā: ⁊ nō cōpa-
tiebat̄ ſorori pauꝑcule. Cōtigit aūt vſurariā
ſororē infirmari vſqꝫ ad mortē q̄ vocauit ſo
rorē vt cū germanitat̄ ei miſtraret: qđ ⁊ illa
fecit: ſperās ſe aliq̄d accepturā. Illa videns
ſe nō poſſe euader̄ mortē: ſorore emiſſa acceſ
ſit ad ciſtā tollēs ex ea duas crumenas ple-
nas pecunia: ⁊ cinxit ſe ad nudū circa vētrē:
⁊ crumenas ſub oibꝰ veſtibꝰ abſcōdit. Et ſo
rore reuerſa ait. Rogo te vt cū mortua fuero
a nullo ꝑmittas me nudari: ſꝫ in eiſdē veſti-
bꝰ in q̄bꝰ iaꝫ iaceo me in ſepulchꝛū ponas at
ꝙ̄ ſepelias. Quid plura: illa morit̄ ⁊ ſepelit̄
ſicut poſtulauerat. Potēti viro ad quē villa
illa ꝑtinebat ꝙ vſuraria illa mortua eēt in-
tonuit. Qui ſtatī aduocatū ſuū miſit vt pe-
cuniā huiꝰ defuncte vſurarie tolleret. Qui ve
niēs aperuit archā. accepit claues ⁊ nihil in
uenit. Et cū exq̄reret pecūias a ſorore inocē-
te ⁊ torq̄ret eā ꝓpt̄ h: cepit ſoror de petitiōe
ꝑdicta cogitare: ⁊ ſuſpitōeꝫ hr̄e đ pōdere cor
ꝑis mortue. Qđ cū recitaſſet aduocato: roga
uit aduocatꝰ ſacerdotē vt liceret ſibi effode-
re corpꝰ vſurarie: ſacerdos admiſit: aꝑtū ē ſe
pulchꝛū. Mira res nudato corꝑe viderūt am
bo. ſ. ſacerdos ⁊ aduocatꝰ maximū ſꝑentē̄ꝫ
freq̄nter caput ſuū erigēs ⁊ feſtinant̄ mittēſ
in os mulieris ⁊ ſulphur ⁊ ignē ſpuēs in os
eiꝰ. Quo viſo territi ſunt valde ⁊ clamauerūt
Reijcite terrā velocit̄. Diabolꝰ ei eſt q̄ punit
vaſculum eiꝰ atqꝫ illudit: ⁊ reuerſus aduoca
tus ad dn̄ꝫ retulit ei oia que viderat.

In diſcipulo de tꝑe.

Uſurarius q̄dā tria debebat facere. ſ. cōte
ri: ꝯfiteri: ⁊ vſuras reſtituere. q̄ dixit: prima
duo libēter faciā: ſꝫ tertiū nullo modo faciā.
Hoc q̄re de tꝑe ſermone. cviij. Z.

Item vſurarius q̄dam in agone ſibi porta
ri fecit vaſa aurea ⁊ argētea: ⁊ q̄ñ aia recrea-
ri nō potuit: ſed dolor cōtinue augmētabat̄
tunc recōmendauit eam demonibus. Hoc q̄
re ſer. cxviij. Z.

Item vſurarius quem aſinus portauit in
fra patibulum ⁊ ibi ſepultus eſt. quere ſmo
ne. cxiiij. B.

Item eṗs quidā ſepeliuit in eccl'ia ſancti
Fauſtini vſurariū. Hoc q̄re ante. S. i.

Itē vſurariū quēdā diaboli ꝑ pedes extra
xerunt de eccl'ia. Hoc q̄re ante. S. ij.

Item vſurarius quidam in clauſtro fuit
ſepultus: nec ipſe nec monachi requiem ha-
bere potuerunt donec ipſum ecōuerſo extu-
mulauerūt ante. S. iij.

Item vſurarij q̄dam ꝓpter penitentiaꝫ ⁊
reſtitutionē ſaluati ſunt. Duo exēpla q̄re ſu-
pra. R. iij. ⁊. iiij.

Capitulum de X.

Xp̄ianus.

Quidam poſuit iudeo chꝛiſtum pro fide-
iuſſore. Exemplum. i.

i n vrbe biſantina fuit
quidam xp̄ianus qui patrimo
nium ſuū expendit: ⁊ cum iaꝫ
nec pecunias nec amictū: nec
etiā xp̄ianū a q̄ mutuaret̄ iue
niret: iudeū quendā adijt obnixe rogans vt
ei mutuo aliq̄d concederet. Qui cū vadeꝫ oī-
no peteret: ⁊ ille penitus nō haberet quid ei
traderet: qꝛ inquit alium vadem inuenire ne
queo: velles a me ꝓ vade accipe dn̄m ieſum
chꝛiſtū quem colo. Ille ait. Ieſum xp̄m deū
eſſe nō credo. Sed qꝛ hoīem iuſtū ⁊ ꝓphetā
eum eſſe nō dubito hunc mihi pro vade ſi de
deris indubitāter accipio. Ille rn̄dit. Fiat vt
dicis. Xp̄ianus accepta pecunia nauē emit



mercimonijs onerat: ad longinq̄s partes ſe
transfert: venditis mercimonijs ſuis ditat̄.
Cūqꝫ iā niſi vnꝰ dies ſupeſſet reddēdi pecu-
niā: ⁊ ip̄e valde lōge diſtaret a loco cōtriſtatꝰ
valde: tn̄ ad ſe reuerſus ait. Nōne deū tuum
ieſum ꝓ te fideiuſſorē dediſti. Ipſi ḡ pecuni
am trade vt creditori reſtituat quō velit. Cō
feſtim ḡ ſcriniū fieri fecit: pecuniā iudeo de-
bitā iuſto pondere incluſit: mari et ei q̄ mare
fecit gubernādū cōmiſit. Mira res. ſub vna
nocte ꝑ multa equorū ſpacia ſcriniū biſanti
ne illabitur vrbi: ⁊ iudei mane aſtitit domui
Iudeꝰ ḡ exiēs mane ꝓtēſa manu arripuit ſcri
niū: ⁊ lecto ſuo ſuppoſuit. Poſt aliquātuluꝫ
tꝑis q̄ñ chꝛiſtianꝰ reuerſus fuit. iudeꝰ xp̄ia-
no iproperādo dixit. O. veraces xp̄iani. Ille
aūt ait. Cur ita iſta loq̄ris: Qꝛ inq̄t ille pecu
niā a me accepiſti: ⁊ eā die ſtatuto non reddi
diſti. At ille ait. Omne qđ mihi preſtiteras
tibi reddidi. ⁊ ip̄m habeo teſtē quem et dedi
fideiuſſorem. Mecū ergo veni: ⁊ eius ip̄e te
ſtimoniū audi. Oēs igitur eccleſiā adeunt:
⁊ magni ſaluatoris cū multis aſſiſtūt. Tunc
xp̄ianꝰ inq̄t. Dn̄e ieſu ſicut dei et hoīs verus
es filius: teſtimoniū perhibe veritati: vtruꝫ
huic iudeo reddidi quicq̄d mihi preſtiterat.
Tunc audientibꝰ cunctis hoībus imago rn̄-
dit. Teſtimoniū perhibeo tibi ꝙ die conſti-
tuto om̄e preſtitū ei reddidiſti. His indicijs
ꝙ ſcriniū in quo pecunia clauſa eſt ſub lecto
ipſius iacet. Audiēs aūt iudeꝰ ſtupuit: et ſi-
gna cognouit. Et relicto iudaiſmo: fidei chꝛi
ſtiane cū omni domo ſua ſe commiſit.

Capitulū de Y.

Ymago.

Mulier nobilis quedaꝫ noīauit imaginē
beate virginis Marie Rumbulam.
Exemplum. i.

i n capella cuiuſdā caſtri
quedā vetus ymago beate Ma-
rie virginis fuit in ſinu tenens fi
lium. Non quidem per opus bn̄
formata: ſed multa virtute dotata. Matro-
na igitur quedam huius caſtri die quodā in
capella ſtans: ipſam imaginem reſpiciens ⁊
ſculpture indignans ait. Et quid ſtas hic tu
vetus Rumbula. Beata maria mulierē ſtul
tiloquam non apud filium accuſans: ſed pe
nam pro culpa futuram alteri matrone pre-
dicens ait. Quia đ ūa illa vocauit me vetulā
Rumbulā: iđ ſemꝑ miſera erit ꝙ̄diu viuet.
Poſt paucos dies ab omnibus bonis mobi
libus et immobilibus a proprio filio eiecta
miſerabiliter mendicauit vſqꝫ ad mortē: pe-
nam luens ſtultiloquij.

Iudeus quidam proiecit imaginem bea-
te Marie in cloacam.
Exemplum. ij.

l egitur etiam ꝙ in cōſtā
tinopoli quidam iudeus imagi-
nem beate Marie virginis in ta
bula breui ſignatam vel figura-
tam parieti in domo cuiuſdam affixam con-
ſpiciens: interrogauit cuius eſſet hec propa
figura faciei. Cui quodam reſpondente dici
tur ꝙ eſſet figura ſancte Marie ſemper vir-
ginis. Quod audiens infelix iſte iudeus in-
credulus: diabolo inſtigante eandem de pa-
riete valde iratus tulit imaginem ad vicinā
cucurrit domum ibiqꝫ imaginem ſanctam
ob chꝛiſti ex Maria nati dehonorationeꝫ in
humana ſtercora proiecit: et ibi deſuper ſe-
dens per idem foramen ventrē purgauit ſu-
per imaginē beate Marie virginis. Et poſt
illam turpiſſimam ventris purgationem il-
le infeliciſſimus homo receſſit. Digna quip-
pe et ignominioſa morte defunctus eſt: et
poſtea nunq̄ apparuit.

Puerulus quidam porrexit chꝛiſto panē.
Exemplum. iij.

p uerulus quidam acce-
pto pane domum matris egredi-
tur: ⁊ huc illucqꝫ deambulando
vt moris eſt huiuſmodi paruulꝰ
panem quem acceperat comedebat. Conti-
git autem vt in quodam loco vbi beate dei
genitricis Marie imago in vlnis tenēs pue
rum erat poſita: idem puer tranſitum habe-
ret. Quam intuens: et puerili ſuauitate blā
diens eidem puero ait. O chare que libens
offero tibi: ſume. Illa vero imago licet ꝓ ex-
ercitanda intuentium deuotione formata:
tamen vtpote ſine ſenſu manſit immobilis.
vt nec panem qui prebebatur accepit: nec re
ſponſum loquēdi reddidit. Puer in incepto
perſiſtens vt ſecum de pane ederet rogabat
et exorabat. Cunqꝫ diutius modo ſcilicet al
ludendo: modo ſupplicando apud ipſum ob
tinere quereret: vt quantum deo placeret

innocent, ſimplicitatis poſtulatō pateſceret Tādē eadē imago virtute diuina opāte ma-nū extēdit: panē q̄ p̄bebat accepit dicēs. Ecce panē ſic vis accipio: ſ eū poſt triduū tibi reddere volo. Puer itaq̧ hac audita viſione domū let⁹ rediit: ⁊ ſine mora īfirmitate tact⁹ lecto decubuit. Iā terti⁹ dies aduenerat: et vocāte dn̄o ſanctiſſime marie v̄gis filio aīaȝ reddidit: percepturus eterne vite panē: et celeſtis regni manſionem.

Quidā fregit imagini xp̄i brachium.

Exemplum.iiij.

q Uedā mulier inſecuta a latronib⁹ retro columnaȝ cui btē v̄ginis imago īminebat: quā q̄dā illoꝝ lapidādo brachiū imaginis pueri ieſu ꝯfregit: īde mox ſanguis copioſe emanādo cūctos ī admiratōeȝ ⁊ dei laudem īduxit ꝑcuſſore eodē obſtinato: quē iō coraȝ oīb⁹ hoīb⁹ dyabol⁹ ſuffocauit.

Itē q̄dā blaſphemādo xp̄m ⁊ vētrē q̄ euȝ genuerat: mox a fulgore ꝑcuſſus cecidit ſtāte nimia aeris ſerenitate fulgēte. ante B.iij.

Itē plura exēpla de imaginib⁹ xp̄i et marie, q̄re ſup̄ P.xl. et deinceps.

Ypocrita.

Quidam in extremis datus eſt draconi.

Exemplum.v.

y Pocrita quidam monachus apud hoīes magne eſtimationis hēbat bon⁹ cū videbat: ſ cū ſe cū frīb⁹ ieiunare ſimularet: occulte cōedit. Qui dū morti appropinq̄ſſet ⁊ maxie īfirmaret frēs oēs vocati ſt: q̄ venientes aliq̄d boni ſe ab eo audire ſperabāt. ſ iaȝ dat⁹ hoſti coact⁹ ē ꝓdere ſuā ſimulationem dicēs. Qr occulte comedebā: iō iā draconi datus ſuȝ: q̄ cauda ſua pedes meos ligās: caput ſuū ī os meum mittēs ſp̄m meum ebibit. Et his dict̄ deſperat⁹ expirauit ſpiritum reddidit: et male mortuus eſt.

In diſcipulo de tempore.

Ypocrita eſt ſicut ſimea: vt pȝ in illo exēplo de ſutore ⁊ ſimea: q̄ ſibiipſi collū abſcidit cū cultello ſutoris ſermone.c.U.

Itē incluſa q̄dā ex quadā ypocriſi dixit ſe eſſe peſſimā: ſed ab alijs hoībus noluit hoc audire. ibidem ſermone.c.L.

¶ Pr̄ōptuariū exēploꝝ diſcipuli explicit.



¶ Incipit tabula promptuarij exemploꝝ diſcipuli ſm ordinē alphabeti.


Abſtinentia.

f Rater quidaȝ abſtinuit a cibo vſq̧ ad tertiam: vſq̧ ad ſextam: ⁊ vſq̧ ad nonā A p̄mo.

Frater quidā pendebat āphoraȝ madidam ante oculos ſuos. A.ij.

Macharius miſit vuā fratri infirmo et ille miſit alijs: et ſic vltimo reportata eſt ad p̄mum. A.iij.

Frater quidā in via vidit poma pulchra: ⁊ tamen noluit guſtare. A.iiij.

Duo fratres in menſa quoꝝ vnus paruȝ alter multū comedit. A.v.

Abſtinentia ſancti Germani. A.vi.

Abſtinentia ſancti Oſualdi. A.vij.

Miles quidam intrauit religionem: et propter abſtinentiam nimiam infatuatus eſt. A.viij.

Adoleſcens punitus eſt in purgatorio ꝓpt indiſcretionē abſtinētie. A.ix.

Accidia.

Monach⁹ quidam dormitauit in choro cui chriſtus oſtendit dorſum. A.x.

Monachus antiquus ſomnolent⁹ vidit virum longuȝ qui percuſſit eum cū nodo ſtramineo in faciem. A.xi.

Monachus piger qui potatus fuit cū cocleari pice ardenti pleno. A.xij.

Monachus quidā habuit ſudores hora ſurgendi ad matutinas. A.xiij.

Accidioſus quidā.xl.annis ad purgatorium deputatus eſt. A.xiiij.

Miles ſciuit tres litteras.ſ. peccata ꝓpria penas iferni: et paſſioneȝ chriſti: que tria valent cōtra accidiam. A.xv.

Adulteriū.

Iuuenis quidam cōmiſit adulteriū: ⁊ de penis eius. A.xvi.

Amicitia.

Legitur de duobus amicis quoꝝ vnus pro alio mori voluit.

In remiſſionibus.

Aqua benedicta.

Dyabol⁹ nō potuit intrare in os ebrioſi ꝓpt guttā aque benedicte. A.xvij.

Miles quidam ſpargebat ſe cuȝ aqua benedicta cui dixit dyabolus: vide ne me tangas. A.xviij.

Pctōr q̄dā obſtinatus bibit aquā benedictā et cōtritus et confeſſus eſt. A.xix.

Baptiſmus.

b Ereticus q̄dā non ſeruauit debitaȝ formā verborum in baptiſmo. B.i.

Baptizatus ſignauit mamillā mulieris et ſtatim ſanata eſt. B.ij.

Blaſphemia.

Luſor quidam blaſphemauit ventrem marie virginis. B.iij.

Quidā fregit brachium imaginis marie: ⁊ a dyabolo ſuffocatus eſt. B.iiij.

Iudeus inhonorauit imagineȝ beate marie virginis. B.v.

Pueri blaſphemātes ſunt ſubmerſi: ſed vn⁹ euaſit. B.vi.

Miles monoculus ꝑcuſſit iudeum blaſphemantē beatam virginē mariā. B.vij.

Comes blaſphemus qualiter punit⁹ eſt et q̄liter obijt. B.viij.

Filius quidā noluit ſagittare in cadauer patris ſui. B.ix.

Cantare.

d Yabol⁹ in ſpecie clerici cātauit dulciter. C.i.

Frater i extremis in cuius cerebro dulces cantus reſonabant. C.ij.

Clerici qui cantauerunt ſaccum plenū. C.iij.

Charitas.

Cor cuiuſdam virginis pre nimio amore eſt ſciſſum. C.iiij.

Paulin⁹ ep̄s ſe dedit ꝓ filio vidue. C.v.

Sanctulus ſeipȝ dedit ad occidendū propt charitatem ꝓximi. C.vi.

Chorea.

Chriſtus a chorizātib⁹ maxie vituꝑat. C.vij.

In chorea cōmittunt quaſi oīa pctā mortalia. C.viij.

Chorizātes g̃uiter punient in futuro. C.ix.

Puella quedam fuit cruſta in corpore ꝓpt choream. C.x.

Puelle ſibi buit btā maria gaudia mūdi. C.xi

Mulier chorizās a ludētibus cum pila necata eſt. C.xij.

Fulmen extinxit tibicinem. C.xiij.

Confeſſio.

Confeſſio maxie nocet demonib⁹. C.xiiij.

Demones impediūt cōfeſſionē et reſtitutionem. C.xv.

Demones āplius non ſciunt peccata confeſſa. C.xvi.

Sacerdos confitebatur famulo in ſtabulo. C.xvij.

Quidam occultauit magnū pctm̄ in confeſſione. C.xviij.

Diabolus vidit hoīes claros recedere a confeſſione.C.xix.
Confeſſio liberat homines quandoq₃ a morte temporali.C.xx.
Confeſſio liberat hoīes a ↄfuſiōe tpali.C.xxi
Mulier qdaʒ ſp obticuit peccatū in ↄfeſſione ꝛ maria ſubuenit ſibi.C.xxij.
Diabolus inhibuit pctōri ne amplius ꝺ peccatum confiteref.C.xxiij.
Mulier nobilis que non plene confeſſa eſt.C.xxiiij.
Caſtigatio corporis non prodeſt ſine confeſſione.C.xxv.
Diabolus interrupit verba confitentis in extremis ſuis.C.xxvi.
Obſtinatus quidam noluit confiteri ꝛ dixit infernū non eſſe.C.xxvij.
Religioſus qdā dedit oīa ſua opa bona pro pctis hoīs obſtinati.C.xxviij.
Qui ſcienter querunt ydeotas ꝛ ſimplices cōfeſſores.C.xxix.

Confirmatio.

Cecus nō confirmatus cuſtodiebat vaccas totius ville.C.xxx.

Conſilium.

Conſiliū diaboli eſt fugiendū.C.xxxi.
Dās ſcienſ malū ↄſiliū redūdat i ipʒ.C.xxxij

Conſuetudo.

Lubricus qdam abſtinuit p mēſem.ꝛ iterum per mēſem:ꝛ ſic de alijs. C.xxxiij.

Contritio.

Scholaris quidam ſcripſit peccata ſua in cedula.C.xxxiiij.
Contritio iudeos elingues fecit.C.xxxv.
Dulcis correptio fraťna pficit mal'.C.xxxvi.
Adoleſcēs poſt obitū ſuū regratiabať correctori ſuo.C.xxxvij.
Iuuenis charitatiue correctus valde profecit in religione.C.xxxviij.

Crux ſancta.

Signū crucis vincit demones.C.xxxix.
Puella qdā cū lactuca comedit diabolū.C.xl
Cruce ſignatis maria offert filiū ſuū. C.xli.
Mulier quedā voluit retrahere iuuenē cruce ſignatū:ꝛ man⁹ eius ↄtracta eſt.C. xlij.
Amaſia volens retrahere iuuenes ab aſſumptione crucis excecata eſt.C.xliij.

Damnantur multi.

q Uod multi dānantur patet per exēplum.D.i.
Hoīes deſcenderūt ad infernū quaſi nix de celo.D.ij.
Quidam habuit plura beneficia ꝛ dammat⁹ eſt.D.iij.
Quinq₃ milia hoīm obierunt ꝛ q̄ttuor ex illis ſolūmodo ſaluati ſunt.D.iiij.

Decime.

Decime ſunt plene pſoluende.D.v.

Deſperatio.

Conuerſus quidam deſperauit ꝛ ſeipſuʒ ſubmerſit.D.vi.
Mulier deſperata comedit araneam.ꝛ b eata virgo ſubuenit ei.D.vij.
Paſſio chriſti aufert deſperationē.D.viij.

Detractio.

Fratres detraxerunt morienti.D.ix.
Miles qdam detraxit alij militi defuncto q̄ apparuit ſibi.D.x.
Detractor laniauit in extremis propriam linguam cū dentibus proprijs.D.xi.

Diſcretio.

Duo fratres noluerunt cibū ſumere.niſi quē deus eis mitteret.D.xij.

Ebrietas.

f Aber ebrioſus vidit in agone ſibi infernum apertum.E.i.
Peregrinus quidam veſtem prouino expoſuit.E.ij.
Ebrioſus quidam occidit patreʒ ꝛ matrē in ebrietate.E.iij.
Ebrioſus occidit regem ꝛ filios ſuos.E.iiij.
Ebrioſo videbantur duo pro vno.E.v.
Ebrioſum fecerunt in ebrietate monachum E.vi.

Elemoſyna.

Elemoſyna danda eſt in preſenti vita.E.vij
Quidam habuit menſam plenam ante ſe:ꝛ vacuam retro ſe.E.viij.
Quidam vendidit triginta libras quas propter deum dedit ꝛ miſere obijt.E.ix.
Quidam cum triginta libris fabricauit ſibi palacium in celo.E.x.
Hortulanus quidam collegit lagenam cum denarijs.E.xi.
De duobus fratribus date ꝛ dabitur vobis.E.xij.
Defunctus quidam dixit:centuplum reaccepi.E.xiij.
Ancilla inuenit econuerſo ciſtam repletam farina.E.xiiij.
Nobilis quidā veſtes vſq₃ ad camiſiam dedit ppter deū pauperi.E.xv.
Diabolus ſcribit verba inutilia in eccleſia plata.E.xvi.
Quidam furati ſunt in eccleſia ꝛ poſtmodū ſuſpenſi.E.xvij.
Iulianus apoſtata a ſancto mercurio interemptus eſt.E.xviij.
Miles quidā orauit ptranſeūdo per cimiterium.E.xix.

Euchariſtia.

Epiſcopus vidit vnū digne aliū indigne ſumere ſacramentū.E.xx.
Quidam acceſſit ad ſacramentū ↄtra phibitionem ſacerdotis.E.xxi.
Sacerdos malus cum difficultate ſumpſit corpus chriſti.E.xxij.
Plaga ſacerdotū indigne celebrātiū.E.xxiij.
Sacerdos qdā dubitauit de ſacro.E.xxiiij.
Mulier qdā dubitauit de ſacro.E.xxv.
Puer.ix.annoꝝ cōicat⁹ē in extremis.E.xxvi
Xp̄s pſonaliter cōicauit mulierē.E.xxvij.
Mulier qdā a corpali cibo abſtinuit de vna dñica ad aliam.E.xxviij.
Diabolus fugatus eſt ab obſeſſo p ſacramētum corpis xp̄i.E.xxix.
Aſini ceſſerunt ſacro euchariſtie.E.xxx.
Equus bos ꝛ aſinus cognouerūt xp̄m in ſacramento.E.xxxi.
Equus iudei cognouit chriſtū in ſacramēto E.xxxij.
Mulier q̄dam poſuit corpus chriſti añ porcos.E.xxxiij.
Puella quedam ſparſit corpus chriſti ſuper olera.E.xxxiiij.
